liat / et donec ponat hierusa-
lem laudē in terra. Iurauit
dñs in dextera sua: & in bra-
chio fortitudinis sue. Si de-
dero triticū tuū vltra cibum
inimicis tuis: et si biberit filij
alienigene vinū tuum i quo
laborasti. Quia q̄ cōgrega-
būt illud comedēt / & lauda-
bunt dñm: et qui comportāt
illud bibēt i atrijs sctis meis
Trāsite per portas. ꝑparate
viā pplo / planū facite iter:
et eligite lapides / et eleuate
signū ad populos. Ecce dñs
auditū fecit: i extremis terre
Dicite filie syō / ecce salua-
tor tu⁹ venit: et ecce merces
ei⁹ cū eo / et opus illius corā
illo. Et vocabūt eos popu-
lus sanctus: redempti a dño.
Tu autē vocaberis quesita
ciuitas. et non derelicta.

Secundum iohānem i. cap.

In illo tpe. Johannes
testimoniū perhibebat
de dño: & clamabat dicēs Hic
est quē dixi / qui post me vē-
turus est: ante me fact⁹ est /
q̄a prior me erat. Et de ple-
nitudie eius. nos oēs accepi
mus gratiā ꝑ gratia: q̄a lex
ꝑ moysen data est. gratia et
veritas / ꝑ ihesum christū fa-
cta ē. Deū: nemo vidit vnq̄.
Unigenitus filius qui est in
sinu patris: ipse enarrabit.

Dñica.iij.aduen. Officiū.
Gaudete i dño semp iterum dico gaudete modestia vr̃a nota sit oib⁹ hoib⁹ dñs ꝑpe est nichil solliciti sitis: sed i omni oratione petitiões vestre innotescāt apud deum. ℣ Et pax dei que exuperat omnē sensum: custodiat corda vr̃a/et intelligentias vestras. Oro.
Aurē tuā q̃s dñe ꝑcib⁹ nr̃is accomoda: ⁊ mētis nr̃e tenebras grã tue visitatiõis illustra. Qui vi. ⁊c.
Ad Corinthios. iiij.ca.
Fratres Sic nos existimet hō vt ministros christi: ⁊ dispēsatores ministeriorum dei. Hic iā q̃ritur inter dispēsatores: vt fidelis quis iueniatur. Michi autē ꝓ minimo est vt a vobis iudicer/aut ab humano die: sꝫ neq₃ meipsū iudico. Nichil enim michi cõscius sum: sed nõ i hoc iustificat⁹ sum Qui aũt iudicat me: dñs ē. Itaq₃ nolite ãte tempus iudicare: quoadusq₃ veniat dñs/ q̃ et illuminabit abscõdita tenebrarum/et manifestabit cõsilia cordiū. Et tūc laus erit vnicuiq₃ a deo. Gr. Qui sedes dñe super cherubī excita potentiā tuā et veni. ℣ Qui regis israel intēde: q̃ deducis velut ouem ioseph. Alla. ℣ Excita domine potētiam tuā et veni vt saluos facias nos. Sequentia.
Qui regis sceptra forti dextra. solus cũcta Tu plebi tuā ostēde magnā excitando potētiam. Presta illi dona salutaria. Quem ꝑdixerūt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra ihesu veni domie arua.



Scdm Matheum. xi.ca.
In illo tēpore. Cū audisset iohãnes i vinculis opa christi: mittēs duos de discipulis suis/ait illi Tu es qui vēturus es: an alium expectamus? Et respõdens ihesus ait illis. Eūtes renūciate iohãni: que audistis et vidistis. Ceci vident/claudi ambulāt: leprosi mūdātur. Surdi audiūt: mortui resurgūt/pauperes euāgelizant.

Et beatus est: qui nõ fuerit
scãdalizatus i me. Illis aũt
abeũtib⁹: cepit ihesus dicere
ad turbas de iohanne. Quid
existis in desertũ videre? Arũ
dinẽ vẽto agitatã? Sed qd
existis videre? Hominẽ mol-
lib⁹ vestitũ? Ecce q̃ mollib⁹
vestiũtur: i domibus regum
sunt. Sed qd existis videre?
Prophetã? Etiã dico vobis
⁊ plusq̃ pphetã. Hic est eni:
de quo scriptũ est. Ecce ego
mitto angelũ meũ ante fa-
ciem tuã: qui preparabit viã
tuã ante te. Offr. Benedixisti
dñe terram tuã auertisti ca-
ptiuitatẽ iacob. remisisti ini
quitatẽ plebis tue. V. Ope-
ruisti omnia peccata eorum
mitigasti omnem irã tuam.
V. Ostende nobis dñe mise-
ricordiam tuam: et salutare
tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nre tibi do-
mine q̃s hostia iugiter
immolet: q̃ et sacri peragat
instituta mysterij: ⁊ salutare
tuũ nobis mirabiliter ope-
retur Per. Prefatio quotid.
Cõio. Dicite pusillanimes
cõfortamini et nolite time-
re ecce deus noster veniet/ ⁊
saluabit nos. Postcõio.

Imploram⁹ dñe clemẽ
tiã tuã: vt hec diuina
subsidia a vicijs expiatos/
ad festa ventura nos prepa-
rent. Per do. ¶ Feria. iiij.
quattuor temporũ. Officiũ.


Rorate celi de-
sup et nubes
pluant iustũ:
aperiatur terra
et germinet
saluatorẽ. V.
Et iusticia o-
riatur simul ego dñs creaui eũ
Sequatur oro sine. Dñs vob.
sed tñ cum. Oremus. Oro.

Presta q̃s oĩpotẽs de⁹/
vt redemptiõis nostre
vẽtura solẽnitas/ et p̃sentis
nobis vite subsidia cõferat:
et eterne beatitudinis p̃mia
largiatur. Per dominũ nostrũ.
Lectio ysaie prophete. ij. ca.

In diebus illis. Dixit
ysaias pphta. Erit in
nouissimis dieb⁹ p̃paratus
mõs domus dñi in verticem
mõtium: ⁊ eleuabitur super
colles. Et fluẽt ad eũ omnes
gẽtes: et ibunt populi multi
⁊ dicent. Uenite ascẽdamus
ad mõtem dñi/ et ad domum
dei iacob: et docebit nos vias
suas/ ⁊ ambulabim⁹ i semi-
tis eius. Quia de syon exibit
lex: et vbũ dñi de hierusalẽ.
Et iudicabit gẽtes: ⁊ arguet
populos multos. Et cõflabũt
gladios suos in vomeres: et
lãceas suas i falces Non le-
uabit gens cõtra gentẽ gla-
diũ nec exercebunt vltra ad
preliũ. Domus iacob venite:
et ambulemus: in lumie dñi
dei nri. Gr. Tollite portas
p̃ncipes vras et eleuamini

porte eternales et introibit rex glorie. ℣ Quis ascēdet i mōtem dñi/ aut qs stabit i loco sancto ei⁹/ innocēs manib⁹ et mundo corde. Hic nō repetat grad9. sed statim sequat. Dñs vobiscū. Orem⁹. Oro.

Festina qs dñe ne tardaueris: ꝛ auxiliū nobis superne virtutis ipende: vt aduētus tui cōsolatiōib⁹ subleuētur/ qui i tua pietate ꝯfidūt. Qui viuis ꝛ re. ꝛc.

¶ Hic dicūt memo. cōsuete.

Lectio ysaie prophete. vij.

In dieb⁹ illis Locutus est dñs ad achas dicēs Pete tibi signum a dño deo tuo in profundū iferni: siue in excelsum supra. Et dixit achas Nō petā: ꝛ nō tēptabo dñz. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nūquid parum vobis ē molestos esse hoīb⁹: qa molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiū: et vocabit nomen ei⁹ emanuel. Butirū et mel comedet: vt sciat reprobare malum: ꝛ eligere bonum. Gr. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocāt eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum: ꝛ benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Repetatur gradus.

Secundum Lucam. .cap.



In illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth/ ad virginē despōsatā viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomē virginis maria. Et igressus angel⁹ ad eā: dixit. Aue gr̄a plena dñs tecū: benedicta tu in mulierib⁹. Que cū audisset turbata est i sermone ei⁹: et cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filium: et vocabis nomē eius ihesum. Hic erit magnus: et fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs de⁹ sedē dauid patris ei⁹: ꝛ regnabit i domo iacob in eternū/ et regni ei⁹ nō erit finis. Dixit autē maria ad āgelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū nō cognosco? Et respōdens angelus:

dixit ei. Spiritussanct⁹ sup-
ueniet i te: & virtus altissimi
obūbrabit tibi. Ideoq; et qd
nascek ex te sanctū: vocabik
filius dei. Et ecce helizabeth
cognata tua: et ipsa cōcepit
filiū in senectute sua. Et hic
mēsis est sextus illi que vo-
cak sterilis: qa nō erit īpossi-
bile apud deū omne verbum
Dixit aūt maria. Ecce ancil
la dñi Fiat michi: scđm ver-
bum tuū. Offr. Aue maria
grā plena dñs tecū: bñdicta
tu in mulierib⁹ / et bñdictus
fructus vētris tui. ℣. Ideoq;
et quod nascek ex te sanctū:
vocabitur filius dei. Et dicik
cum suo versu. Secreta.

Salutari ieiunio ɔpetēn-
tes dñe hostias imola-
mus: presta vt ad natiuitatē
panis eterni his officijs ppa
remur. Per eundē dominū.
Prefatio quotidiana Cōio.
Ecce virgo ɔcipiet & pariet
filiū & vocabitur nomē eius
emanuel. Postcōio.

Salutaris tui dñe mune
re satiati supplices dep-
camur: vt cui⁹ letamur gu-
stu renouemur effectu. P do.
¶ Fek. vi. qttuor tēpor. Offi



Rope esto do-
mie & oēs vie
tue vitas. ini
tio cognoui
de testimonijs
tuis qa i eter-
nū tu es. ps.
Beati immaculati in via: q
ambulant in lege dñi. Oro.

Excita qs dñe potētiam
tuā & veni: vt hi qui in
tua pietate cōfidūt: ab omni
citius aduersitate liberētur.
Qui viuis et regnas deus.
Lectio ysaie prophete. xi. ca.

Hec dicit dñs de⁹. Egre-
diek virga de radice ies
se & flos de radice ei⁹ ascēdet.
Et requiescet sup eum spi-
ritus domini: spirit⁹ sapiētie
& itellectus / spiritus cōsilij &
fortitudinis / spiritus sciētie
et pietatis / & replebit eū spi-
ritus timoris dñi. Nō scđm
visionē oculorum iudicabit
neq; secūdum auditū auris
arguet. Sed iudicabit i iusti
cia pauperes: et arguet i eq-
tate pro mansuetis terre Et
pcutiet terrā virga oris sui:
et spiritu labiorū suorum i-
terficiet ipiū. Et erit iusticia
cingulum lumborum ei⁹: et
fides cinctoriū renū ei⁹. Gr.
Ostēde nobis dñe misericor
diam tuā / et salutare tuum
da nobis. ℣ Bñdixisti domie
terrā tuam: auertisti captiui
tatem iacob. Repetatur gr.
Secūdum Lucā. capitulo.

In illo tpe. Exurgens
maria abijt i mōtana
cum festinatiōe i ciuitatem
iuda: & itrauit i domū zacha-
rie: et salutauit helizabeth.
Et factū est vt audiuit salu-
tationem marie helizabeth:

exultauit īfans ī vtero eius. Et repleta est spū sācto elizabeth: et exclamauit voce magna/ et dixit. Bñdicta tu īter mulieres: et bñdictus fructus vētris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit ī gaudio īfans ī vtero meo. Et btā que credidisti: qm̄ pficientur ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat/ aia mea dñm: et exultauit spūs me⁹: ī deo salutari meo. Off.

Deus tu cōuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostēde nobis dñe miaz tuāz salutare tuū da nob. ℣. Bñdixisti dñe trā tuā: auertisti captiuitatē iacob/ remisisti iniquitatē plebis tue. ℣. Mia et vitas obuiauerūt sibi veritas de terra orta est/ et iusticia de celo pspexit. Secre.

Sacrificijs p̄s dñe salutarib⁹ his dieb⁹ aptemur propensius: q̄bus illud est mysteriū celebrandū: cui seruit ois executio mādatorum. Per. Prefatio quotid. Cōio. Ecce dñs vēiet et oēs sancti eius cū eo: et erit ī die illa lux magna. Postcōio.

Perficiāt q̄s dñe misericordiā tuā pro supplicāti: quem tuorum celestium largitate donorū et instātius grām postulare maiorē et sīduciali⁹ sperare cōcedas. P.

¶ Sabbato. iiij. tpm. Offi.



Veni et ostēde nobis faciem tuā dñe q̄ sedes super cherubin et salui erim⁹. ℣. Qui regis israel īntēde: q̄ deducis velut ouē ioseph. Omnes orationes sine Dñs vobiscum dicūtur: preter vltimā que est ante epystolā. sed tātum cū Oremus. Et omnes lectiones cū suis titulis legantur. Oremus.

Deus qui cōspicis quia ex nr̄a prauitate affligimur. concede propicius: vt ex tua visitatiōe cōsolemur. Qui viuis et reg. cum deo &c. Lectio ysaie pphete xix. ca.

In dieb⁹ illis. Clamabūt ad dñm a facie tribulātis: et mittet eis saluatorem et ppugnatorē qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab egypto: et cognoscēt egyptij dñm ī die illa: et colēt eū in hostijs et munerib⁹ et vota vouebūt dño et soluēt. Et pcutiet dñs egyptū plaga: et sanabit eam. Et reuertētur egyptij ad dñz et placabitur eis: et sanabit eos: dñs deus noster. Gr. A summo celo egressio ei⁹/ et occursus ei⁹ vsq ad summū ei⁹. ℣. Celi enarrāt gloriam dei/ et opera manuū ei⁹ annūciat firma-

mentis. Non repetat. Gr. sz dicat statim Oremus. Oro.

Concede q̄s omnip̄s de⁹ vt q̄ sub pcti iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecū viuit ꝛ re. deus ꝛc.

Lectō ysaie pphete. xxxv. cap.

Hec dicit dn̄s. Letabit deserta ꝛ inuia: ꝛ exultabit solitudo / ꝛ florebit quasi liliū. Germinans germinabit et exultabit letabunda ꝛ laudās. Gl'ia libani data est ei: decor carmeli ꝛ sarō. Ipsi videbūt gloriā dn̄i: et decorē dei nostri. Cōfortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes ꝯfortamini: ꝛ nolite timere Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorū: ꝛ aures surdorū patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit ligua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: ꝛ torrētes in solitudie. Et que erat arida in stagnum: et sitiens in fontes aquarū. Ait dn̄s oipotēs.

Gr. In sole posuit tabernaculum suum: ꝛ ipse tanq̄ spōsus procedēs de thalamo suo. V. A summo celo egressio ei⁹: et occursus eius vsq̄ ad sūmū eius. Oratio.

Indignos nos q̄s dn̄e famulos tuos quos actionis proprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecū vi. et re. ꝛc.

Lectio ysaie prophete. xl. ca.

Hec dicit dn̄s. Sup mōtem excelsum ascēde tu qui euāgelizas syon: exalta in fortitudie vocem tuā qui euāgelizas hierusalē. Exalta noli timere: dic ciuitatib⁹ iude. Ecce deus vester. Ecce dn̄s deus i fortitudie veniet: ꝛ brachiū eius dominabitur. Ecce merces ei⁹ cū eo: ꝛ op⁹ illius corā illo Sicut pastor gregem suū pascet i brachio suo cōgregabit agnos: ꝛ in sinu suo leuabit eos: dn̄s de⁹ noster. Gr. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: et ostende faciem tuā et salui erimus. V. Excita dn̄e potētiā tuā ꝛ veni vt saluos facias nos. Sequatur. Oremus. Oratio.

Presta q̄s oipotēs deus vt filij tui vētura solēnitas: ꝛ presentis nobis vite remedia conferat: et premia eterna cōcedat. Per eūdem.

Lectio ysaie pphete. xlv. ca.

Hec dicit dn̄s Christo meo cyro cuius apprehēdi dexteram: vt subijciam ante faciē eius gētes. ꝛ dorsa regū vertam Et aperiā corā eo ianuas: et porte nō claudent. Ego ante te ibo: ꝛ gloriosos tre humiliabo. Portas ereas ꝯterā: ꝛ vectes fer-

eros cōfrigam. Et dabo tibi thesauros absconditos et archana secretorū: vt scias qa ego dn̄s qui voco nomē tuū deus israel. Propter seruum meum iacob: et israel electū meum. Et vocaui te nomie meo assimilaui te/ et non cognouisti me. Ego dn̄s/ et nō est alius: extra me nō est deus. Accinxi te et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente quoniā absq me nō est deus. Ego dn̄s: et nō est alter. formans lucem/ et creans tenebras: faciēs pacem/ et creās malum. Ego dn̄s: faciēs oia hec. Rorate celi desup: et nubes pluāt iustū. Aperiat terra: et germinet saluatorē/ et iusticia oriat simul. Ego dominus creaui eū. Gr. Excita dn̄e potentiam tuā et veni: vt saluos facias nos ℣. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. qui sedes super cherubin/ appare corā effraim bēiamin et manasse. Sequat Orem⁹. Oro.

Preces populi tui quesumus dn̄e clementer exaudi: vt qui iuste pro pctis nr̄is affligimur: pietatis tue visitatiōe ꝯsolemur. Qui vi. Lctō Danielis ꝓphete iij. ca.

Angelus dn̄i descendit cū azaria et socijs eius in fornacē: et excussit flammā ignis de fornace/ et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem Flamma autē diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouē: et incēdit quos reppertit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eam incendebāt. Illos aūt omnino nō tetigit ignis neq contristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et glorificabāt et benedicebāt deum in fornace dicentes. Duo clerici de scd̄a forma/ l superpellicijs ad gradū chori cantēt tractū

Benedictus es dn̄e deus patrum nostrorum. ℣. Et laudabilis et gloriosus i secula. Chorus item repetat Clerici ℣. Et benedictū nomē glorie tue quod est sanctum. Chorus dicat. Et laudabile et gloriosum i secula. Clerici ℣. Benedictus es in tēplo sancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici ℣. Benedict⁹ es super thronū sanctum regni tui. Chorus. Et laudabil. Clerici ℣. Bn̄dict⁹ es super sceptrū diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin intuēs abyssos. Chor⁹. Et laudab. Clerici ℣. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Chorus. Et laudab. Clerici ℣. Benedicāt te oēs

angeli et sancti tui. Chorus. Et laudent te et glorificent in secula. Clerici v. Benedicant te celi terra mare et oia q in eis sunt. Chor⁹. Et laudent te. Clerici v. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Chor⁹ Et laus et honor / potestas et imperium. Clerici v. Sicut erat i pricipio et nuc et semper: et i scla seculorum amen. Chorus. Et laus et honor. Deinde clerici reincipiant primum versum tractus et percantent a choro. Et postea dicat sacerdos. Dominus vobiscum et. Oremus. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium. concede ppicius: vt nos famulos tuos no exurat flamma viciorum. Per dnm. Hic dicunt memo. cosuete. Epla. Ad thessalonicenses. ij. ij. ca.

Fratres. Rogam⁹ vos per aduentum dni nostri ihesu christi et nostre cogregationis in idipsum: vt no cito moueamini a vestro sensu / neq terreamini / neq per spiritum / neq per sermonem / neq per epistolam tanq per nos missam / quasi instet dies dni. Ne qs vos seducat: vllo modo. Quonia nisi venerit discessio primu: et reuelatus fuerit ho pcti fili⁹ pditiois / q aduersat et extollit supra oe quod dicitur deus / aut quod colitur / ita vt in teplo dei sedeat ostendes se tanq sit de⁹. No retinetis quonia cu adhuc essem apud vos: hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam misteriu iam operatur iniqtatis: tatu vt qui tenet / nuc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dns ihesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratioe aduentus sui. Duo clerici de scda forma in cappis nigris ad gradum chori simul dicant totu et integre istu. Tr.

Qui regis israel intende: qui deducis velut oue ioseph. v. Qui sedes sup cherubin appare coram effraim beniamin et manasse. v. Excita domine potentiam tuam et veni vt saluos facias nos.



Secundu Lucam. iij. cap.

Anno quintodecimo iperij tyberij cesaris / pcurante poncio pylato iudea

tetrarcha autẽ galilee herode:
philippo autẽ fratre eius te-
trarcha yture. et traconiti-
dis regionis. et lysania abi-
line tetrarcha/sub principi-
bus sacerdotum anna et cay-
pha: factum est verbum dñi
super iohãnem zacharie fi-
liũ in deserto. Et venit i om-
nem regionẽ iordanis predi-
cans baptismum penitentie
in remissionem peccatorũ:
sicut scriptum est i libro ser-
monũ ysaie pphete Vox cla-
mantis in deserto: parate viã
domini/rectas facite semitas
eius. Omnis vallis implebi-
tur: et omnis mons et collis
humiliabit. Et erunt prava
in directa: et aspera in vias
planas. Et videbit ois caro:
salutare dei. Offr. Exulta
satis filia syon/predica filia
therusalem: ecce rex tuus ve-
niet tibi sanctꝰ et salvator. V.
Loquetur pacem gentibus:
et potestas eius a mari usq
ad mare: et a flumine usq ad
terminos orbis terre. Secr.

Super has hostias fide-
lium dñe qs propicio
vultu respice: et quia nostris
meritis nõ valemus: his po-
tius muneribꝰ tuo occursui
commendemur. Qui vivis et
reg &c. Prefatio quotidiana
Cõi. Exultauit vt gygas
ad currendã viam a summo
celo egressio eiꝰ: et occursus
eiꝰ usq ad sũmũ eiꝰ. Postcõ.

Quesumus dñe deus no
ster: ut sacrosancta my-
steria que pro reparationis
nostre munimine cõtulisti:
et presens nobis remedium
esse facias et futurũ. Per do.

¶ In quacũq feria dies na-
tiuita. dñi contigerit semper
ieiunia quattuor tẽporũ in
tertia ebdomada aduentus
domini celebrentur.

¶ Dominica quarta aduen-
tus dñi. Ad missam. Officiũ.




Memento no-
stri dñe in be-
neplacito po-
puli tui: visi-
ta nos i salu-
tari tuo ad vi-
dendũ in bo-
nitate electorum tuorum: in
leticia gentis tue/ vt lande-
ris cum hereditate tua. Ps.
Peccauimus cum patribus
nostris: iniuste egimus ini-
quitatem fecimus. Oratio.

Excita qsumus dñe po-
tentiam tuã et veni: et
magna nobis virtute succur-
re: vt per auxiliũ gratie tue
quod nostra peccata prepe-
diunt: indulgẽtia tue ppicia-
tionis acceleret. Qui viuis.
Ad philippenses. iiii. cap.

Fratres. Gaudete in do-
mino semper: iterũ di-
co gaudete. Modestia vestra:
nota sit omnibꝰ hominibus
Dñs enim prope est. Nichil
solliciti sitis: sed i omni ora-

tione & obsecratione cũ gratiarum actiõe petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra/ et intelligentias vestras. In christo iesu: domino nostro. Grad. Prope est dñs omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocãt eum in veritate. V. Laudem domini loquetur os meum. et benedicat omnis caro nomẽ sanctum eius. Alleluya V. Veni domine et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilem⁹ omnes vna. Deo nostro q̃ creauit omnia. Per quem cũcta cõdita sũt secula. Celoq; plurima: luce chorusca & diuersa sunt sydera. Sol mũdi seema noctium decus luna ceteraq; splendentia. Mare/solum/alta/plana ac ꝓfunda flumina. Aeris ampla spacia que discurrunt aues vẽti atq; pluuia. Hec simul cuncta. tibi deo soli patri militãt Nunc et in euũ sine fine per secla: laus eorũ tua gloria. Qui ꝓ salute nostra prolẽ vnicam. Pati i terram misisti sine culpa. sed ob nostra delicta. Te trinitas ꝑcamur. vt corpora nostra et corda. Regas & protegas: et dones peccatorum veniam.



Secundum iohannẽ. i. cap.

In illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes & leuitas ad iohannem: vt interrogarent eũ. Tu quis es? Et cõfessus est: et non negauit. Et cõfessus est: q̃a nõ sũ ego christus Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Helyas es tu? Et dixit Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerũt ergo ei. Quis es vt responsũ demus his qui miserũt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamãtis in deserto: dirigite viam domini/ sicut dicit ysaias propheta Et qui missi fuerãt: erãt ex phariseis Et interrogauerũt eũ; & dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu nõ es xp̃s neq; helyas neq; ꝓpheta? Rñdit eis iohãnes: dicẽs. Ego baptiso i aqua: medi⁹ autẽ vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Ipse est

qui post me venturus est: qui ante me fact⁹ est / cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat iohannes baptizans. Offr.

Confortamini et iam nolite timere: ecce enim deus noster retribuet iudicium / ipse veniet et saluos nos faciet. V⁹. Tunc aperient oculi cecorum: et aures surdorum audient. tunc ascendet claud⁹ quasi ceru⁹ et clara erit lingua mutorum. Secr.

Sacrificijs p̄sentibus q̄s dñe placat⁹ intende: quibus ad filij tui natiuitatem suscipiendam purificemur. Per eundem dñm.

Prefatio quotidiana. Cōio.

Ecce virgo concipiet et pariet filium / et vocabit nomē eius emmanuel. Postcōio.

Populum tuum quesumus domine donorum tuorum largitate prosequere; vt a malis omnib⁹ sacramentorum tuorum virtute protectus: ad ineffabile mysterium celebrandum / et mente p̄paretur et corpore. Per. Feria.iiij.

Lectio iohelis prophete. ij.cap.

Hec dicit dñs deus. Exultate filie syon: et letamini in dño deo vestro qui dedit vobis doctorē iusticie: et descendere faciet ad vos imbrem matutinū et serotinū / sicut in principio. Et implebuntur aree frumento: et redundabunt torcularia vino et oleo. Et scietis q̄a ego dominus deus vester habitans in syō in monte sancto meo: et in hierusalē sancta / et alieni non trāsibunt per eā amplius. Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lacte / et per oēs riuos iuda ibunt aq̄ / et fons de domo dñi egredietur / et irrigabit torrētem spinarum. Egyptus in desolationē erit et ydumea i desertum perditionis: pro eo q̄ inique egerunt in filios iude / et effuderunt sanguinem innocētem in terra sua. Et iudea i eternum habitabitur: et hierusalem in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem nō mundaueram: et dñs cōmorabitur in syō a seculo; et vsq̄ in seculū. Scdm lucā. vij. Cap.

In illo tempore. Exijt sermo i vniuersam iudeam de iesu: et omnē circa regionem Et nunciauerunt iohanni discipuli ei⁹: de omnib⁹ his. Et cōuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad iesum dicens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cum autē venissent ad eum viri: dixerunt. Johānes baptista: misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es: an alium expecta-

mus? In ipsa autem hora: curauit multos a lāguorib⁹ suis et plagis / et spiritibus malis / et cecis multis donauit visum. Et respōdens: dixit illis. Euntes / renunciate iohāni: que vidistis et audistis. Quia ceci vidēt: claudi ambulant / leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgūt / pauperes euangelizant. Et beatus est: qui nō fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncij iohannis: cepit dicere de iohāne ad turbas Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hoiem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui i veste p̄ciosa sunt / ꝛ in delicijs: in domib⁹ regum sunt. Sed q̄d existis videre? Prophetam? Utiq; dico vobis: et plusq̄ p̄phetā. Hic est de quo scriptū est Ecce mitto angelum meū ante faciē tuā q̄ p̄parabit viā tuā an̄ te. Dico eni vobis: maior iter natos mulierū p̄pheta iohāne baptista nemo est Qui aūt minor est i regno celoꝝ: maior est illo. ¶ Feria. vj. Lectō zacharie p̄phete. ij. cap̄.

Hec dicit dn̄s. Lauda et letare filia syon: quia ecce ego venio et habitabo in medio tui / ait domin⁹. Et applicabuntur gentes multe ad dominū in die illa: ꝛ erūt michi in populū / ꝛ ego illis in deum. Et habitabo in medio tui. et scies quia dn̄s exercituum misit me ad te. Et possidebit dn̄s iudā partem suam in terra sanctificata: et eliget adhuc hierusalē. Sileat ois caro a facie dn̄i: q̄a cōsurrexit de habitaculo sctō suo Dicit dn̄s omnipotens. Secundum marcū. viij. cap̄.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete ꝛ cauete a fermēto phariseorum: et fermento herodis. Et cogitabāt ad alterutrum dicētes: quia panes nō habemus. Quo agnito: ait illis ihesus. Quid cogitatis quia panes nō habetis. Nōdum cognoscitis: nec intelligitis. Adhuc cecatum habetis cor vestrum. Oculos habentes non videtis: et aures habentes non auditis. Nec recordamini quando quinq; panes fregi in quinq; milia: et quot cophinos fragmentorū plenos sustulistis. Dicunt ei. Duodecim. Quando ꝛ septem panes in quattuor milia hominū: quot sportas fragmentorū tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomodo nondū intelligitis? Et veniūt bethsaida ꝛ adducunt ei cecū. Et rogabant eum: vt illum tangeret Et ap̄prehēsa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et

expuēs in oculos eius: & impositis manibus suis interrogauit eū si quid uideret. Et aspiciēs ait. Uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit manus super oculos eius: et cepit uidere. Et restitut⁹ est ita vt clare videret omnia: & misit illū in domum suā dicēs. Uade in domū tuā: et si i vicū introieris: nemini dixeris.

In vigi. nati. dñi. Officiū



Hodie scietis qa ueniet dominus et saluabit vos: et mane videbitis gloriam ei⁹. ps. Dñi ē terra et plenitudo ei⁹: orbis terrarū et vniuersi q̄ habitāt in eo. Si hec vigilia in do. eue. dicitur cantus super Kyrie, Sanctus, et Agnus. sicut in festo simp. ix. lec. Si autē: dicitur cantus ferial. Oratio

Deus qui nos redēptionis nostre annua expectatione letificas: pre̅sta vt vnigenitū tuum quē redemptorem leti suscipimus: venientem quoq; iudicem securi videamus dñm nostrum iesum christū filiū tuū. Qui tecum. Nulla fiat memoria. Unus puer accolitus legat hāc lectionem alba indut⁹ ad gradum chori: tñ si dñica fuerit legat i pulpito et sēp cū suo titulo. Lcō ysaie. lxii. c. xxii.

Propter syon non tacebo: et propter hierusalē nō quiescā: donec egrediat ut splendor iustus eius, et saluator eius vt lampas accēdat. Et videbūt gentes iustū tuum: et cūcti reges inclitū tuū. Et vocabit tibi nomē nouum: quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu dñi: & dyadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata Sed vocaberis volūtas mea in ea: et terra tua īhabitabitur: quia cōplacuit dño in te. Deinde absq; interuallo legat Epla. Ad romanos. i. cap.

Fratres. Paulus seru⁹ iesu christi vocat⁹ apostolus, segregatus in euangelium dei: quod ante p̄misserat p prophetas suos i scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid secundum carnē. Qui predestinatus est fili⁹ dei in virtute secundū spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorū iesu christi dñi nostri: per quem accepimus gratiā et apostolatū ad obediendum fidei in omnib⁹ gentibus pro nomine eius. In qbus estis et vos vocati: iesu christi dñi nostri. Gr. Hodie scietis qa veniet dñs et saluabit nos: &

mane videbitis gloriã eius. ℣. Qui regis israel intende: q̃ deducis velut ouẽ ioseph/ qui sedes super cherubin appare corã effraim beniamin et manasse. Si hec vigilia in do. eue. missa de do. i capitulo: et tũc fiat mẽo. de sctã maria et de omnibus sanctis tantũ. Missa vero de vigi. ad antenticũ altare sine aliqua mẽo. cũ hoc Alla. ℣. Crastina die delebit iniq̃tas terre et regnabit super nos saluator mũdi. Sequẽ. Iubilemus vts. fo. xi. Si ho do. non fuerit tũc Alla et sequẽ. ptermit.



Scd̃m matheũ. i. capitulo.

In illo tẽpore. Cũ esset desponsata mater iesu maria ioseph anteq̃ conuenirent: inuenta est in vtero habẽs de spiritu sancto. Joseph autẽ vir eius cũ esset iust⁹ et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autẽ eo cogitãte: ecce angelus dñi in sõnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugem tuã. Quod enim i ea natũ est: de spiritu sancto est. pariet autẽ filiũ et vocabis nomen eius iesum. Ipse enĩ saluũ faciet populũ suum: a peccatis eorũ. Offr. Tollite portas p̃ncipes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Dñi est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitãt in eo. Iste ℣. si do. fuerit eo anno ptermittat. Secr.

Da nobis q̃s oĩpotẽs de⁹ vt sicut adorãda filij tui natalicia pu enimus: sic eius munera capiam⁹ sempiterna gaudentes. Per eundem. Prefatio quotidiana. Cõio. Reuelabitur gloria domini et videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcõio.

Da nobis q̃s dñe vnigeniti filij tui recẽsita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundem dominũ.

¶ In nocte natiui. dñi post ix. lec. cantẽ hoc euãg. i pulpito a dyacono. ¶ Initium sancti euãgelij scd̃z matheũ.

Liber generatiõis iesu christi filij dauid: filij abraham. Abraham genuit ysaac: ysaac aũt: genuit iacob. Jacob aũt: genuit iudã

et fratres eius. Judas autẽ: genuit phares et zarã de thamar. Phares autem: genuit esrom. Esrom autẽ: genuit arã. Aram aũt: genuit aminadab. Aminadab autẽ genuit naason. Naason autẽ: genuit salmõ. Salmõ autẽ: genuit booz de raab Booz aũt: genuit obeth ex ruth. Obeth autẽ: genuit iesse. Jesse aũt: genuit dauid regem. Dauid aũt rex: genuit salomonẽ ex ea q̃ fuit vrie. Salomõ aũt: genuit roboã. Roboã autẽ: genuit abiã Abias autẽ: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Josaphat aũt genuit iorã. Jorã autẽ: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan. Joathã autẽ: genuit achas. Achas autẽ: genuit ezechiã. Ezechias autẽ genuit manassẽ. Manasses autem: genuit amon. Amon autẽ: genuit iosiam. Josias autẽ: genuit iechoniã & fratres eius in transmigratiõe babilonis. Et post transmigrationem babilõis: iechonias genuit salathiel. Salathiel aũt genuit zorobabel. zorobabel aũt genuit abiud Abiud aũt genuit eliachim. Eliachim aũt: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch aũt: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autẽ: genuit eleazar. Eleazar aũt: genuit mathã. Mathã autẽ: genuit iacob. Jacob autẽ: genuit ioseph/ virum marie. De qua natus est iesus: qui vocatur christus. Finito euãgelio: sacerdos incipiat p̃s. Te deũ. quo dicto rectores chori incipiãt missã.

¶ In gallicantu Officium.



Dominus dixit ad me filius meus es tu/ ego hodie genui te. p̃s. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. Kyrie eleyson. cum suis versibus. Sequatur Gloria in excelsis. more duplicis festi. ¶ Sciẽdum est q̃ semper ad missam dr̃ Gloria in excel. quotiẽs ad matu. dicitur Te deum. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce/ vel missa dñicalis in aliquo festo iij. lec. vel infra oct. sine regimine chori cantanda fuerit. Quãdo vero aliqua missa de vigil. vel de fer. iij. lec. in cap. die dñica dr̃: tũc etiã dicitur cantus super Kyrie eleyson Gloria in excel. quãdo dicitur Sanctus, et Agnus. et Ite missa est. sicut in festo. iij. lec. Similiter fiat quãdo dr̃ missa dñicalis in cap. die dñica: tunc etiã dicetur Credo. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimam noctẽ veri luminis fecisti illustratiõe clare-

scere: da q̄s. vt cui⁹ lucis my
steria i terra cognouim⁹: ei⁹
quoq; gaudijs i celo p̄fruamur. Qui tecū. Duo clerici
de .ij. forma i capis sericis in
pulpito simul cātēt lectionē.

Laudes deo dicā per secula
q̄ me plasmauit i manu dextera atq; redemit cruce
purpurea sanguie nati. Hic
cantetur alternatim. Lectio ysaie prophete. In qua
christi lucida / vaticinatur
natiuitas. Hec dicit dominus. Pater / filius / sanctus
spiritus. in quo sunt omnia
cōdita supna atq; ima. Populus gētiū qui ambulabat
in tenebris. Quem creasti /
quē fraude subdola hostis expulit paradiso et captiuatū
secū traxit ad tartara. Vidit
lucem magnā. Fulserunt &
immania nocte media pastoribus lumina. Habitātibus
in regiōe vmbre mortis: lux
Sempiterna & redēptio vere nostra. Orta est eis. O stupēda natiuitas. Paruulus
eni natus est nobis. Magn⁹
hic erit iesus filius dei. Et filius. Patris summi. Dat⁹
est nobis. Ab arce summa
predictū sic erat. Et fact⁹ est
pricipatus super humerum
eius Ut celos regat atq; arua. Et vocabit nomen eius
Messias / sother / emanuel /
sabaoth / adonay. Admirabilis. Radix dauid. Consiliarius. Dei patris. Deus
Qui creauit omnia. Fortis. Baratri claustra pinīes
teterrima. Pater futuri seculi. Per oīpotens & cuncta
regēs. Princeps pacis. Hic
& in euum. Multiplicabitur
eius imperium. In hierusalem iudea siue samaria. Et
pacis non erit finis. Per secula sempiterna. Super solium dauid & super regnum
eius sedebit. Et regni meta
sui non erit aliqua. Et confirmet illud. In fide pignoret. Et corroboret in iudicio
et iusticia. Iudex cum venerit iudicare seculū. Amodo.
Illi debet gloria laus & iubilatio. Et vsq; i sēpiternū
Hic cātēt simul vsq; ad finē.
Ab ortu solis vsq; occiduos
ad fines mundi orbis per climata laus creatori resonet
cōgrua. Amen dicāt omnia.
Ubi non habet cant⁹: legat
Lectio ysaie pphete. ix. cap.

Hec dicit dñs deus. Populus gētium qui ambulabat i tenebris: vidit lucem magnam. Habitātibus
in regiōe vmbre mortis: lux
orta est eis. Paruulus enim
natus est nobis: et filius datus est nobis Et fact⁹ est pricipatus super humerū eius:
& vocabitur nomen eius admirabilis / cōsiliarius / deus
fortis / pater futuri secli / princeps pacis. Multiplicabitur

eius imperium: et pacis non erit finis. Super soliū dauid et super regnū ei⁹ sedebit: vt confirmet illud ꝫ corroboret in iudicio et iusticia. Amodo et vsqꝫ in sempiternū. Sine interuallo Lectio ep̄le bt̄i pauli apostoli. Ad tytum. ij. capi.

Charissime. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hoībus: erudiens nos vt abnegātes impietatē et secularia desideria / sobrie et iuste et pie viuamus ī hoc seculo. Expectantes beatam spem: et aduentū glorie magni dei / ꝫ saluatoris nr̄i iesu christi. Qui dedit semetipsū p nobis vt nos redimeret ab omni iniq̄tate: et mundaret sibi populū acceptabilē / sectatorem bonorū operū. Hec loq̄re: ꝫ exhortare In christo iesu: dn̄o nostro. Gr. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Alla. V. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canūt oīa domino pie agmina. Syllabatim neumata perstringendo organica. Hec dies sacrata: in qua noua sūt gaudia mū do plene edita. Hac nocte p̄celsa intonuit glīa in voce angelica. Fulserunt et immania nocte media pastoribus lumina. Dū fouēt sua pecora subito diua pcipiunt monita. Natus alma vgine qui extat ante secula. Est immēsa in celo gloria pax ꝫ in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat. Et tāto canore tremat alta poli machina. Sonet et per oīa hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepēt cūcta: deū natū in terra. Confracta sunt īperia hostis crudelissima. Pax ī terra reddita: nūc letētur oīa nati per exordia. Solus qui tuet oīa. Solus qui cōdidit omnia. Ipse sua pietate soluat oīa pctā nr̄a.



Euāgelium more duplicis festi. Secundum Lucam. ij. Cap.

In illo tpe Exijt edictū a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta

est a preside syrie cirino. Et ibant oes: ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleem: eo q esset de domo et familia dauid/ ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum: primogenitum. Et pannis eum inuoluit: et reclinauit eum in presepio/ quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem: vigilantes et custodientes vigilias noctis/ supra gregem suum. Et ecce angelus dni stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit illos/ et timuerunt timore magno. Et dixit illis angel9. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia nat9 est vobis hodie saluator/ qui est christ9 dns in ciuitate dauid Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis: laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus: bone voluntatis. Credo. Offer. Letentur celi et exultet terra ante faciem dni quoniam venit. Secreta

Accepta sit tibi dne qs hodierne festiuitatis oblatio ut tua gratia largiente per hec sacrosancta commercia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substantia iesus christus dns noster. Qui tecum. Prefatio. Quia per incarnati. Hec prefatio dicitur in natiui. dni ad oes missa. et quotidie per ebdo. et in die circumcisionis dni/ et in omnib9 missis de sancta maria/ ab hac die usq ad purificationem. Communicantes. vero dicitur tantum usq ad circum. et in die circum. Coio. In splendorib9 sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Postcoio.

Da nobis qs dne de9 noster: ut qui natiuitatem dni nostri iesu christi nos frequentare gaudemus: dignis conuersationib9 ad ei9 mereamur pertingere consortium. Qui tecum.

¶ Ad missam in aurora. Offi.



Lux fulgebit hodie super nos/ quia nat9 est nobis dns et vocabitur admirabilis deus/ princeps pacis/ pater futuri seculi/ cui9 regni non erit finis. Ps. Dns regnauit decorem indutus est: indutus est dns fortitudinem et precinxit se. Ad hanc missam Kyrie. absq versibus. Gloria in excel. Sanctus et agn9

sicut i festo simplici novem lectionum dicũtur. Oratio.

Da q̃s oĩpotens deus / ut q̃ nova icarnati verbi tui luce perfũdimur: hoc in nostro resplendeat opere: qđ per fidẽ fulget in mẽte. Per eũdem. Memoria de sctã anastasia cũ hac oratione. Orõ

Da q̃s oĩpotens deus / ut q̃ beate anastasie martyris tue solemnia colimus: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per dñm. Ad hãc miss. non dicũtur plures oratiões vel pauciores Sequens lec. legaẽ in pulpito ab uno clerico de secunda forma.

Lctõ ysaie phete. lxi. Cap.

Hec dicit dñs. Spiritus dñi super me: eo q̃ unxerit me. Ad annunciandum mãsuetis misit me: ut mederer contritis corde / ꝛ ꝑdicarẽ captiuis indulgẽtiã / ꝛ clausis apertionẽ. Ut predicarẽ annũ placabilẽ dño: et diem ultionis deo nostro. Ut cõsolarer oẽs lugentes: ꝛ ponerẽ cõsolationẽ lugẽtibus syon Et darẽ eis coronã ꝓ cinere. oleum gaudij pro luctu. pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabunẽ i ea fortes iusticie: plantatio dñi ad glorificãdũ. Ecce dñs auditũ fecit i extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo / ꝛ opus illius corã illo Et vocabũt eos popul⁹ sanctus: redẽpti a dño. Sine intervallo. Lctõ epystole beati pauli apli. Ad tytũ iij. Cap.

Carissime. Apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operib⁹ iusticie que fecimus nos: sed scđm suã misericordiã saluos nos fecit. Per lavachrum regenerationis et renovationis spiritus sancti: quẽ effudit in nos abũde / per iesum christum saluatorem nostrũ. Ut iustificati gratia ipsius: heredes simus scđm spem vite eterne. In christo iesu: dño nostro. Gr. Benedictus qui venit in noie dñi: deus dñs et illuxit nobis. V⁹. A dño factum est istud ꝛ est mirabile in oculis nostris.

Alla. V. Dñs regnavit decorem induit: induit dñs fortitudinem ꝛ precinxit se virtute. Sequentia.

Sonent regi nato noua cãtica. Cui⁹ pater fecit oĩa / mater est v̾go sacratissima. Generãs hic nescit feminam: illa est sine viro gravida. Verbũ corde patris genitũ ante secula. Alvus matris gessit corporatũ per tẽpora. O mira genitura / o stupẽda nativitas O proles gloriosa / humanata divinitas. Sic te nascituꝝ fili dei vates docti tuo spũ dixerant. Sic te oriẽte laudes tibi cã-

tant pacē terris angeli nunciant. Elementa vultus exhilarāt. Omnes sancti gaudentes iubilant. Salue clamando nos quoque salua. Deitas in personis trina. Simplex vsya. Euāgelium in pulpito more dominicali legatur.



Secundum Lucam. ii. capi.
IN illo tēpore: Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus vsque bethleem: et videamus hoc verbū quod factum est / quod fecit dn̄s et ostendit nobis. Et venerunt festinātes: et inuenerunt mariā et ioseph: et infantem positū in presepio. Videntes aūt: cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de his q̄ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in omnibus que audierant et viderant sicut dictū est ad illos. Credo. Offer. Deus enim firmauit orbem terre qui nō commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secr.

MUnera nostra quesumus dn̄e natiuitatis hodierne misteriis apta prouenīant: vt sicut homo genitus idē refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia conferat qd̄ diuinum est. Per eundem.

ACcipe quesumus dn̄e munera dignanter oblata: et beate anastasie suffragātibus meritis ad nostre salutis auxiliū puenire concede. Per dominū. Alia secr.

Prefatio et Cōmunicantes de nati. Cōio. Exulta filia syon lauda filia hierl'm ecce rex tuus venit sctūs et saluator mundi. Postcōio.

HUius nos domine que sumus sacramenti semp natalis nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatē. Per eundem. Alia postcōmunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue cuius solennia celebramus. Per dominum.

¶ Ad terciam missam in die natiuitatis dn̄i. Officium.



Puer nat⁹ est nobis et fili⁹ datus est nobis: cuius imperiū sup humerū eius: & vocabit' nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cantate dño canticū nouū: qz mirabilia fecit.

Concede q̃sum⁹ Oro. omīps deus, vt nos vnigeniti tui noua p carnē natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundē. Sequens lectio legatur i pulpito ab aliquo de superiori gradu in superpellicio. Lectio ysaie pphete. lij. Capitulo.

Hec dicit dñs. Propter hoc sciet ppl's me⁹ nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce assum. Quā pulchri sup mōtes pedes annūciantis & predicātis pacem: annūciātis bonū predicantis salutē dicentis. Syon, regnabit deus tuus. Uox speculatorū tuorū leuauerūt vocē: simul laudabūt qz oculo ad oculū videbunt cū cōuerterit dñs syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalē: qz consolatus est dñs populū suū, redemit hierusalē. Parauit dñs brachiū sanctū suū, in oculis omniū gentiū: & videbunt oēs fines terre: salutare dei nostri. Lectio epystole beati pauli apostoli ad hebreos. i. capitulo.

Fratres. Multipharie multisq3 modis olim deus loquēs patribus in pphetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quē constituit heredē vniuersorū per quē fecit et secula. Qui cū sit splendor glorie & figura substantie eius, portansq3 oīa verbo virtutis sue, purgationē peccatorū faciens: sedet ad dexterā maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorū filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Et rursū. Ego ero illi in patrē: et ipse erit michi in filium. Et cū iterū introduxit primogenitū in orbē terre: dixit. Et adorent eum oēs angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit

angelos suos spũs: et mini-
stros suos flãmã ignis. Ad fi-
lium autẽ. Thron⁹ tuus de⁹
in seculũ seculi: virga equi-
tatis virga regni tui. Dilexi
sti iusticiã et odisti iniquita-
tẽ: ꝓpterea vnxit te deus de-
us tuus oleo exultatiõis pre
participibus tuis. Et tu i pri
cipio dñe terram fundasti: et
opera manuũ tuarũ sunt ce
li. Ipsi peribunt tu aũt per-
manebis ⁊ oẽs sicut vestimẽ
tũ veterascẽt. Et velut ami-
ctũ mutabis eos: et mutabũ-
tur. Tu aũt idẽipse es⁊ anni
tui nõ deficiẽt. Grað. V ide
runt oẽs fines terre salutare
dei nostri iubilate deo omis
terra. V. Notũ fecit dñs salu
tare suũ ante conspectũ gen-
tiũ reuelauit iusticiã suam.
Alla V. Dies sctificatus il-
luxit nobis: venite gentes et
adorate dñm/ q2 hodie descẽ
dit lux magna super terram.
Celeste orga- Sequẽ.
nũ: hodie sonuit in ter
ra. Ad partũ virginis supe-
rum cecinit caterua. Q uid
facis humana turba: cur nõ
gaudes cũ supera? V igilat
pastorũ cura vox auditur an
gelica. C ãtabãt inclyta car
mina/ plena pace et gloria.
Ad xp̄m referunt ꝓpria no
bis canũt ex gratia. N ec cũ-
ctorũ sunt hec dona/ sed mẽs
quorũ erit bona. N ec sunt
absolute data/ sed decenter
sunt ꝓlata. Affectus deserãt
vicia/ ⁊ sic nobis pax est illa
q2 bonis est ꝓmissa. I ungũ
tur superis terrea ob hoc qui
dem laus est iuncta/ sed decẽ
ter sit diuisa. G aude hõ cum
perpẽdis talia. G aude caro
facta vbi socia. Iste v. ter di
cat. N ũciant ei⁹ ortũ sydera
lucis ꝑ indicia I ncẽut duces
gregũ lumina bethlẽ vsq
preuia. I nuenit rex celorũ
inter aĩalia. A rto iacet in ꝑ
sepe rex q cingit oĩa. S tella
maris quẽ tu paris colit hũc
ecclesia. I psi nr̃a per te pia
placeãt seruitia. R esonent
cũcta redẽpta. Initiũ sancti
euãgelij: scd̃m Johẽm. i. ca.
In principio erat vbũ et
vbũ erat apd̃ deũ et de⁹
erat vbũ. Hoc erat i principio
apd̃ deũ. Oĩa ꝑ ip̄m facta sũt ⁊
sine ip̄o factũ ẽ nihil. Qd̃ fa-
ctũ est in ip̄o vita erat: et vi-
ta erat lux hoim. Et lux in te
nebris lucet: ⁊ tenebre eã nõ
cõprehenderũt. Fuit hõ mis-
sus a deo: cui nomẽ erat io-
hãnes. Hic venit in testimo-
niũ: vt testimoniũ ꝑhiberet
de lumine/ vt oẽs crederẽt ꝑ
illũ Non erat ille lux: sed vt
testimoniũ perhiberet de lu-
mine. Erat lux vera q illumi
nat oẽm hoiem venientẽ in
hunc mundũ. In mũdo erat
et mũdus per ip̄m factus est:
et mũdus eũ non cognouit.
In ꝓpria venit: et sui eũ nõ

receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie: et veritatis. Offer. Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti, iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate sctifica: nosque per hec a peccatorum maculis clementer emunda. Per eundem. Prefatio et Communicantes de nati. Com. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri.

Presta quesumus omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generationis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor Qui tecum. ¶ In die sancti stephani prothomarty. Offm.



Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur, et iniqui persecuti sunt me: adiuua me domine deus meus: quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare: dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Memoria de natiuitate tantum. Lectio actuum apostolorum. vj. et. vij. Capit.

In diebus illis: Stephanus plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga. que appellabatur libertinorum, et syrenensium et alexandrinorum: et eorum qui erant a cilicia et asia disputantes cum stephano. Et non poterant resistere sapientie: et spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum vidit gloriam dei, et iesum stantem a dextris virtutis dei, et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuita-

tem lapidabant. Et testes de posuerunt vestimēta sua secus pedes adolescentis: q̄ vocabat saulus. Et lapidabāt stephanū: inuocantem et dicētem. Dn̄e iesu: suscipe spiritum meū. Positis autē genib⁹: clamauit voce magna dicens. Dn̄e ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset: obdormiuit i dn̄o. Gr. Sederūt principes et aduersum me loquebant/ ꝛ iniqui persecuti sunt me ℣. Adiuua me dn̄e deus meus/ saluum me fac: ꝓpter misericordiam tuam. Alla. ℣. Uideo celos apertos et iesum stātē a dextris virtutis dei. Sequētia.

Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt eius vbiq̄ omnia i celo atq̄ in terra opa. Qui est rex regum dn̄s omniū a patre genit⁹ ante secula. Cuius caritas vera celo subleuat stephanum de terra. Atq̄ perenni vita ornat candida digniter corona. Plen⁹ eteni stephan⁹ deitate atq̄ gratia. Magna dabat prodigia docēs verissima dogmata. Cū autē predicaret iā presentia Nostre redemptionis noua gaudia Intento in superna celi patet ianua Dixitq̄ circunstāti plebi voce publica. Sacra plenus gratia Ecce video admirabilē gloriam. Claritate fulgida Atq̄ iesum stantem in virtutis dei dextera. Cum hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitū cōcita. Quassat lapidib⁹ stephani mēbra Sed stat fortiter patiēs martir et orat Ne his christe norā statuas. Sed iam accipe aiam meā Et cū hoc dixisset: i dn̄o obdormiuit pace eterna Tu et nobis martyr o stephane sempiterna impetra gaudia Iste vltim⁹ v̄sus ꝑ trina vice i hoc festo. ꝗ i inuentione eiusdem.



Scd̄m matheū. xxiij. Cap.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū: ꝛ principibus sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis/ ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat sup vos ois sanguis iu=

ſtus q̄ effuſus eſt ſup terrā/ a
ſanguine abel iuſti/ vſq ad
ſanguinē zacharie filij bara
chie/ quem occidiſtis iter tē=
plū ⁊ altare Amē dico vobis
venient hec oia ſup genera=
tionē iſtā. Hieruſalē hirlm
que occidis ꝓphetas/ ⁊ lapi=
das eos qui ad te miſſi ſunt:
quotiēs volui cōgregare fi=
lios tuos/ quē admodū galli
na ꝯgregat pullos ſuos ſub
alas et noluiſti? Ecce relin=
quetur vobis: domus veſtra de=
ſerta. Dico enī vobis: nō me
videbitis amodo/ donec dica=
tis. Bñdictus q̄ venit: i noīe
dñi. Credo. Offer. Elegerūt
apoſtoli ſtephanū leuitā ple
num fide ⁊ ſpiritiuſancto quē
lapidauerunt iudei orātem ⁊
dicētē: dñe ieſu accipe ſpiri=
tum meum alla. Secreta.

Suſcipe dñe q̄s munera
pro commemoratione
martyris tui ſtephani: vt ſi=
cut illum paſſio fecit glorio
ſum: ita nos deuotio reddat
innocuos Per. Cōio. Video
celos apertos et ieſum ſtātē
a dextris vtutis dei. dñe ieſu
chriſte accipe ſpiritū meū et
ne ſtatuas illis hoc peccatū.
q̄a neſciūt q̄d faciūt. Poſtcō

Auxilientur nobis dñe
ſumpta myſteria: et i=
tercedēte btō ſtephano ꝓtho
martyre tuo/ ſempiterna ꝓ=
tectiōe cōfirmēt. P. In die
ſācti iohānis euāge. Officiū.



In medio ec=
cleſie apuit
os eius: ⁊ im
pleuit eū dñs
ſpū ſapiētie
et intellectus
ſtola glie in=
duit eum. In tēpore paſcali
alla alla. ℣. Iocūditatem et
exultationem: theſaurauit
ſuper eum. Oratio.

Eccleſiā tuā q̄s dñe be=
nignus illuſtra: vt btī
iohānis apoſtoli tui ⁊ euāge
liſte illuminata doctrinis: ad
dona perueniat ſempiterna.
Per do. Memo. de nati. et de
ſctō ſtephano tātū. Lctō libri
ſapiētie Eccleſiaſtici. xv. ca.

Qui timet deū: faciet bo=
na. Et qui cōtinens eſt
iuſticie apprehēdet illā: ⁊ ob=
uiabit illi quaſi mater hono
rificata. Cibauit illum pane
vite et intellect⁹: et aqua ſa=
piētie ſalutaris potauit illū
Et firmabitur in illo et non
flectetur: ⁊ ꝯtinebit illū ⁊ nō
cōfundetur/ et exaltabit illū
apud proximos ſuos. In me=
dio eccleſie aperiet os ei⁹: et
implebit eū dñs ſpū ſapiētie
et intellectus/ ⁊ ſtola glorie
induet eū. Iocūditatē et ex=
ultationē: theſaurizabit ſup
eū. Et noīe eterno heredita=
bit illū: dñs deus noſter. Gr.
Exijt ſermo iter fratres q̄ di
ſcipulus ille non moritur. ℣.
Sed ſic eū volo manere do=

nec veniã tu me seq̃re. Alla

v. Hic ẽ discipul⁹ ille q̃ testi
moniũ ꝑhibet de his/ ꝛ scim⁹
q̃a verꝫ ẽ testioniũ ei⁹ Seq̃n

IOhannes iesu christo
multũ dilecte virgo. Tu
ei⁹ amore carnalẽ i nauẽ pa
rentẽ liq̃sti. Tu leue ꝛiugis
pect⁹ respuisti messyã secut⁹
Tu t ei⁹ pectoris sacra meru=
isses fluẽta potare. Tu q̃z in
terra posit⁹/ gl'iaꝫ cõspexisti
filij dei. Que solũ sctis i vita
credidẽ ꝛtuẽda esse ꝑenni. Te
christ⁹ i cruce triũphãs ma=
tri sue dedit custodẽ. Ut vgo
virginem seruares atq̃z curã
suppeditares. Tu te carcere
flagrisq̃z fract⁹ testimonio ꝑ
christi es gauisus. Idẽ mor=
tuos suscitas/ inq̃z iesu noie
venenũ forte vicis. Tibi sũ=
mus tacitũ ceteris verbũ suũ
pr̃ reuelat. Tu nos oẽs pci=
b⁹ sedulis apud deũ semꝑ cõ=
mẽda ioãnes iesu care. Iste
vlti v. ter dicaẽ i hoc festo tm̃



Secundũ iohannẽ. xxi. cap.

IN illo tẽpore. Dixit ie
sus petro Sequere me
Cõuersus pet⁹: vidit illum
discipulũ quẽ diligebat ies⁹
sequẽtẽ/ q̃ et recubuit i cena
suꝑ pect⁹ ei⁹/ ꝛ dixit ei Dñe/
q̃s ẽ q̃ tradet te? Hũc ergo cũ
vidisset pet⁹: dixit iesu. Do=
mine/ hic aũt q̃d? Dixit ei ie=
sus. Sic eũ volo manere: do=
nec veniam Quid ad te? Tu
me seq̃re. Exijt ergo sermo
iste inter fratres: q̃a discipu=
lus ille nõ moriẽ Et nõ dixit
ei ies⁹ q̃a nõ moriẽ: sed sic eũ
volo manere donec veniã/
quid ad te? Hic est discipul⁹
ille qui testimoniũ perhibet
de his: et scripsit hec. Et sci=
mus q̃a verũ est: testimoniũ
ei⁹. Credo. Offr. Iustus vt
palma florebit sicut cedrus q̃
in libano est multiplicabiẽ.
In tpe pascali. All'a. Secr.

SUscipe munera q̃s dñe
q̃ in eius tibi solẽnita=
te deferimus: cui⁹ nos confi=
dim⁹ patrocinio liberari. P.
Cõio Exijt sermo inter fra=
tres q̃ discipulus ille nõ mo
ritur: et non dixit iesus non
moriẽ: sed sic eum volo ma=
nere donec veniã. In tẽpore
pascali All'a. Postcõio.

REfecti cibo potuq̃z cele
sti deus noster te supplι=
ces exoramus: vt in cui⁹ hec
cõmemoratione percepim⁹: e
ei⁹ muniamur ꝑcib⁹. Per.

¶In die sanctoꝝ innocentium martyꝛum Officium.



Ex oꝛe infantiū de⁹ et lactentiū pfecisti laudē pꝛopter inimicos tuos ꝙ̄s. Dn̄e dn̄s noster: ꝙ̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oꝛatio.

Deus cui⁹ hodierna die pconiū innocētes martyꝛes nō loquēdo sed moꝛiēdo cōfessi sunt oīa in nobis vicioꝝ mala moꝛtifica: vt fidem tuā quā lingua nostra loquitur/ etiā moꝛibus vita fateatur. Qui vi. Memoꝛia de nati. de sancto stephano ⁊ de sctō iohāne tm̄. Lctō libꝛi apocal. bti iohānis apli. xiiij.

In dieb⁹ illis. Uidi supꝛa mōtē syō agnū stātē: ⁊ cū eo cētū quadꝛaginta quattuoꝛ milia/ habētes nomen eius et nomē patris ei⁹ scriptum in frōtib⁹ suis. Et audiui vocē de celo: tāꝙ̄ vocē aquarū multarū/ et tanꝙ̄ vocē tonitrui magni. Et vocē quā audiui: sicut cytharedoꝝ cytharizātiū i cytharis suis. Et cātabāt quasi cāticū nouum: ante sedē dei ⁊ ante quattuoꝛ aīalia et senioꝛes. Et nemo poterat dicere canticū nisi illa cētū quadꝛagintaquattuoꝛ milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cū mulierib⁹ nō sūt coinqnati ⁊ virgines enī sunt Hi sequūtur agnū: quocunꝙ̄ ierit. Hi empti sunt ex omnibus pꝛimitie deo ⁊ agno: et i oꝛe ipsoꝝ non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt: ante thꝛonum dei. Gr.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqo venātium. ℣. Laqueus cōtrit⁹ est et nos liberati sumus. adiutoꝛium nostrum in nomine domini. qui fecit celū et terrā. Alleluya. ℣. Te martyꝛum cādidatus: laudat exercitus domine. Sequentia.

Celsa pueri concrepēt melodia. Pia innocētū canētes tripudia. Quos infans chꝛistus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frēdēs insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipsius cūcta ⁊ per cōfinia A bimatu ⁊ infra iuxta nascendi tempoꝛa Herodes rex chꝛisti nati verēs infelix imperia. Infremit totus et erigit arma supba dextera. Querit lucis et celi regem cum mēte turbida. Ut extinguat qui vitam pꝛestat per sua iacula. Dum nō valet intueri lucē splendidā nebulosa ꝗrentis pectoꝛa. Ira feruet/ fraudes auget/ herodes seuus/ vt pdat pioꝝ agmina. Castra militū dux iniqu⁹ aggregat ferꝝ stigit i me

bra tenera. Inter vbera lac effudit antequā sanguinis fierent coagula. Hostis nature/natos euiscerat/ atq3 iugulat. Ante pstermit/ q̄ etas puula sumat robora. O quā beata sunt innocentū ab herode cesa corpuscula. O quā felices existunt matres que fuderunt talia pignora. O dulces innocētū acies/ o pia lactentiū p christo certamina. Paruorum trucidantur milia mēbris ex teneris manant lactis flumina. Ciues angelici veniūt i obuiā. Mira victoria vite captat p̄mia turba cādidissima. Te christe petimus mente deuotissima. Nostra qui venisti reformare secula innocentum gloria. Perfrui nos concedas per eterna.



Secundum Matheū. ij. ca.

In illo tpe: Angel⁹ dñi apparuit i sōnis ioseph dicēs. Surge ⁊ accipe puerū et matrē eius/ ⁊ fuge in egyptū: ⁊ esto ibi vsq3 dū dicā tibi. Futurū est eni: vt herodes querat puerū ad perdendum eū. Qui cōsurgēs/ accepit puerū ⁊ matrē ei⁹ nocte: ⁊ secessit in egyptū/ et erat ibi vsq3 ad obitū herodis. Ut adimpleretur qđ dictū est a dño per p̄phetā dicentē. Ex egypto vocaui filiū meū. Tunc herodes videns qm̄ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittens occidit oēs pueros qui erant in bethleē ⁊ in oīb⁹ finibus eius/ a bimatu ⁊ infra: scd̄m tēpus qđ exquisierat a magis. Tunc adimpletū est qđ dictū est per hieremiā pphetam dicentē. Uox i rama audita est: ploratus ⁊ vlulatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit consolari: qr nō sunt. Credo. Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū/ laque⁹ cōtrit⁹ est/ ⁊ nos liberati sum⁹.

A [redacted] munera [redacted] festiuitate sacrandis: ⁊ presta vt eoꝝ sinceritatē possimus imitari: quorū tibi dicatā veneramur infantiā. Per. Co. Uox in rama audita est ploratus ⁊ vlulatus rachel plorās filios suos et noluit cōsolari qr non sunt. Postcōio.

Uotiua dñe dona percepimus: q̄ sctōrū inno-

rentiū nobis precib⁹ ꝯ ꝑsen-
tis vite ꝗs pariter ⁊ eterne tri
bue conferre subsidium Per
dominum nostrum iesum.
[redacted] Officium.
Gaudeam⁹ om
nes in dño diē
festū celebrā-
tes sub hono
re [redacted]

Deus [redacted] Oratio.
D[redacted] per do. Ele
mo. de nati. de sctō stephano
de [redacted] ⁊ de innocen
tib⁹ in. Epl'a. Ois pontifex.
in cōi. fo. vi. Oraō. Posuisti
[redacted]

[redacted]
de lapide precioso vitā petijt
a te tribuisti ei al'a. Secreta
[redacted]

nis eius experiamur insignia et intercessionis eius percipiamus suffragia. Per. Com. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnũ decorem impones super eũ dñe. Adiuvet nos Postcõ.

A omnipotens et misericors deus: per hec sancta que sumpsimus vt martyris tui atq pontificis thome intercessio veneranda: qui pro tui nois honore gloriose meruit coronari martyrio. Per dominum. ¶ Sexta die a natiuit. dñi siue dñica fue. siue non. Ad missam. Officium.



Um medium silentium tenerent oĩa: et nox in suo cursu mediũ iter haberet oipotens sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus venit. ps. Dñs regnauit decorem indut⁹ est indutus est dñs fortitudinẽ/ et precinxit se. Repetat offm deinde dicat Gloria pa. & Sicut erat. Tertio repetat offi. Kyriel. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus sicut in fest. simpl. ix. l. dicuntur hac die siue do. fue. siue non. Or.

O Mnipotẽs sempiterne deus dirige actus nros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abũdare. Qui tecum. Memoria de natiuitate de sancto stephano: de sancto iohanne: de innocentibus: et de sctõ thoma tantũ. ¶ Ad galathas iiij.

F Ratres: Quanto tempore heres paruul⁹ est nichil differt a seruo cum sit domin⁹ omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est/ vsq ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli sub elementis mũdi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis misit deus filium suum natum ex muliere/ factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret/ vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniã autẽ estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaq iam nõ est seruus: sed filius. Quod si filius: & heres per deum. Grad. Speciosus forma pre filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis. V. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluya. V. Dominus regnauit decorem induit/ induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Hac die semper siue dñica euenerit siue non/ dicitur ista Sequẽtia.

C Hristi hodierna celebremus natalicia. Ce

lica resonent clare camenas
agmina. Nunc regis cele-
brando gratulanter nuptias
Hic noua iam terras illu-
strat veteres pellēs tenebras
Reserat superna gratia diu
clausa palatia. Felix mater
et sola intacta virgo et puer
pera. Iam nato stas graui-
da cū viri sis cubilis nescia.
Omnis caterua nostra te ro
gat domina. Soluas quo no
stra cūcta peccaminum vin-
cula: virgo sempiterne bea-
ta. Digna fuisti sola tollen
tem crimina. Intra tui vteri
claustra portare qui guber-
nat omnia supera infera.
Nunc sua laudāt facta gau
dentes bona qua viuunt su-
per essētia. Nos humilima
turba damus debita: poscen
tes eius clementiam. Ut no
stra prestans ipsa: nunc quie
ta det placita frui vita vti-
lia donando famulis mune
ra. Ac inter nos discrimina
seua soluens post funera de-
relicta: sedem ducat mortis/
ac malorum ignaram. Ubi
ad dexteram/ patris almam
sedet conregnans coeternus
per omnia. Potenter cun-
cta disponendo cum eo: secla
presentia et futura. Beata
iustis donans: omnibus pre
mia. Preclara qua lux vere
micat que est salus eterna et
nostra gloria.



Secundum Lucam. ij. cap.

In illo tempore Erant
ioseph et maria mater
iesu: mirantes super his que
dicebantur de illo. Et bene-
dixit illis symeon: et dixit ad
mariā matrē eius. Ecce po-
situs est hic in ruinā et in re-
surrectionē multorū i israel
et in signū cui cōtradicetur. Et
tuā ipsiꝰ aiam ptrāsibit gla-
diꝰ: vt reuelēt ex multis cor-
dibꝰ cogitatiões. Et erat an
na pphetissa filia phanuel:
de tribu aser. Hec pcesserat
in diebꝰ multis et vixerat cū
viro suo annis septē a vgini
tate sua. Et hec vidua erat vs
ad annos octogitaquattu-
or: que non discedebat de tē-
plo/ ieiuniis et obsecrationi
bus seruiens nocte ac die.
Et hec ipsa hora superueni-
ens confitebatur dño: et loq-
batur de illo oibus q expecta
bant redēptionem israel. Et

vt perfecerunt omnia secundum legem dñi: reversi sunt in galileam i civitatem suã nazareth. Puer autē crescebat et confortabatur: plenꝰ sapientia. Et gratia dei: erat in illo. Credo. Offr. Deus enim firmavit orbem terre q̄ non commovebitur/ parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Accepta dñe q̄s sacrificiũ plebis tue quã iesu christi filii tui domini nostri iubeas esse cõsortem/ qui humanitatis nostre dignatꝰ est fieri particeps. Qui te. Cõio. Tolle puerũ et matrē eiꝰ et vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcõio.

Sumpto sacrificio quesumus tua generaliter exultet ecclesia quo infirmitates eius sunt assumpte: vt divine particeps fieret ipsa substantie. Per dominum.

¶ In die scti silvestri. Offm.



Sacerdotes tui dñe induãt iusticiã ꝛ sancti tui exultent: ꝑpter david servũ tuũ nõ avertas faciē christi tui. Ps. Memento dñe david: ꝛ omnis mansuetudinis eius. Gloria. Oratio.

Da q̄s omp̄s deꝰ: vt beati silvestri ꝯfessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: ꝛ devotionē nobis augeat et salutē. Per d. Memo. de nati. de sctõ stephano de sctõ ioh. et de innocentibꝰ et de sctõ thoma. Epla. Ecce sacerdos. in cõi. fo. xij. Gra. Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo. V. Non est inventus similis illi qui conservaret legem excelsi. Alla. Vꝰ. Inveni david servũ meũ oleo sctõ meo vnxi eũ. Sequē. de cõi. Evag. Hõ quidã peregre. i cõi fo. xiij. Offr. Inveni david servũ meũ/ ꝛ in oleo sctõ vnxi eũ: manꝰ eni mea auxiliabitur ei et brachium meũ cõfortabit eũ. Secreta.

Adesto dñe q̄s oblationibꝰ nr̄is nec vllis mētis ꝛ corporis patiaris subiacere periculis: quos beati silvestri confessoris tui atq; põtificis munit gloriosa cõfessio. Per dñm. Cõio. Beatus servus quem cum venerit dominꝰ invenerit vigilãtē amē dico vobis sup oia bona sua constituet eũ. Postcõmunio.

Quesumus omnipotēs deus: vt hodierne munus solennitatis acceptum: intercedente beato silvestro confessore tuo atq; pontifice et corporibus nostris salutē prestet et mentibus. Per dominum nostrum iesum.

¶ In die circũcisiõis. Offm.



Puer nat⁹ est nobis et fili⁹ datus est nobis: cuius imperiū sup humerū eius: et vocabit̄ nomen ei⁹ magni cōsilij angelus. ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Gloria patri. Oro.

Deus q̄ nobis nati saluatoris dië celebrare cōcedis octauum: fac nos q̄s ei⁹ perpetua diuinitate muniri / cui⁹ sumus carnali cōmercio reparati. Qui tecū.

Nulla fiat mēo. ad hāc missam. Epl'a Apparuit gratia dei. vt i p̄ma missa i die nati. dñi. fo. x. Gr. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo oīs terra. ℣. Notū fecit dñs salutare suū āte ꝯspectū gentiū reuelauit iusticiā suam. Al'a. ℣. Multiphariā olim deus loquēs patribus in prophetis: nouissime dieb⁹ istis locutus est nobis in filio suo. Sequentia.

Eya recolamus laudib⁹ pijs digna. Hui⁹ diei gaudia i qua nobis lux orit̄ gratissima. Noctis iterit nebula: pereūt nostri criminis vmbracula. Hodie sclo maris stella / est enixa noue salutis gaudia. Quē tremūt baratra / mors cruēta pauet ipsa a quo pibit mortua. Gemit capta / pestis ātiqua / coluber liuidus / perdit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent i hac die agmina / angeloꝝ celestia. Quia erat dragma decima pdita / et est inuēta. O ples nimiū beata / qua redēpta est natura. Deus q̄ creauit oīa / nascit̄ ex femina. Mirabilis natura mirifice induta / assumēs qd̄ nō erat: manēs qd̄ erat. Induit̄ natura diuinitas humana / q̄s audiuit talia dic rogo facta. Querere venerat pastor pius qd̄ perierat. Induit galeā / certat vt miles armatura. Prostratus i sua ꝑpria / ruit hostis spicula auferunt̄ tela. In quib⁹ fidebat diuisa sunt illius spolia: capta p̄da sua. Christi pugna fortissima / salus nostra est vera. Qui nos sūmā ad patriam duxit post victoriā. In qua sibi laus est eterna.

Secdm Lucam. ij. capitulo.

In illo tpe. Postq̃ cō-summati sūt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius iesus. Quod vocatū est ab angelo priusq̃ in vtero cōciperetur. Credo. Offr. Tui sunt celi et tua est terra: orbē terrarū et plenitudinē eiꝰ tu fundasti / iusticiā et iudiciū preparatio sedis tue. Secreta.

Presta q̃sumꝰ oīpotēs deus: vt p hec munera que dñi nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia consequamur. Per eundē. Cōio. Uiderunt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcōmunio.

Presta quesumꝰ dñe vt quod nostri saluatoris iterata solēnitate pcepimus perpetue nobis saluationis cōferat medicinā. Per eūdē.

¶ In oct. scti stephani scti iohannis / et sctōrū innocētiū / siue dñica fuerit siue nō: ad missam oīa fiāt sicut in pma die pter sequentiā. et Credo et prefa. Et dr cantus super Kyrieel. Glia in ex. Sctūs ꝛ Agnus. sicut i festo simplici ix. lec. Tamē si dñica fuerit dr Credo. sed nulla sequē. et etiā fiāt memorie de sctis per ordinē. Mēo. aūt fiat de sctā maria. in octa. scti stephani: et ab hinc vsq; ad purifi. tam in festis q̃ in ferijs et i dñicis nisi i vigi. epyphanie ꝛ i die eiusdē cū orone Deus q̄ sa.

¶ In vigi. epyphanie Offi.



Lux fulgebit hodie super nos quia natus est nobis dñs: et vocabitur admirabilis deꝰ / princeps pacis / pater futuri secli: cuius regni nō erit finis. ps. Dñs regnauit decorē idutus est: idutꝰ ē dñs fortitudinē ꝯ pcinxit se. Glia. Hac die si do. fuerit: dr cātꝰ sup Kyrie el. Gloria in ex. Sctūs. ꝛ Agnꝰ. sicut in festo simp. ix. lec. Si vero dñica nō fuerit: dr cātꝰ sicut in festo. iij. lec. sine regimide chori. et nō dr Glia in excelsis. nec Credo. nec Ite missa est q̄a quasi vig. habeāt tñ dyaconus ꝛ subd. dalmatica ꝛ tunica vtant. Oratio.

Corda nostra q̄s dñe venture festiuitatis splēdor illustret: quo mūdi huiꝰ tenebris carere valeamꝰ: et perueniamus ad patriā claritatis eterne. P do. ~~Mēo. de scto thome bt~~ ꝛ de scto edwardo rege et ꝯfessore Oro.

Deus qui vnigenitum filiū tuū dñm nostrum iesum christū gloriosissimo regi edwardo in forma visibili demōstrasti. tribue q̄s: vt eiꝰ meritis ꝛ pcibꝰ ad eternā

ipsius dñi nostri iesu christi visionē ptingere mereamur Qui tecū. Nō dñr plures vel pauciores orationes ad hãc missam siue dñic. fuerit siue nō. Epl'a Apparuit benignitas. vt s. in nocte nati. dñi Ad scd'z missam fo. xvi. Gr. Benedict⁹ q̃ venit in nōie dñi / deus dñs et illuxit nobis. V. A dño factū est istud: et est mirabile i oculis nostris. Siue do. fuerit siue non: semp hac die dr. All'a. V. Dñs regnauit decorē induit / induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Nō dicit sequentia.



Secundū matheum ij. capi.

In illo tpe. Defūcto herode: ecce angelus dñi apparuit i sōnis ioseph i egypto dicens. Surge et accipe puerū et matrē eius: et vade in terrā israel. Defuncti sunt eni: qui q̃rebant aīam pueri Qui cōsurgēs accepit puerū et matrē eius: et venit in terram israel. Audiēs aūt q̃ archelaus regnaret in iudea p herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in sōnis: secessit i partes galilee / et veniens habitauit in ciuitatē que vocatur nazareth. Ut adimpleretur quod dictū est per prophetas: qm̄ nazareus vocabitur. Offr. Deus enim firmauit orbē terre q̃ nō cōmouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secr.

Tribue q̃s dñe vt eū p̄sentibus immolemus sacrificiis et sumamus: quē venture solēnitatis pia munera preloquūtur: dñm nostrū iesum christū filiū tuū. Qui te. De s. thoma [illegible]. vt s.

Alia secreta de sācto wardo.

Sacris altarib⁹ assistentes nos dñe q̃s spūs sci luce perfunde: vt quod tibi i honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipso interueniēte fiat remediū salutare. Per dñz. In vnitate eiusdē. Pref'a. quotid. Cōio.

Tolle puerū et matrē eius / et vade in terrā iuda / defūcti sunt eni qui querebant animam pueri. Postcōmunio.

Da nobis q̃s dñe digne celebrare mysteriū q̃d in nostri saluatoris infantia miraculis choruscantib⁹ declaratur: et corporalib⁹ incremētis manifesta designatur

~~humanitas. Per eund. Alia postcom de scto thoma ...s.~~

De scto edwardo. Postcōio.

Uitalis alimonie cōuiuio saginati q̄s dñe deus noster: vt bti regis edwardi cōfessoris tui suffragantibus meritis: celestis cōuiuij mereamur esse participes. Per dn̄. ¶ In nocte epy. post ix. R. cātet hoc euāg. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Sequētia sc̄ti euāgelij: scdʒ lucā. iij

Factum est autem cum baptizaret ois populus: & iesu baptizato et orāte apertum est celum & descēdit spiritussanctꝰ corporali specie sicut colūba in ipsum. Et vox de celo facta est: tu es filius meus dilectus / in te cōplacuit michi. Et ipse iesus erat incipiēs quasi ānorum triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: q̄ fuit mathat / q̄ fuit leui Qui fuit melchi: qui fuit iāne / q̄ fuit ioseph Qui fuit mathathie: qui fuit amos / qui fuit naū. Qui fuit esli: qui fuit nagge qui fuit mathath. Qui fuit mathathie: q̄ fuit semei / qui fuit ioseph. Qui fuit iuda: q̄ fuit iohanna / qui fuit resa. Qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel / qui fuit neri. Qui fuit melchi: q̄ fuit addi / qui fuit thosā. Qui fuit helmadā: qui fuit her / qui fuit iesu Qui fuit heliezer: q̄ fuit iori qui fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit symeon / q̄ fuit iuda. Qui fuit ioseph: q̄ fuit iona / qui fuit eliachim Qui fuit melcha: qui fuit mēna / qui fuit mathatha. Qui fuit natham: qui fuit dauid / qui fuit iesse. Qui fuit obeth: qui fuit booz / qui fuit salmon. Qui fuit naason: qui fuit aminadab / qui fuit arā Qui fuit esrom: q̄ fuit phares / q̄ fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit ysaac / qui fuit abrahe. Qui fuit thare: qui fuit nachor / qui fuit saruch. Qui fuit ragau: q̄ fuit phalech / qui fuit heber Qui fuit sale: q̄ fuit chainā / qui fuit arphaxat. Qui fuit sem: qui fuit noe / q̄ fuit lamech. Qui fuit mathusale: q̄ fuit enoch qui fuit iareth. Qui fuit malaleel: qui fuit chainam: qui fuit enos. Qui fuit seth: qui fuit adam / q̄ fuit dei. Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a iordane. Finito euāge. icipiat sacerdos in capa serica ꝑm. Te deū.

¶ In die epyphanie officiū.



Ecce aduenit dñator dñs / et regnum in manu eius & potestas et iperium. ps. Deꝰ iudiciū tuum regi da: et iusticiā tuā filio regis. Gloria patri. Ky

tie fons &c. Oratio.

Deus qui hodierna die unigenitū tuū gentib⁹ stella duce revelasti. concede propicius, ut qui iā te ex fide cognovimus: usqȝ ad contēplādam speciē tue celsitudinis perducamur. Per eūdē.

Lctō ysaie pphete. lx. capi.

Surge illuminare hierusalem quia venit lumen tuum: et gloria dñi sup te orta est. Quia ecce tenebre operient terrā: et caligo populos. Super te aūt orietur dñs: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gētes in lumie tuo: ⁊ reges in splēdore ortus tui. Leva i circuitu oculos tuos et vide: omēs isti congregati sunt venerūt tibi. Filij tui de lōge venient et filie tue de latere surgent. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuum qñ conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi. Inūdatio camelorū operiet te dromedarij madiā et effa. Omēs de saba venient aurum ⁊ th⁹ deferentes: et laudem domino annunciātes. Grad. Omnes de saba venient aurum ⁊ thus deferentes et laudem dño annūciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalē: qa gloria dñi super te orta est. Alla. ℣. Vidimus stellā ei⁹ in oriente et venim⁹ cū muneribus adorare dñm. Sequē.

Epyphaniā dño canamus gloriosam. Qua plem dei vere magi adorant Immensā caldei cuius per secla venerantur potentiam Quem cuncti pphete precinere venturū gentes ad salvandas. Cui⁹ maiestas ita est inclinata ut assumeret servi formā. Ante secula q de⁹ et tēpora hō factus est ex maria. Sequens. ℣. dr ter. Balaā de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans inquit stella. Et cōfringet ducū agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferunt pclara, aurū simul thus et myrrā. Thure deū predicant auro regē magnū, hominē mortalē myrra. In sōnis hos monet angelus ne redeant ad regē cōmotum propter regna. Pavebat etenim nimiū regē natum: verens amittere regni iura. Magi sibi stella micāte previa. Pergūt alacres itinera patriā Que eos ducebat ad ppriā linquentes herodis mandata. Qui percuss⁹ corde nimiū pre ira. Extemplo mandat infantulos, per cuncta. Inquiri bethleē cōfinia et mox privari eos vita. Ois nūc caterva tinnulū iungat laudib⁹ organi neuma. Mistice offerens regi regum christo munera precio-

sa. Poscens vt per orbem re
gna omnia protegat in secu
la sempiterna.



Secundum Matheum.ij.cap.

Cum nat⁹ esset iesus in bethleē iude in diebus herodis regis : ecce magi ab oriēte venerūt hierosolymā dicentes. Ubi est q̄ natus est rex iudeorū / Uidim⁹ eni stellā ei⁹ in oriente: et venimus adorare eū. Audiēs aūt herodes rex turbatus est: ⁊ omnis hierosolyma cū illo. Et congregās oēs p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceret. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic eni scriptū est: p̄ p̄phetā. Et tu bethleē terra iuda: nequaq̄ minima es in principib⁹ iuda. Ex te eni exiet dux qui regat populū meū israel. Tunc herodes clā vocatis magis: diligēter didicit ab eis tēpus stelle que apparuit eis. Et mittens eos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligēter de puero: et cum inueneritis renunciate michi / vt ⁊ ego veniēs adorem eum. Qui cū audissent regem: abierūt. Et ecce stella quam viderant in oriēte antecedebat eos: vsq̄ dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes autem stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerū cū maria matre eius. Et p̄cidētes adorauerūt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerūt ei munera / aurū / thus / ⁊ myrram. Et respōso accepto in sōnis ne redirent ad herodē: p̄ aliā viā reuersi sunt i regionem suam.. Off. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent / reges arabū ⁊ saba dona adducent: et adorabunt eū oēs reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue quesumus dn̄e dona p̄picius itue re: quib⁹ nō iam aurū thus ⁊ myrra p̄fertur : sed qd̄ eisdē munerib⁹ declarat immolat ⁊ sumit ies⁹ xp̄s dn̄s nr̄. Qui te. Prefatio Qui cū vnige.

Hec prefa. dicitur per totas octa. et in octauis: et Cōmunicantes similiter. Cōio Uidimus stellam eius in oriēte et venimus cum muneribus adorare dominū. Postcōio.

Porrecta qs omps deus/ ut q solent celebram' officio: purificate mentis intelligentia consequamur. Per dnm. Quotidie infra octa. dicitur eadem missa: sed sine sequentia et Credo. Tamen in dnica dicitur Credo. sed nulla sequentia. ¶ Dnica infra octa. ad missam dicit cantus super Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. pro ordine sicut infra octa. cu regimine chori habet. cetera sicut in die preter sequetia: cum hoc euagelio. Secundu Johannem. i. Capitulo.

In illo tepore Uidit iohannes iesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pcta mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat/ et ego nesciebam eu. Sed ut manifestetur in israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniu perhibuit iohannes: dicens. Quia vidi spm descendentem quasi colubam de celo: et mansit super eu et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit. Super que videris spiritu descendentem et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimoniu perhibui: quia hic est filius dei. ¶ Quod si do. infra octa. no ene. tuc in. iiij. fer. infra oct. legat hoc pdictu euagel. Tercia die infra oct. fiat memo. de marty. luciano sociorumque ei' cu oro. de cor pluri. mar.



¶ In oct. epyphanie. Offm.



Ecce aduenit dnator dns et regnu in manu eius et potestas et imperium. ps Deus iudicium tuu regi da: et iusticia tuam filio regis. Gloria patri. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substatia nostre carnis apparuit: psta qs. vt per eum quem similem nobis foris agnouimus: itus reformari mereamur. Qui tecu. Et fit o. de sacto hylario. Oratio.

Adesto dne supplicationibus nostris: et intercessione beati hylarij confessoris tui atque pontificis cui'

depositionē celebramꝰ: ꝑpetuā nobis miam benignꝰ impende. Per do. Memoria de sancta maria. oro. Deus qui salutis eterne. Lectio ysaie prophete. xi. Capitulo.

DOmine deus meus honorificabo te laudē tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Consilium tuum antiquum: verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum deus sabaoth: corona spei q̄ ornata ē gl'ia. Exultet desertū ꝛ exultēt solitudines iordanis: ꝛ ppl's meꝰ videbit altitudinē dn̄i ꝛ maiestatē dei/ ꝛ erit ꝯgregatꝰ ꝛ redēptus per deū. Et veniet in syō cū gl'ia: ꝛ leticia sempiterna sup caput eiꝰ laus ꝛ exultatio. Et aperiā in mōtibus flumina: i medijs cāpis fōtes disrūpā/ ꝛ terrā sitientē sine aqua īfundā. Ecce puer meꝰ exaltabit ꝛ eleuabit: ꝛ sublimis erit valde. Haurietis aquas i gaudio de fontibꝰ saluatoris: ꝛ dicetis i illa die cōfitemini dn̄o/ ꝛ inuocate nomen eiꝰ. Notas facite i ppl'is ꝟtutes eiꝰ memētote qm̄ excelsū ē nomē eiꝰ cātate dn̄o q̄a mirabilia fecit Annūciate hec in vniuersa terra. Dicit dn̄s: oipotēs. Gr. Omēs de saba veniēt aurū/ ꝛ thus/ deferētes et laudē dn̄o annunciātes. V. Surge et illumina re hierusalē: q̄a gl'ia dn̄i sup te orta est. All'a. V. Vidimꝰ stellā eiꝰ i oriēte ꝛ venimus cū muneribꝰ adorare dn̄m. Nō dr̄ sequētia licet do. sue. Secundū Matheū. iij. cap.

IN illo tpe Venit iesus a galilea in iordanem ad iohānē: vt baptizaretur ab eo. Johannes aūt ꝓhibebat eū: dicēs. Ego a te debeo baptizari: ꝛ tu venis ad me Respondens aūt iesus: dixit ei. Sine modo: sic eni decet nos implere omnē iusticiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus autē iesus ꝯfesti ascēdit de aqua/ et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū dei descendentē sicut columbā/ et venientē super se. Et ecce vox de celis dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene cōplacui. Off. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabū ꝛ saba dona adducent ꝛ adorabūt eū oēs reges terre/ oēs gētes seruiēt ei. Secr.

HOstias tibi dn̄e ꝓ nati filij tui apparitione deferimꝰ suppliciter exorātes: vt sicut idem nostrorū auctor est munerū: ita ipse sit misericors et susceptor iesus christus dn̄s noster. Qui tecum.

Alia secreta de sctō hylario.

SAncti hylarij precibus tibi dn̄e q̄s grata reddatur oblatio: pro cuius est depositione immolanda. Per.

Prefatio Quia cum vnige-

gitus. et Communicātes. vt in die. Cōio. Uidimus stellā eiꝰ in oriēte: et venimꝰ cū muneribꝰ adorare dñz. Pᵒ cō.

Celesti nos q̄s dñe lumine semꝑ et vbiq̧ p̄ueni: vt misterium cuiꝰ nos participes esse voluisti: ⁊ puro cernamus intuitu / ⁊ digno percipiamus effectu. Per dñ.

Alia postcōio de sctō hylario

Umpsimꝰ dñe pignus redēptionis eterne: sit nobis q̄s interueniēte beato hylario ꝯfessore tuo atq̧ pōtifice: vite p̄sentis auxilium pariter et future. Per dñm.



Dñica prima post oct. epyphanie. Ad missam. Officiū.



N excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo āgelorū psallētes in vnū ecce cuius imperij nomē est in eternum. ps Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. Oratio.

Ota q̄s dñe supplicantis ppl'i celesti pietate prosequere: vt et que agēda sunt videant: et adimplēda que viderit cōualescāt. Per.

Ad romanos. xij. Capi.

Ratres Obsecro vos ꝑ misericordiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctā / deo placentē / rationabile obsequiū vestrū. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri / vt probetis q̄ sit voluntas dei bona / et beneplacēs ⁊ perfecta. Dico eni per gratiā que data est michi / oībus qui sunt iter vos, nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem / et vnicuiq̧ sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut eni i vno corpore multa mēbra habemus: oīa autem mēbra non eūdē actum habēt / ita multi vnū corpus sumus i christo. Singuli aūt: alter alterius mēbra. Jn christo iesu dño nr̄o. Gr. Bñdictus dñs deus israel q̄ facis mirabilia magna solus a seculo. ℣ Suscipiāt mōtes pacē ppl'o tuo / ⁊ colles iusticiā. Alla. ℣ Jubilate deo oīs terra / seruite dño i leticia. Nulla die do. ꝑ

annũ ꝺ₂ ſeqn̄t. ad miſ.qñ de
dñica agit̄ niſi in aduētu. et
in tempoꝛe paſcali/ ⁊ niſi in
dñica infra ebdo.natiui. dñi
Secundum Lucam. ij.

C Um fact⁹ eſſet ieſ⁹ an=
noꝛũ duodeci aſcēden
tibus illis hieroſolimã ſcdm
conſuetudinē diei feſti / con
ſummatiſq; dieb⁹ cũ redirēt
remãſit puer ieſus i hieꝛſm ⁊
nõ cognouerũt parentes ei⁹
Exiſtimãtes aũt illũ eſſe i co
mitatu: venerunt iter diei/⁊
requirebãt eũ inter cognatos
et notos. Et nõ inuenientes
regreſſi ſunt in hieruſalē re=
quirētes eũ. Et factũ eſt poſt
triduũ/inuenerũt illũ in tē=
plo ſedentē in medio doctoꝝ
audientē illos ⁊ interrogātē
eos Stupebãt aũt oēs qui eũ
audiebãt:ſuꝑ pꝛudentia ⁊ re
ſponſis eius. Et vidētes: ad=
mirati ſũt Et dixit mater ei⁹
ad illum. Fili/ qd feciſti no=
bis ſic? Ecce pater tu⁹ et ego
dolentes querebamus te. Et
ait ad illos. Quid eſt qđ me
querebatis? Neſciebatis q₂
in his q̄ patris mei ſũt:opoꝛ=
tet me eſſe? Et ipſi non intel
lexerunt verbũ:qđ locut⁹ eſt
ad illos. Et deſcendit cũ eis
et venit nazareth:et erat ſub
ditus illis. Et mater eius cõ=
ſeruabat oia verba hec:con=
ferens in coꝛde ſuo. Et ieſus
ꝓficiebat ſapientia : etate et
gratia:apud deum et homi=
nes Offer. I ubilate deo ois
terra iubilate deo ois t̄ra:ſer
uite dño in leticia intrate in
cõſpectu ei⁹ in exultatiõe q₂
dñs ipſe eſt deus. Secre.

O Blatum tibi dñe ſacrifi
cium viuificet nos q̄ſu=
mus ſemꝑ et muniat. Per d.
Pꝛefa.quotidia. Cõio. Fili/
qd feciſti nobis ſic. ego ⁊ pa=
ter tuus dolētes querebam⁹
te. ⁊ quid eſt qđ me querēb a=
tis/neſciebatis q₂ i his q̄ pa=
tris mei ſunt opoꝛtet me eſſe

T Ua nos dñe Poſtcõio.
ſctã libãtes ⁊ pfecte ca=
piamus purgationis effectũ
et continuũ diuine defenſio
nis auxiliũ. Per d. Si tēpus
adeo breue fuerit ab oct.epy.
vſq; ad.lxx. q; tres miſſe dñi=
cales:ſc₃ In excelſo thꝛono.
Ois terra.⁊ Adoꝛate nõ poſ=
ſunt ſingule in ſingulis can
tari ebdõ.tũc due vel tres miſ
ſe ſi tpis bꝛeuitas expetierit i
vna eadēq; ebdo.cãtētur. Et
ſi aliqđ feſtũ triũ lect. ibidem
cõti.totũ ſerui.fiat de feſ.vſq;
ad miſ. ⁊ ad illã miſ.q̄ erit de
tēpoꝛali/fiat ſcda oꝝ de ipſo
feſ.tertia de ſctã maria:quar
ta de oib⁹ ſctis/ quita ꝓ vni=
uerſali eccleſia. Cetere vero
miſſe q̄ ſequunt̄ eo anno oi=
no ꝑtermittant̄. Hoc etiã vñ
obſeruet̄ q; nunq̄ ante pꝛimã
dñicã poſt octa.epy.cantetur
miſſa In excelſo thꝛono ni=
ſi qñ nulla dñica. inter octa.

epy. et lxx. cõtigerit. tunc enī in ferijs primo loco post oct. epy. cantetur: & due misse scʒ Omnis terra: et Adorate deū in ferijs sequentibus eiusdē ebdo. cantetur: et tunc nihil fiat de festis trium lecti. que ibidem cõtigere possint. Cū aūt plurū fue. tempus. offm̄ Adorate. per tres dñicas can tet. Si vero tres fuerint dñi ce inter octa. epy. & septuage simā: ita ꝙ tria officia predi cta cātentur tūc in ferijs post tertiā dñicā si vacauerint/ di cuntur epistole et euangelia de quarta et quinta dñica in missis de die. ¶ Fer. iiij. Epi stola. Ad romanos. x. Capi.

Fratres: Voluntas qui dem cordis mei: & obse cratio ad deū fit ꝓ illis in sa lutem. Testimoniū enim per hibeo illis: ꝙ emulationem quidem dei habent/ sed non secundū scientiam. Ignorā tes enim iusticie dei/ & suam querētes statuere: iusticie dei non sunt subiecti. Finis enī legis christus: ad iusticiā om ni credēti. Scdm mathe. iiij.

In illo tēpore: Cum au disset iesus ꝙ iohānes traditus esset: secessit in gali leā. Et relicta ciuitate naza reth: venit et habitauit in ci uitate capharnaum mariti ma in finibus ʒabulon & ne ptalim/ vt adimpleretur qđ dictum est per ysaiam ꝓphe tam. Terra ʒabulon et terra neptalim: via maris trās ior danem galilee gentium. Po pulus qui ambulabat in te nebris: vidit lucem magnā. Et sedentibus in regione vm bre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predi care: et dicere. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. ¶ Feria sexta. Epistola. Ad Roma nos. xiij. Capitulo.

Fratres: Omnis anima potestatibus sublimio ribus: subdita sit. Non est e nim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo: ordinata sunt. Itaqʒ qui resistit pote stati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt: ipsi si bi damnationem acquirunt Nam qui principantur non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autem non time re potestatem: bonum fac et habebis laudem ex illa. Dei enim minister: est tibi in bo num. Si autem male egeris time. Non enim sine causa: gladiū portat. Dei enim mi nister est: vindex in iram ei qui malū agit. Ideoqʒ neces sitate subditi estote: non so lum propter iram/ sed etiam propter conscientiam. Ideo et tributa prestatis. Mini stri enim dei sunt: in hoc ip sum seruientes. Euangeli um. Secundum Lucam. iiij.

IN illo tẽpoꝛe Egressꝰ est iesus in virtute spiritus in galileã: ⁊ fama exijt per vniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat i synagogis eoꝛũ. ⁊ magnificabaẽ ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit secundũ cõsuetudinẽ suam die sabbati in synagogam ⁊ surrexit legere. Et traditꝰ est illi liber ysaie ꝑphete. Et vt reuoluit libꝛũ: inuenit locũ vbi scriptum erat. Spiritus dñi super me / ꝓpter qḋ vnxit me: euangelizare pauperibꝰ misit me: sanare cõtritos coꝛde. Pꝛedicare captiuis remissionem et cecis visum dimittere confractos in remissionem / pꝛedicare annũ dñi acceptũ / ⁊ diẽ retributionis Et cum plicuisset libꝛũ reddidit ministro / et sedit. Et omniũ in synagoga oculi: erant intendentes in eũ. Cepit autẽ dicere ad illos: qꝛ hodie impleta est hec scriptura in auribꝰ vestris. Et oẽs testimoniũ illi dabant: ⁊ mirabantur in verbis gratie: que ꝓcedebãt de oꝛe ipsius. Per totam ebdomadam dicitur missa dominicalis: nisi festum intercurrat vnde fiat seruitium: ⁊ nisi quando missa Salus populi. vel quando dicitur de festo loci / vel de sancta maria

¶ Dñica secunda post octa. epyphanie. Officium.



Omnis terra adoꝛet te deus et psallat tibi psalmũ dicat nomi tuo altissime. ps. Iubilate deo oẽs terra: psalmũ dicite noĩ eius date gloꝛiã laudi eius. Oro.

OMnipotẽs sẽpiterne deus: q̄ celestia simul ⁊ terrena moderaris: supplicatiões populi tui clementer exaudi: et pacem tuã nostris concede tẽpoꝛibus. Per dominum.

Ad romanos. xij. Capitulo.

FRatres: Habẽtes donationes scḋm gratiã que data est nobis differẽtes siue ꝓphetiã secundũ rationẽ fidei / siue ministeriũ in ministrando / siue qui docet in doctrina. Qui exhoꝛtaẽ i exhoꝛtando / qui tribuit in simplicitate / qui pꝛeest in sollicitudine / q̄ miseretẽ in hylaritate Dilectio / sine simulatione. Odientes malũ: adherentes bono Caritatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes. Honoꝛe inuicẽ: ꝓuenientes. Sollicitudine non pigri. Spũ feruentes: dño seruiẽtes. Spe gaudentes: in tribulatiõe patientes. Orationi instãtes: necessitatibus sanctoꝝ cõmunicãtes / hospitalitatẽ sectantes. Bñdicite ꝓsequentibꝰ vos: bñdicite ⁊ nolite maledicere Gaudere cũ gaudẽtibꝰ: flere

cū ſlectib⁹. Idipſū inuicē ſē
tientes: nō alta ſapiētes: ſed
humilib⁹ cōſentiētes. Grad.
Miſit dñs verbū ſuū ⁊ ſana=
uit eos/ et eripuit eos de inte=
ritu eoꝝ. ℣. Cōfiteantur dño
mie eius/ ⁊ mirabilia eius fi
liis hoim. Allā. ℣. Laudate
dn̄m oēs āgeli ei⁹: laudate eū
omnes virtutes eius.



Secundum Johannem. ij.

In illo tempore: Nu=
ptie facte ſūt: in chana
galilee. ⁊ erat mater ieſu ibi
Vocatus eſt autē ieſus: et di
ſcipuli ei⁹ ad nuptias. Et de
ficiēte vino: dixit mater ieſu
ad eū. Vinū non habēt Et di
xit ei ieſ⁹. Quid michi et tibi
eſt mulier? Nondū venit ho
ra mea. Dixit mater eius: mi
niſtris. Quodcūq̧ dixerit vo=
bis: facite. Erāt aūt ibi lapi=
dee hydrie ſex poſite ſcdm pu
rificationē iudeoꝝ: capien=
tes ſingule metretas binas
vel ternas. Dixit eis ieſ⁹ Im
plete hydrias aqua. Et imple=
uerunt eas vſq̧ ad ſūmū. Et
dixit eis ieſus Haurite nunc
et ferte architriclino. Et tu=
lerūt. Vt aūt guſtauit archi=
triclinus aquā vinū factū: et
non ſciebat vnde eſſet/ mini
ſtri aūt ſciebāt qui hauſerāt
aquā. Vocat ſponſum archi
triclinus: ⁊ dicit ei. Omis hō
primū bonū vinū ponit: ⁊ cū
inebriati fuerint/ tunc id qđ
deterius eſt. Tu aūt ſeruaſti
vinū bonū: vſq̧ adhuc. Hoc
fecit initiū ſignoꝝ ieſ⁹ i cha
na galilee: et manifeſtauit
gloriā ſuā. Et crediderūt i eū
diſcipuli ei⁹. Offer. Iubilate
deo vniuerſa terra iubilate
deo vniuerſa tra/ pſalmū di
cite nomini ei⁹ venite audi=
te et narrabo vobis oēs q̄ ti=
metis deū quanta fecit deus
anime mee alla. Secreta.

Ut tibi grata ſint dñe
munera ppli tui ſup=
plicantis: ab oī q̄s eū ꝯtagio
ne puerſitatis emunda. Per.
Cōio. Dicit dñs implete hy=
drias aqua et ferte architri=
clino. et dū guſtaſſet architri
clinus aquā vinū factū: dixit
ſpōſo. ſeruaſti vinū bonum
vſq̧ adhuc hoc ſignū fecit ie
ſus primū coꝝ diſcipl'is ſuis

Augeatur in Poſtcō
nobis dñe q̄s tue virtu
tis operatio: vt diuinis vege
tati ſacramentis/ ad coꝝ ꝑ=

missa capienda / tuo semper munere preparemur. Per dominum nostrũ. ¶ Feria.iiij Ad tymotheũ. j.j. Capitulo.

Charissime. Fidelis sermo: et oĩ acceptiõe dign⁹ Quia christus iesus venit in hũc mũdũ peccatores saluos facere: quorũ primus ego sum. Sed ideo miam cõsecutus sum: vt in me primo ostẽderet christus iesus oẽm patientiã ad ĩformationem eorũ q̃ credituri sunt illi / in vitã eternã. Regi aũt seculorũ immortali inuisibili: soli deo honor ⁊ glĩa: ĩ secla seculorũ amẽ. Secũdũ marcũ. vi.

In illo tẽpore. Egressus iesus abijt ĩ patriã suã: ⁊ sequebantur illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabãtur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec oia? Et q̃ est sapientia que data est illi: et virtutes tales que per man⁹ eius efficiũtur. ? Nonne hic est faber filius marie: frater iacobi ⁊ ioseph / et iude ⁊ symonis? Nõne et sorores ei⁹ hic nobiscũ sunt? Et scãdalizabãtur ĩ illo. Et dicebat eis iesus. Quia nõ est propheta sine honore: nisi ĩ patria sua et in domo sua ⁊ ĩ cognatione sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos infirmos impositis manib⁹ curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorum. ¶ Fer. vj. Ad romanos. xiiij.

Fratres. Scio et cõfido in dño iesu: q̃ nichil commune per ipsum / nisi et q̃ se existimat q̃d cõmune esse illi cõmune est. Si enim propter cibum frater tuus scandalizatur aut cõtristat̃: iam non sc̃dm caritatẽ ambulas Noli cibo tuo illũ perdere: p quo christ⁹ mortuus est. Nõ ergo blasphemetur: bonum nostrũ. Non est eni regnum dei esca et potus: sed iusticia pax et gaudiũ in spũ sancto. Qui eni in hoc seruit christo placet deo / ⁊ probat⁹ est hominibus. Itaq̃ q̃ pacis sunt sectemur: ⁊ que edificationis sunt inuicẽ custodiam⁹. Noli propter escã: destruere opus dei. Oia quidem mũda sunt: sed malũ est hoi q̃ per offendiculũ mãducat. Bonum est nõ manducare carnẽ: et non bibere vinũ: neq̃ in quo frater tuus offẽditur / aut scandalizatur / aut infirmat̃. Tu fidem quam habes: penes temetipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum: in eo quod ꝓbat. Qui autẽ discernit si mãducauerit: dãnatus est / quia nõ est ex fide. Omne autẽ quod non est ex fide: peccatum est.

Secũm Luca. iiij. capi.

In illo tẽpore. Descẽ-

dit iesus in capharnaum ci-
uitatē galilee: ibiq; docebat
illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia in po-
testate erat sermo ipsius. Et
in synagoga erat homo ha-
bens demoniū immundū: et
exclamauit voce magna di-
cēs. Sine. Quid nobis & tibi
iesu nazarene? Uenisti pdere
nos Scio te: q̄a sis sctūs dei.
Et increpauit illū iesus: di-
cēs. Obmutesce: et exi ab eo.
Et cū proiecisset illud demo-
niū: i mediū exiit ab illo / ni-
chilq; illū nocuit. Et factus
est pauor in oībus: et collo-
quebātur adinuicē dicentes
Quod est hoc verbum: quia
in potestate et virtute ipcrat
spiritibus immūdis / & exeūt
Et diuulgabať fama de illo:
in omnem locum regionis.



Dñica. iij. post octa. epy-
phanie. Officium.



Dorate deum
oēs āgeli ei⁹
audiuit et le-
tata est syon
et exultaue-
rūt filie iude.
ꝟ. Dñs regnauit exultet fra:
letēť īsule multe. Gl'ia. Oro
Omnipotens sempiterne de⁹ i-
firmitatē nostrā ppici⁹
respice: atq; ad protegēdum
nos dexteram tue maiestatis
extende. Per dñm nostrum.
Ad romanos. xij. capitulo.
Fratres. Nolite esse
prudentes apud vos-
metipsos. Nulli malum: p
malo reddentes. Prouidētes
bona: non tantum corā deo /
sed etiam coram omnibus.
hoībus. Si fieri potest quod
ex vobis est: cū omnib⁹ ho-
minibus pacē habētes. Nō
vosmetipsos defendētes ca-
rissimi: sed date locum ire.
Scriptū est enim. Michi vi-
dictā: et ego retribuam dicit
dñs. Sed si esurierit iimicus
tuus: ciba illū. Si sitit: potū
da illi. Hoc eni faciens: car-
bones ignis congeres super
caput eius. Noli vici a ma-
lo: sed vince i bono malum.
Gr. Timebūt gētes nomē
tuū dñe: & omnes reges terre
gloriā tuā. ꝟ. Quoniā edifi-
cauit dñs syon: et videbiť in
maiestate sua. Alleluya. ꝟ.
Dominus regnauit exultet
terra letentur insule multe.

Secundū mathe. viij. cap.

IN illo tpe. Cū descendisset iesus de monte: secute sunt eū turbe multe. Et ecce leprosus venies: adorabat eum dicēs. Dñe: si vis potes me mundare. Et extēdēs iesus manum: tetigit eū dicens. Volo mundare. Et cōfestim mundata est: lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris. sed vade ostēde te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses in testimoniū illis. Cū autē introisset capharnaū: accessit ad eū centurio rogans eū et dicēs. Dñe / puer meus iacet in domo paraliticus: et male torqtr. Et ait illi iesus. Ego veniā: et curabo eū. Et respondēs cēturio ait. Dñe / nō sum dignus vt intres sub tectū meū: sed tantū dic verbo / et sanabitr puer me⁹. Nā & ego homo sū sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: & vadit. Et alio veni: & venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiēs aūt iesus mirat⁹ est: et sequētibus se dixit. Amen dico vobis: nō inueni tātam fidem i israel. Dico autē vobis: q multi ab oriente & occidēte venient / et recumbent cum abrahā & ysaac & iacob in regno celorū. Filij aūt regni eijcient in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dētiū. Et dixit iesus centurioni. Vade / et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer: i illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me. nō moriar sed viuam: & narrabo opera domini. Secreta.

TUe perpetue veneranda recolimus te dñe deprecātes: vt et deuotis eadem sacrificijs / et dignis operib⁹ assequamur. P. Prefa. dñic. Cōio Mirabanī oēs de his q pcedebāt de ore dei. Postcōio

QVos tātis dñe largiris vti mysterijs / psta qs: vt effectib⁹ eorū nos veraciter aptare digneris Per dñz.

¶ Fer. iiij. Ad romanos. xv.

FRatres. Obsecro vos per dñm nostrū iesum christū et p caritatē spiritus sancti: vt adiuuetis me i orationib⁹ vestris ad deū. Vt liberer ab infidelib⁹ qui sunt i iudea: et obsequij mei oblatio accepta fiat in hierosolyma sctis. Vt veniā ad vos in gaudio per volūtatē dei: vt refrigerer vobiscū. De⁹ aūt pacis: sit cū oib⁹ vobis amē.

Secūdum Marcū. iij. capi.

IN illo tēpore. Intrauit iesus in synagogā: et erat ibi homo habēs manū aridā / & obseruabāt eum si sabbatis curaret / vt accusarēt illū. Et ait homini habēti: manū aridā. Surge in

mediū. Et dixit eis. Licet sab
batis benefacere / an male:
aiam saluā facere an pdere?
At illi tacebant. Et circūspi=
ciēs eos cū ira: cōtristat⁹ sup
cecitate cordis eoꝝ: dixit ho=
mini. Extēde manū tuā. Et
extēdit. Et restituta est: ma=
nus illi. ¶ Feria. vi. Epla.
Ad Corinthios. j. iij. capitu.
F Ratres. Nescitis quia
templū dei estis: ꝫ spūs
dei habitat ī vobis? Si quis
autē tēplum dei violauerit:
disperdet illū deus. Templū
eni dei sanctū est: quod estis
vos Nemo se seducat Si qs
videt inter vos sapiens esse
in hoc seculo: stultus fiat vt
sit sapiens. Sapientia enim
hui⁹ mundi: stulticia est apd
deū. Scriptū est eni. Cōpre=
hendam sapiētes: in astutia
eorū. Et iterū. Dñs nouit co
gitationes sapiētū: quoniā
vane sunt. Nemo itaqꝫ glo=
rietur: ī hominibus. Oia eni
vestra sunt: siue paul⁹ / siue
apollo: siue cephas / siue mū
dus / siue vita / siue mors / si=
ue pñtia / siue futura. Oia
eni vra sunt. Vos aūt christi
xps aūt dei Scdꝫ math. iiij. c.
I N illo tpe. Circuibat
iesus totā galileā: do=
cēs in synagogis eorū / et p=
dicās euangelium regni / et
sanans omnē languorem et
omnē infirmitatem in popu
lo. Et abijt opinio ei⁹: in to=
tam syriam. Et obtulerūt ei
oēs male habētes varijs lā=
guoribus et tormētis cōpre=
hēsos: et qui demonia habe=
bant / et lunaticos / ꝫ parali=
ticos / ꝫ curauit eos. Et secu=
te sūt eū: turbe multe. ¶ Do
minica iiij. post oct. epy. Offi



Dorate dñm
omnes ange
li eius: audi=
uit et letata
est syō / et ex=
ultauerūt fi=
lie iude. ps.
Dñs regnauit exultet terra:
letēt īsule multe. Gloria. Oro
D Eus qui nos in tantis
periculis cōstitutos p
humana scis fragilitate nō
posse subsistere: da nobis sa=
lutem mentis et corporis: vt
ea q̄ pro peccatis nostris pa=
timur / te adiuuāte vicamus
Per do. Ad romanos. xiij. ca.
F Ratres. Nemini qcq̄
debeatis: nisi vt inicē
diligatis. Qui enim diligit
proximum: legem impleuit.
Nam non adulterabis: non
occides / non furaberis / non
falsum testimonium dices /
non concupisces rem proxi=
mi tui. Et si qđ est aliud mā=
datum: in hoc verbo instau=
ratur. Diliges proximū tuū:
sicut teipsum. Dilectio pri=
mi: malū non operatur. Ple
nitudo ergo legis: est dilectio
Gr. Timebunt gentes no=

men tuum dñe et omnes reges terre gloriã tuã. V. Quoniã edificauit dñs syon / ⁊ videbit i maiestate sua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra letentur insule multe.



Secundum matheũ.viij.ca.

IN illo tpe. Ascendente iesu in nauiculam: secuti sunt eũ discipuli ei⁹. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Erat aũt illis: ventus cõtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius: et suscitauerunt eum dicẽtes. Dñe / salua nos: perim⁹. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgẽs / imperauit vẽtis ⁊ mari et facta est trãquillitas magna Porro hoies mirati sũt: dicẽtes. Qualis est hic: quia vẽti ⁊ mare obediũt ei. Offer. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me nõ moriar sed viuam et narrabo opera domini. Secreta.

CONcede q̃s oĩps de⁹ / vt hui⁹ sacrificij munus oblatũ fragilitatẽ nostrã ab omni malo purget et muniat. Per. Prefa. quotid. Cõio Mirabant oẽs de his q̃ pcedebant de ore dei. Postcõio.

Concede fidelibus tuis dñe q̃s et sine cessatiõe capere paschalia sacramẽta et desideranter expectare ventura: vt in misterijs quib⁹ renouati sunt permanẽtes: ad nouã vitã his operib⁹ perducantur. Per dñm. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce dñe pce pplo tuo vt dignis flagellatiõibus castigatus i tua miseratione respiret. Per d. Fer. iiij. i capite ieiunij. Officium.



Audiuit dñs et misert⁹ est michi: dñs fact⁹ ẽ adiutor meus. ℣. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Orem⁹. Flectam⁹ genua. Leuate

Inchoata ieiunia quesum⁹ dñe benigno fauore ꝓsequere vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus/ mentibus etiã sinceris exercere valeam⁹. Per dominum nostrum. Lectio ysaie prophete. lviij. Cap.

Hec dicit dominus deus Clama ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuam. Et annũcia populo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eorum. Me eteni de die in diem querunt/ et scire

vias meas volūt: quasi gēs que iusticiam fecerit: et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie / et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nostras et nescisti? Ecce in die ieiunij vestri / inuenitur volūtas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominē animam suam? Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum: et saccum et cinerem sternere? Nunquid istud vocaui ieiunium: et diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiuniū: quod elegi? Dissolue colligatiōes impietatis: solue fasciculos deprimētes / dimitte eos qui confracti sunt liberos / et omne onus disrumpe. Frange esuriēti panem tuum: & egenos vagosq; induc in domū tuam. Cum videris nudum operi eum: et carnem tuam ne despexeris. Tūc erumpet quasi mane lumen tuum: et sanitas tua citius orietur / et anteibit faciem tuam iusticia tua / et gloria domini colliget te. Tunc inuocabis et dominus exaudiet. Clamabis: & dicet ecce assum. Quia misericors sum: dominus deus tuus. Grad. Unam petij a domino hanc requiram / vt inhabitem in domo domini. V. Ut videā voluntatem dñi & ptegar a tēplo scō ei⁹. Tr.

Domine nō secundum peccata nostra que fecimus nos neq; secūdum iniquitates nr̄as retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue q̄a pauperes facti sum⁹ nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur V. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄ & ppter gloriā nois tui dñe libera nos: et ppici⁹ esto pccis nostris ppter nomē tuū.



Secundum matheum. v. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis Audi

stis qꝛ dictum est. Diliges ꝓximū tuum: et odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis. Diligite iimicos vestros: bñfacite his q oderunt vos/et orate ꝑ persequētibꝰ et calūniātibus vos/vt sitis filij patris vestri q i celis est. Qui solē suū oriri facit sup bonos ⁊ malos: ꝑpluit super iustos ⁊ iiustos. Si eni diligitis eos qui vos diligūt: quā mercedē habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum: quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo ⁊ vos perfecti: sicut et pater vester celestis perfectus est. Attēdite ne iusticiam vestrā faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alioquin mercedē non habebitis: apud patrem vestrū q in celis est. Cū ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciūt in synagogis ⁊ i vicis/vt honorificentur ab hominibꝰ. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua/vt sit elemosina tua in abscōdito. Et pater tuus qui videt in abscōdito: reddet tibi. Et cum oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis ⁊ in angulis platearum stantes orare vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu aūt cum oraueris intra in cubiculum tuum: et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus q videt in abscondito: reddet tibi. Offer. O ñe viuifica me secundum eloquium tuum/ vt sciam testimonia tua. Vꝰ. Fac cum seruo tuo domine secundum magnam misericordiā tuam ⁊ ne auferas de ore meo verbū vitatis. Secr.

Sacrificium domine obseruantie quadragesimalis offerimus presta quesumus: vt et tibi mentes nostras reddat acceptas et continentie promptioris nobis tribuat facultatē. Per. Cōio. Seruite dño in timore ⁊ exultate ei cum tremore: apprehēdite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcōio.

Tribue nobis quesumꝰ omnipotens deus vt dona celestia que debito frequētamꝰ obsequio: salutaria nobis iugiter sentiamus. Per dominum. Super populum Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tuere dñe populum tuum/⁊ ab oībꝰ pctis clementer emunda: qꝛ nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominetur iniquitas. Per d

¶ Sabbato Ad missā. Offm.



Udiuit dñs ⁊ misertus est michi: dñs factus est adiutor meus Ps. Exaltabo te domine qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me Glia. Oremus. Flectam⁹ ge. Oro.

Adesto dñe supplicationibus nostris ⁊ concede: vt hoc solēne ieiuniū quod animabus corporibusq̧ curādis salubriter īstitutū est: deuoto seruitio celebrem⁹. P. Lectio ysaie ꝓphete. lviij. ca.

Hec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenā: et desieris digitum extendere / et loqui quod nō ꝓdest. Cum effuderis esurienti aiam tuā: ⁊ animā afflictam repleueris / orietᷓ in tenebris lux tua et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dñs deus tu⁹ semper: et implebit splendorib⁹ animā tuam / et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: ⁊ sicut fons aquarum cuius nō deficiēt aq̄. Et edificabūtur in te deserta seculorū: fundamenta gñatiōis ⁊ gñatiōis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiū: auertēs semitas in q̄etatē. Si auerteris a sabbato pedē tuū facere volūtatē tuam in die sctō meo / et vocaueris sabbatū delicatū / ⁊ sanctū dñi gloriosū et glorificaueris eū / dum nō facis vias tuas et non inueniet voluntas tua vt loquaris sermonē: tunc delectaberis super dño / ⁊ sustollam te super altitudinē terre / et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi: locutū est hec. Ait dñs oipotēs. Gr. Unam petij a dño hanc requirā: vt inhabitem i domo dñi. V. Ut videam volūtatē dñi: ⁊ ꝓtegar a tēplo sctō ei⁹.



Secundū Marcum. vj. cap.

In illo tēpore. Cū sero esset factū: erat nauis in medio maris / ⁊ iesus sol⁹ in terra. Et vidit discipulos suos laborātes in remigando: erat eni vēt⁹ ꝯtrari⁹ eis. Et circa quartā vigiliā noctis venit ad eos ābulans supra mare / et volebat p̄terire eos. At illi vt viderūt eum supra mare ambulantem: putane-

erunt fantasma esse/ et exclamauerunt. Oēs enim eū viderunt: et cōturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Cōfidite: ego sum nolite timere. Et ascēdit ad illos in naui/ et cessauit ventus: et plus magis itra se stupebāt. Non eni intellexerūt de panibus: erat eñi cor illorum obcecatū. Et cum trāsfretassent: venerunt in terrā genezareth/ et applicuerunt Cūq3 egressi essent de naui: cōtinuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam: ceperūt in grabatis eos qui se male habebant circūferre vbi audiebant eū esse. Et quocūq3 introibāt in vicos vel i villas/ aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos/ et deprecabātur eum/ vt vel fimbriam vestimēti eius tangerent Et quotquot tangebāt eū: salui fiebant. Offr. Dñe viuifica me scdm eloqū tuū vt sciā testimonia tua. V. Da michi intellectū vt discā mādata tua et volūtaria oris mei fac michi i bñplacito tuo dñe. Sek.

Repara nos dñe qs huius votiuis abstinētie officijs vt hec sacrificia veneranda sobrijs semp mētibus celebrem⁹ P. Cōio. Seruite dño i timore et exultate ei cū tremore/ apphēdite disciplinā/ ne pereatis de via iusta.

Celestis vite munere vegetati qsumus dñe de⁹ noster/ vt quod est nobis in psenti vita mysterium: fiat eternitatis auxilium. Per dñz. Sup populū. Humiliate capita vra Deo.

Ac nos qs dñe salutis nostre causas et deuotis semp frequētare seruitijs et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dñm



Inuocauit me et ego exaudiā eū/ eripiā eū et glorificabo eū: longitudine dierum adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: i ptectione dei celi cōmorabit. Oro.

Deus qui ecclesiam tuā ānua quadragesimali obseruatione purificas: psta familie tue. vt quod a te ob-

tinere abstinendo nititur: hoc bonis operib⁹ exequantur. Per.
Ad corinthios. ij. vj. capi.

Fratres. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros In multa patientia: in tribulationib⁹/ in necessitatibus/ in angustijs/ in plagis/ in carcerib⁹/ in seditionibus/ in laborib⁹/ in vigilijs i ieiunijs/ in castitate/ in sciẽtia/ in lõganimitate/ in suauitate/ i spiritu sancto In caritate nõ ficta: i verbo veritatis/ in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gloriã: ⁊ ignobilitatẽ. Per infamiã: et bonam famã. Ut seductores: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus Ut castigati: ⁊ nõ mortificati. Quasi tristes semper aũt gaudẽtes. Sicut egentes: multos aũt locupletãtes. Tanq̃ nichil habẽtes: et oĩa possidentes. Gr. Angelis suis mandauit de te/ vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. V. In manibus portabunt te ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuum. Tr.

Qui habitat in adiutorio altissimi/ in protectione dei celi cõmorabitur. V. Dicet dño susceptor me⁹ es tu/ et refugiũ meum deus meus sperabo in eũ. V. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantiũ: ⁊ a verbo aspero. V. Scapulis suis obumbrabit tibi/ et sub pẽnis ei⁹ sperabis. V. Scuto circundabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. V. A sagitta volante per diem a negocio perãbulante in tenebris: a ruina et demonio meridiano. V. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis/ tibi autẽ nõ appropinquabit. V. Quoniã angelis suis mãdauit de te/ vt custodiant te in omnibus vijs tuis. V. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidem pedẽ tuũ. V. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: et cõculcabis leonẽ et draconẽ. V. Quoniã in me sperauit liberabo eũ ꝓtegã eũ quoniã cognouit nomen meum. V. Inuocauit me et ego exaudiam eũ: cum ipso sum in tribulatione. V. Eripiã eũ et glorificabo eũ. longitudine dierũ adimplebo eũ: et ostendã illi salutare meũ.
Secũm Matheum. iiij. cap.

In illo tpe. Ductus est iesus in desertũ a spũ:

vt temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant Qui respondens: dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum dyabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinaculum templi/ et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum Scriptum est enim/ quia angelis suis mandauit de te: et in manib' tollent te / ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non temptabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum dyabolus in montem excelsum. valde: et ostendit ei omnia regna mundi/ et gloriam eorum/ et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Vade sathana Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum dyabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei. Offr. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: et sub pennis eius sperabis/ scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus te domine deprecantes: vt cum epularum restrictione carnalium: a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per. Prefatio quotidiana. Com. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Postcommunio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos/ in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum nostrum.

Feria.ij. post Inuocauit. Ad missam. Officium.

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri: miserere nobis domine miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum.

Ab hac die vsque ad cenam domini in omni missa de ieiunio dicuntur septem orationes sicut in dominica. i. aduentus. domini supradictum est Lectio ezechielis prophete. xxxiiij.

Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oues

meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregē suum/ i die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarum. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de oībus locis/ in quibus disperse fuerāt in die nubis/ et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suā: et pascam eas in mōtibus israel/ in riuis et in cunctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et in mōtibus excelsis israel erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentibus: et in pascuis pinguib⁹ pascētur super mōtes israel. Et ego pascam oues meas: et ego eas accubare faciam/ dicit dñs de⁹. Quod perierat requirā: et quod abiectū fuerat reducā/ et quod cōfractū fuerat alligabo/ et quod infirmū fuerat cōsolidabo. Et quod pingue et forte: custodiā Et pascam illas: i iudicio et iusticia Dicit dñs oipotens. Gr. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Dñe de⁹ virtutū exaudi p̄ces seruorū tuorū. Tr.

Domine non scdm pctā nostra q̄ fecimus nos: neqꝫ scdm iniqtates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū/ cito anticipēt nos mie tue qa paupes facti sum⁹ nimis. Hic non fiat genuflectio cū dicit̄ v⁹. Adiuua nos deus salutaris noster/ et ꝓpter gloriā nois tui dñe libera nos et ꝓpici⁹ esto pctis nostris ꝓpter nomē tuū



Secundū Matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulꝭ. s. Cū venerit filius hois i maiestate sua et oēs angeli ei⁹ cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et cōgregabūtur ante eum oēs gentes: et separabit eos ab inuicē/ sicut pastor segregat oues ab hedis Et statuet oues quidem a dextris suis: hedos autē a sinistris. Tunc dicet his: qui a dextris eius erunt. Venite bñdicti patris mei: possidete paratū vobis regnū/ a cōstitutione mūdi. Esuriui eni: et dedistis michi mādu care. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes eram: et collegistis me. Nudus: et

operuistis me. Infirmus: et visitastis me In carcere erã: & venistis ad me. Tũc respõdebũt ei iusti: dicentes Dñe/ quãdo vidimus te esurientẽ et pauimus: sitientẽ/ et dedimus tibi potũ? Quãdo autẽ te vidimus hospitẽ: et collegim⁹ te? Aut nudũ: & cooperuimus te? Aut quãdo te vidim⁹ infirmũ/ aut in carcere & venimus ad te? Et respondẽs rex: dicet illis. Amẽ dico vobis: q̃diu fecistis vni de his fratribus meis minimis michi fecistis. Tunc dicet et his: qui a sinistris eius erũt. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: q̃ parat⁹ est dyabolo/ et angelis ei⁹. Esuriui eni: et nõ dedistis michi mãducare. Sitiui: et nõ dedistis michi potũ Hospes erã: & nõ collegistis me. Nudus: et nõ opuistis me. Infirm⁹ et i carcere: et nõ visitastis me. Tũc rñdebũt ei & ipsi: dicẽtes Dñe qñ te vidimus esuriẽtẽ/ aut sitiẽtẽ/ aut hospitẽ/ aut nudum/ aut infirmũ/ vel in carcere: et non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis: dicẽs. Amẽ dico vobis: q̃diu non fecistis vni de minorib⁹ his: nec michi fecistis. Et ibunt hi in suppliciũ eternũ: iusti autem: i vitam eternã. Offer. Leuabo oculos meos et cõsiderabo mirabilia tua. dñe vt doceas me iusticiam tuam da michi intellectũ vt discã mandata tua. V. Lege pone michi dñe & viã iustificationũ tuarũ exquirã et i p̃ceptis tuis exercebor. Secr.

Accepta tibi sit dñe q̃s nostre deuotiõis oblatio: que & ieiunium nostrum te operante sanctificet: et indulgentiã nobis tue consolatiõis obtineat. Per. Cõio. Uoce mea ad dñm clamaui et exaudiuit me de mõte scõ suo/ nõ timebo milia populi circundãtis me. Postcõio.

Prosint nobis dñe q̃s frequẽtata mysteria: q̃ nos & a cupiditatib⁹ terrenis expediãt & instruãt amare celestia. Per. Sup ppl'm. Humiliate capita vr̃a Deo.

Absolue q̃sumus domine nostrorũ vincula peccatorum: et quicquid pro eis mereamur: propiciat⁹ auerte. Per dominũ. ¶ Feria. iiij. post Inuocauit. Officium.



Domine refugium factus es nobis a generatione et pgenie: a seculo et in seculum tu es. ps. Priusq̃ montes fierent: aut formarẽ terra et orbis. Non dicit vlteri⁹ Oremus. Flectam⁹ genua leuate Oro.

Respice domine familiã tuam/ et p̃sta: vt apud

te mens nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per dñm.

Lectio ysaie prophete. vi.

IN diebus illis. Locutus est ysaias propheta dicens. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas / et reuertatur ad dominum et miserebitur eius / et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitatiões mee cogitationes vestre: neqꝫ vie mee vie vestre dicit dominus Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a vijs vestris / et cogitatiões mee a cogitationibꝰ vestris. Et quomodo descendit ymber et nix de celo: et illuc vltra non reuertitur / sed inebriat terram ꝛ ifundit eam / et germinare eam facit / et dat semen serenti et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredieẜ de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecũqꝫ volui / et prosperabiẜ in his ad q̃ misi illud. Ait dominus omnipotens. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.



Secundũ matheum. xxi. ca.

IN illo tpe. Cum intrasset iesus hierosolimã: cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs. Quis est hic? Populi autem dicebãt. Hic est iesus propheta a nazareth galilee Et intrauit iesus in templũ dei: ꝛ ejiciebat oẽs vẽdentes et ementes in templo / ꝛ mẽsas nũmulariorum ꝛ cathedras vendentium columbas euertit. Et dixit eis. Scriptũ est: quia domus mea domus orationis vocabiẜ. Uos aũt fecistis illam: speluncam latronum. Et accesserũt ad eũ ceci et claudi in templo: ꝛ sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotum ꝛ scribe mirabilia que fecit: ꝛ pueros clamantes in tẽplo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt et dixerũt ei. Audis quid isti dicũt? Jesus autẽ dixit eis. Utiqꝫ. Nunqꝫ

legistis quia ex ore infantiū et lactentiū: perfecisti laudē. Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatem in bethaniā Ibiqꝫ mansit: & docebat eos de regno dei. Offer. In te sperani dñe dixi tu es deꝰ meus/ in manibꝰ tuis tēpora mea. ℣. Illumina faciē tuā super seruū tuum et saluū me fac ꝓpter miam tuā dñe nō cōfūdar qm̄ inuocaui te. Secreta

PResta dñe q̄s vt dicato muneri ꝯgruentē nostre deuotionis tibi offeramꝰ affectum. Per. Cōio. Cū inuocarē exaudisti me deus iusticie mee i tribulatiōe dilatasti me: miserere michi dñe & exaudi orōnē meā. Postcō

QUesumus oīpotēs deꝰ/ vt illiꝰ salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus Per. Super populum. Humiliate capita vr̄a deo. Orō.

AScendant ad te dñe ꝑces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dñm nostrum.

¶ Fer. iiij. q̄ttuor tpm. Offi.



Eminiscere miserationū tuarū dñe: et mie tue que a seculo sunt: ne vnq̄ dominentur nobis inimici nostri libera nos deꝰ israel ex oībus angustijs nostris. ℣s. Ad te domine leuani aiam meam: deus meus in te cōfido non erubescā. Sequitur oratio sine Dñs vobiscum. sed cum Oremus et Flectamus genua leuate. Oratio.

PReces nostras q̄s dñe clemēter exaudi: & cōtra cūcta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extende. Per dominū nostrū.

Lcō libri exodi. xxiiij. capi.

IN diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Ascende ad me in mōtē: et esto ibi. Daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas / et legem ac mādata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerūt moyses & iosue minister eiꝰ: ascēdēsqꝫ moyses in mōtem dei / seniorib' ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos Habetis aaron & hur vobiscū: si quid natū fuerit questionis / referetis ad eos. Cūqꝫ ascēdisset moyses: operuit nubes montem / et habitauit gloria dñi super synai tegēs illū nube sex diebus. Septimo aūt die vocauit eū de medio caliginis Erat autē species glorie dñi quasi ignis ardens super verticem mōtis / in cōspectu filiorum israel. Ingressusqꝫ moyses mediū nebule: ascēdit in mōtē. Et fuit ibi quadraginta diebus: et quadraginta noctibus Gr. Tribulationes cordis mei dilatate

sunt de necessitatib⁹ meis eri pe me dñe. ℣. Vide humilitatem meā et laborem meū: et dimitte oia pctā mea. Nō repetat grad. sed sequat Dñs vobiscū. z Flectam⁹. Oratio

Deuotionē ppli tui que sumus dñe benign⁹ intende: vt qui per abstinentiā macerāt in corpore: p fructū boni operis reficiātur in mēte. Per. Hic dñr meo. cōsuete Lectio libri regum. iij. xix.

In diebus illis. Venit helyas i bersabee iuda & dimisit ibi puerū suū: z perrexit in desertū viā vni⁹ diei Cumq venisset & sederet sub terbnam iuniperum: petiuit anime sue vt moreretur / et ait. Sufficit michi dñe: tolle animam meā. Neq eni melior sum: q patres mei. Proiecitq se: et obdorminit i vmbra iuniperi. Et ecce angel⁹ dñi tetigit eū: dixitq ei. Surge comede. Et respexit. Et ecce ad caput suū subcinerici⁹ panis: z vas aque. Comedit ergo et bibit: z rursum obdorminit Reuersusq est angel⁹ dñi secundo et tetigit eū: dixitq illi. Surge comede: grādis eni tibi restat via. Qui cū surrexisset comedit et bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹: vsq ad montē dei oreb. Chorus alternatim dicat Tract⁹

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā et laborē meum & dimitte, oia pctā mea. ℣⁹. Ad te leuaui animā meā: de⁹ meus in te confido nō erubescā neq irrideāt me inimici mei ℣. Etenim vniuersi q te expectant nō cōfundent: cōfundātur oēs facientes vana. Et dicitur iste tractus in oi quarta feria vsq ad dñicā palmar.



Scdm matheū. xij. Capitu.

In illo tpe Accesserunt ad iesum scribe & pharisei: dicentes. Magister: volumus a te signū videre. Qui respondens: ait illis. Generatio mala et adultera signū querit: et signū non dabitur ei / nisi signū ione pphete Sicut eni fuit ionas in vētre ceti trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹ ita erit filius hois i corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite surgēt i

iudicio cū ḡnatione ista: ꝫ cō dēnabūt eā/ q: penitētiā egerunt in ꝑdicatiōe ione. Et ecce plusq̄ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cū generatiōe ista ꝫ cōdēnabit eā: q: venit a finib⁹ terre audire sapientiā salomonis. Et ecce plusq̄ salomō hic. Cū aūt imūdus spūs exierit ab hoīe: ambulat ꝑ loca arida: q̄rens requiē et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantē: scopis mūdatā et ornatā. Tunc vadit ꝫ assumit septē alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illius: peiora prioribus. Sic erit et generatiōi huic pessie. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris/ querentes loqui ei. Dixit autē ei quidā. Ecce mater tua ꝫ fratres tui foris stant: querētes te. At ipse respōdēs: dicēti sibi ait. Que est mater mea: et qui sūt fratres mei? Et extēdēs manū i discipulos suos: dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq̄ enim fecerit voluntatem patris mei q̄ in celis est: ipse me⁹ frater et soror ꝫ mater ē. Offr. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mandata tua q̄ dilexi. V⁹. Pars mea dn̄e dixi custodire legē tuā ꝑcat⁹ sū vultū tuū i toto corde meo. Secr.

Intende q̄s dn̄e sacrificiū singulare: vt huius participatione mysterij: que speranda credim⁹: expectata sumamus. P. Cōio. Intellige clamorē meū: intēde voci orationis mee rex me⁹ ꝫ de⁹ me⁹ q̄m ad te orabo dn̄e. Postcō.

Da q̄s om̄ps deus/ vt reatū nr̄m munera sacra purificēt: et recte viuēdi nobis operenē effectū. P. d. Sup populū. Orem⁹. Hūiliate c. Or.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agēda sūt: et q̄ recta sūt agere valeam⁹. Per dn̄m ¶ Fer quinta post Inuocauit offm̄



onfessio ꝫ pulchritudo in cōspectu ei⁹: sāctitas ꝫ magnificentia i sāctificatiōe ei⁹ ꝑs. Cātate domino canticū nouū: cantate dn̄o oīs terra. Oremus. Flectamus genua Leuate. Orō.

Om̄ps sempiterne deus/ q̄ in obseruatione ieiunij et elemosinar̄ largitione nr̄or̄ posuisti remedia peccatorū: cōcede nos mente ꝫ corpore sēꝑ tibi esse deuotos. P. Lctō ezechielis ꝓphete .xviij

In diebus illis: Factus est sermo dn̄i: ad me di

cens. Quid est quod inter vos hanc parabolam vertitis in proverbium istud: in terra israel, dicentes. Patres nostri comederunt uvam acerbam: et dentes filiorum obstupescunt. Vivo ego dicit dominus deus: si erit vobis ultra parabola hec in proverbium in israel. Ecce omnes anime mee sunt. Ut anima patris: ita et anima filij mea est. Anima que peccaverit ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iusticiam, in montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad ydola domus israel, et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit, et hominem non contristaverit, pignus debitori suo reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit, ab iniquitate averterit manum suam, iudicium verum fecerit inter virum et virum, et in preceptis meis ambulaverit et iudicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic iustus est et vita vivet, ait dominus deus. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, et fecerit unum de istis et hec quidem omnia non facientem: nunquid vivet? Non vivet. Cum universa detestanda hec fecerit: morte morietur. Sanguis eius: in ipso erit. Quod si genuerit filium qui videns omnia peccata patris sui que fecit: timuerit et non fecerit simile eis, iudicia mea fecerit, et in preceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet. Pater eius quia calumniatus est et vim fecerit fratri, et malum operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris sui? Videlicet quia filius iudicium et iusticiam operatus est: omnia precepta mea custodivit et fecit illa: vita vivet. Ait dominus omnipotens. Grad.

Custodi me domine ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem.



Secundum Johannem. viij.

In illo tempore. Dicebat iesus ad eos: qui crediderunt ei ex iudeis. Si vos man

seritis in sermone meo / vere discipuli mei eritis: & cogno scetis veritatem / & veritas li berabit vos. Respõderunt ei iudei. Semen abrahe sum⁹: et nemini seruiuimus vnq̃. Quõ tu dicis: q2 liberi eritis Respõdit eis iesus Amẽ amẽ dico vobis: quia omnis qui facit peccatũ: seruus est pec= cati. Seruus autem non ma net in domo ineternum: fili= us autem manet ineternum Si ergo filius vos liberaue= rit: vere liberi eritis. Scio q2 filij abrahe estis: sed queritis me interficere / q2 sermo me⁹ non capit in vobis. Ego qđ vidi apud patrẽ meũ loquor et vos que vidistis apud pa= trem vestrum facitis. Respõ derunt et dixerunt ei. Pater noster abraham est Dixit eis ies⁹. Si filij abrahe estis: ope ra abrahe facite. Nunc autẽ queritis me iterficere: homi= nem qui veritatẽ locutus sũ vobis quã audiui a deo. Hoc abraham non fecit. Vos fa= citis opera patris vestri. Di= xerunt itaq3 ei. Nos ex forni catione nõ sumus nati: vnũ patrem habemus deũ. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq3 me. Ego eni ex deo ꝓcessi et veni. Neq3 enim a meipso veni: sed ille me misit. Qua= re loquelam meã non cogno scitis? Quia nõ potestis au= dire sermonẽ meum. Vos ex patre diabolo estis: et deside ria patris vestri vultis face= re. Ille homicida erat ab ini tio: & in veritate nõ stetit: q2 nõ erat veritas i eo. Cum lo quitur mẽdacium / ex ꝓprijs loquitur: quia mendax est et pater eius. Ego aũt quia ve= ritatem dico: non creditis mi chi Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem di co vobis: quare vos non cre ditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offer. I m= mittit angelus dñi in circui= tu timentium eum: et eripiet eos: gustate et videte quoniã suauis ẽ dñs. V. Bñdicã dñm in omni tempore semꝑ laus eius in ore meo. Secreta.

SAcrificia dñe q̃s propen sius ista nos saluẽt: que medicinalibus sunt institu= ta ieiunijs. Per dominum.

Cõio. Panis quem ego de= dero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio.

TVorum nos domie lar gitate donorum: & tem poralibus attolle presidijs / et renoua sempiternis. Per dominum. Super populum Humiliate capita vestra deo

DA quesumus dñe Deo. populis christianis & q̃ profitentur agnoscere: & cele ste mun⁹ diligere qđ frequẽ= tãt. Per. ¶ Feria. vj. iiij. tem porum. Ad missam Officiũ.



De necessitatibus meis eripe me dn̄e vide humilitatē meā ⁊ laboꝛē meū / et dimitte omnia pctā mea. ps. Ad te leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescā. Oꝛem⁹. Flectam⁹. Or

Esto domine ꝓpici⁹ plebi tue / et quam tibi facis esse deuotam: benigno refoue miseratus auxilio. Per

Lcō ezechielis ꝓphete. xviij

Hec dicit dominus deus Anima que peccauerit ipsa moꝛietur. Filius nō poꝛtabit iniquitatem patris: et pater non poꝛtabit iniquitatem filij. Justicia iusti super eum erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis q̄ operatus est ⁊ custodierit omnia pꝛecepta mea / et fecerit iudicium et iusticiam: vita viuet et non moꝛietur. Omniū iniquitatum eius quas operat⁹ est: non recoꝛdaboꝛ. Jn iusticia sua quam operat⁹ est: viuet. Nunq̄d voluntatis mee est moꝛs impij / dicit domin⁹ deus et non magis vt cōuertatur a vijs suis ⁊ viuat? Si autem auerterit se iust⁹ a iusticia sua / et fecerit iniquitatem secundū om̄es abhominationes quas operari solet impius: nūquid viuet? Oēs iusticie eius quas fecerat: nō recoꝛdabuntur. Jn pꝛeuaricatione sua qua pꝛeuaricat⁹ est: et i peccato suo quod peccauit in ipsis moꝛietur. Et dixistis. Nō est equa via domini. Audite ergo domus israel Nunquid via mea non est equa: et nō magis vie vestre praue sūt? Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua / et fecerit iniquitatem: moꝛietur in eis. Jn iniusticia sua quam operat⁹ est: moꝛietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est / et fecerit iudicium et iusticiam: ipse animā suam viuificabit. Considerans enim ⁊ auertens se: ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet ⁊ nō moꝛietur. Dicit dn̄s oīpotēs Građ. Saluū fac seruū tuū de⁹ me⁹ sperātē i te. ℣. Auribꝰ ꝑcipe dn̄e oꝛonē meā. Tr

Domine non scđm pctā nostra q̄ fecimus nos: neq̄ scđm inq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū / cito anticipēt nos mīe tue q̄a paupes facti sum⁹ nimis. Hic non fiat genuflexio cū dicitur ℣. Adiuua nos deus salutaris noster / et ꝓpter gloꝛiā nōis tui dn̄e libera nos et ꝓpici⁹ esto pctīs nostris ꝓpter nomē tuū



Secundum Johannem. v.

IN illo tēpore: Erat dies fest⁹ iudeorū: et ascēdit iesus hierosolimā Est autē hierosolimis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinqꝫ porticus habens In his iacebat multitudo magna languencium/cecorū/claudorū/aridorū/expectantiū aque motum. Angelus autē dn̄i secūdum tēpus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et quicūqꝫ prior descēdisset in piscinā post motionem aque sanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate Erat autem quidā hō ibi: triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem et cognouisset qꝛ multū iā tēp⁹ haberet dixit ei Uis san⁹ fieri? Respōdit ei lāguid⁹ Dn̄e hoiem nō habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinā. Dū venio cui ego: ali⁹ ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge: tolle grabatū tuū et ambula. Et stati san⁹ factus est hō ille: et sustulit grabatū suū et ambulabat. Erat aūt sabbatū: in illa die. Dicebāt ergo iudei: illi q̄ sanatus fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tollere grabatum tuū. Respondit eis. Qui me sanū fecit: ille michi dixit. tolle grabatū tuū et ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille hō q̄ dixit tibi: tolle grabatū tuū et ambula? Is autē q̄ san⁹ fuerat effect⁹: nesciebat q̄s esset. Jes⁹ aūt declinauit a turba: cōstituta in loco Postea inuenit eū iesus i tēplo: et dixit illi. Ecce san⁹ factus es iā noli peccare ne deteri⁹ tibi aliq̄d ꝯtingat. Abijt ille hō et nūciauit iudeis: qꝛ ies⁹ eēt q̄ fecit eū sanū. Offr. Benedic aia mea dn̄o: et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquila iuuentus tua. V. Qui propiciatur oībus iniquitatibus tuis et redemit de interitu viā tuam: qui coronat te in miseratione et misericordia. Secr.

SUscipe dn̄e q̄s munera nostris oblata seruitijs et tua ꝓpicius dona sctifica. Per. Cō. Erubescant et cōturbentur oēs inimici mei: auertātur retrorsum et erubescāt

valde velociter. Postcõio.
Per hui⁹ dñe operatiõ-nẽ misterij et vicia nr̃a purgentur: et iusta desideria cõpleãtur. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.
Exaudi nos misericors deus: ꝛ mẽtib⁹ nostris gratie tue lumen ostẽde. Per d.
Sabbato. iiij. tpm. Offm.

Intret oõ mea i ꝯspectu tuo inclina aurẽ tuã ad precẽ meã dñe. ps. Dñe deus salutis mee i die clamaui: et nocte corã te. Oẽs orões sine Dñs vobiscũ dicuntur preter vltimã q̃ est ante epistolam Et ad oẽs orationes dicitur. Oremus. similiter ꝛ ad oẽs orões dr̃ Flectamus ge. pterq̃ ad vltima et omnes lec. cũ suis titulis legantur Oratio.
Populũ tuũ q̃s dñe ppicius respice: atq̃ ab eo flagella tue iracũdie clementer auerte. Per. Lectio libri deuteronomij. xxvi. Capi.
In dieb⁹ illis: Locut⁹ ẽ moyses ad dñm dicẽs Respice dñe de sãctuario tuo ꝛ de excelso celoꝝ habitaculo et bñdic ppl'o tuo isrl' ꝛ terre quã dedisti nobis sicut iurasti patrib⁹ nr̃is dare terrã lacte et melle manãtẽ. Audi israel hodie dñs de⁹ tu⁹ p̃cepit tibi vt facias mãdata ei⁹ atq̃ iudicia: ꝛ custodias ꝛ impleas ex toto corde tuo ꝛ ex tota aia tua Dñm elegisti hodie vt sit tibi de⁹ / ꝛ ãbules in vijs ei⁹: vt custodias cerimonias illius et mãdata ei⁹ atq̃ iudicia et obedias ei⁹ iperio. En dñs elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris sicut locut⁹ est tibi: et custodias oia p̃cepta ei⁹ / ꝛ faciat te excelsiorẽ cũctis gẽtib⁹ quas creauit i laudẽ ꝛ nomen et gloriã suã / vt sis ppl's sãctus dñi dei tui: sicut locut⁹ est tibi. Gr. Propici⁹ esto dñe pctis nr̃is nequando dicant gentes vbi est deus eorum. v. Adiuua nos deus salutaris noster / et propter honorem nominis tui domine libera nos. Non repetatur gr. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.
Deus qui nos per tẽporalia ducis ad eterna: pretende misericordiã tuam ad celestia promissa nitentibus: et quia tuum est quod i te credimus: tuum sit omne quod viuimus. Per dominũ
Lctõ libri deuteronomij. xi. c.
In diebus illis: Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mandata q̃ ego precipio vobis: ꝛ feceritis ea vt diligatis dominum deum vestrum / ꝛ ambuletis in omnibus vijs eius adherẽtes ei

disperdet dñs oẽs gẽtes istas ante faciẽ vestram / ꝛ possidebitis eas que maiores ꝛ fortiores vobis sũt. Omnis locus quem calcauerit pes vester: vester erit. A deserto / et libano / et flumie magno eufrate: vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri / nullus stabit contra vos. Terrorem vestrũ et formidinem dabit: dñs deus vester: super omnẽ terram quam calcaturi estis sicut locutꝰ est vobis dñs deꝰ vester. Grad. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorum tuorũ. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oro.

PRotector noster aspice deus: vt qui malorum nostrorũ pondere premimur percepta misericordia libera tibi mente famulemur. P

Lectõ libri machabeor. ij. c.

IN diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes: dum offerrẽt sacrificium pro populo israel / ionatha inchoante / ceteris autem respondentibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus ꝛ meminerit testamenti sui quod ad abraham / ysaac et iacob locutus est seruorũ suorum fideliũ. Et det vobis cor omnibus vt colatis eũ: et faciatis eius voluntatẽ: corde magno et animo volẽti. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua / ꝛ i preceptis suis: ꝛ faciat pacem. Exaudiat dñs orationes vestras et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo: dominus deus noster. Grad. Conuertere dñe aliquantulum ꝛ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

ADesto quesumus domine supplicationibꝰ nostris: vt esse te largiente mereamur et inter prospera humiles / et inter aduersa securi. Per dominum nostrum.

Lectio libri sapientie. xxxvj.

MIserere nostri deus omnium et respice nos: et ostende nobis lucem miserationum tuarum / et immitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te vt cognoscant: quia non est deus nisi tu / vt enarrẽt magnalia tua Alleua manum tuam super gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim i conspectu eorum sanctificatus es i nobis: sic in cõspectu nostro magnificaberis in illis / vt cognoscant te sicut et nos cognouimus / quia non est deus preter te domine. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum: et brachium dextrũ

Excita furorē: et effunde irā Extolle aduersariū: et affli-ge inimicum. Festina tēpus et memento finis: ut enarrēt mirabilia tua dñe de⁹ noster Gr. Saluū fac populū tuū dñe: & benedic hereditati tue V⁹. Ad te dñe clamabo deus me⁹ ne sileas a me: et ero si-milis descēdentibus in lacū. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Actiões nostras q̄s dñe aspirando preueni et adiuuādo prosequere: ut cū-cta nostra operatio et a te sē-per icipiat: et per te cepta fi-niatur. Per dominū nostrū. Lctō danielis ꝓphete. iij.ca.

Angelus dñi descendit cū azaria & sociis eius in fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace. et fecit me-dium fornacis quasi vētum roris flātem. Flamma autē diffusa est super fornacē cu-bitis quadragintanouem: et incendit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eā incendebāt. Il-los autē omnino non tetigit ignis neq₃ contristauit: nec quicq̄ molestie intulit Tunc hi tres quasi ex vno ore lau-dabant et glorificabāt: & be-nedicebāt deū in fornace di-centes. Bñdictus es dñe deus patrū nostrorum: & laudabi-lis et gloriosus & superexal-tatus in secula Et benedictū nomen glorie tue quod est san-ctū: & laudabile & superexal-tatū in oibus seculis. Bñdi-ctus es in tēplo sancto glorie tue: & superlaudabilis & sup gloriosus i secula. Bñdictus es in throno regni tui: et su-perlaudabilis et superexal-tatus in secula. Bñdictus es super sceptrum regni diuini-tatis tue: & suplaudabilis et superexaltatus in secula. Bñ-dictus es qui intueris abyssos et sedes sup cherubin: & sup-laudabilis & superexaltatus in secula. Bñdictus es q̄ am-bulas super pēnas vētorum & sup vndas maris: & suplau-dabilis et superexaltat⁹ i scla. Duo clerici de secunda for-ma in suppelliciis ad gradū chori dicant Tractum.

Benedictus es in firma-mento celi / & laudabi-lis et gloriosus in scla. Cho r⁹ idē repetat Cleri. V. Bñdi-cite oia opera dñi dño. bñd celi dño. bñdicite angeli dñi dño. Chor⁹ post vnūquēq₃ V respōdeat. Hymnū dicite & superexaltate eum i secula. Clerici V. Bñdicite aq̄ que super celos sūt dño. bñdicite oēs virtutes dñi dño. bñdici-te sol & luna dño. Chorus Hymnū. Clerici V. Bñdicite stelle celi dño. bened ymber et ros dño bened oēs spūs dei dño. Chorus. Hymnū. Cle-rici V Bñdicite ignis & estus

dn̄o. benedicite noctes & dies dn̄o. benedicite tenebre & lumen dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici V. Bn̄dicite frigus & cauma dn̄o bn̄dicite pruina et niues dn̄o benedicite fulgura & nubes dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici V. Bn̄dicat terra dn̄o. bn̄dicite montes & colles dn̄o. bn̄dicite oia nascētia terre domino. Chorus Hymnū. Clerici V. Benedicite maria & flumia domino. bn̄dicite fontes dn̄o bn̄dicite cete et oia que mouentur in aquis dn̄o. Chorus. Hymnū Clerici V. Benedicite volucres celi dn̄o. bn̄dicite bestie & vniuersa pecora dn̄o. benedicite filij hominū domino. Chorus. Hymnū. Clerici V. Benedicat israel dn̄o. benedicite sacerdotes dn̄i domino. benedicite serui dn̄i domino. Chorus. Hymnū. Clerici V. Bn̄dicite spiritus et anime iustorū dn̄o. bn̄dicite sancti & humiles corde dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici V. Bn̄dicite anania azaria misael domio Chorus Hymnū. Postea clerici reincipiāt tractum. Benedictus es ī firmamēto celi et percantetur a choro. Sequitur Dominus vobiscū. et Oremus. Hic non dicatur Flectam⁹ genua leuate Oro

Deus qui tribus pueris mitigasti flām̄as ignium / concede ꝓpicius: vt nos famulos tuos nō exurat flām̄a viciorum. Per dominū. Hic dicūt memorie cōsuete. Ad thessalonicēses. j. v. ca.

Fratres. Rogam⁹ vos corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes / suscipite infirmos / patientes estote ad omnes. Videte / ne quis malum ꝓ malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in iuicē et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate / in omnibus gratias agite. Hec est enim volūtas dei in christo iesu: in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autē probate: quod bonū est tenete / ab omni specie mala abstinete vos Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt iteger spiritus vester et anima et corpus: sine querela in aduētu domini nostri iesu christi seruetur. Duo clerici de secūda forma i capis nigris ad gradum chori simul cantēt totū et integrum istum tractum.

Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. V⁹. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.



Secundū Matheū.xvij.ca.

IN illo tpe. Assumpsit iesus petrū ꝑ iacobum ꝑ iohannē fratrē ei⁹: ꝑ duxit illos i montē excelsum seoꝛsum: ꝑ transfigurat⁹ est ante eos. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses ꝑ helyas: cū eo loquētes. Respondēs aūt petrus: dixit ad iesum Dñe: bonū est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnū/ moysi vnū/ et helye vnū. Adhuc eo loqnte: ecce nubes lucida obūbꝛauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene cōplacui ipsum audite Et audiētes discipuli: ceciderunt i faciē suā/ et timuerūt valde. Et accessit iesus ꝑ tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuātes autē oculos suos: neminem viderunt nisi solū iesum. Et descēdētibus illis de monte: pcepit eis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec filius hois a moꝛtuis resurgat. Offer. O sic deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te. itret oꝛatio mea i ꝯspectu tuo dñe ꝯ. Inclina aurē tuā ad precē meā dñe lōge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expādi manus meas ad te. Secreta.

PResentibus sacrificijs qs dñe ieiunia nostra sanctifica: vt qd obseruātia nrā pfitetur extrisecus: intrisecus operetur. Per dñz. Cōio. O sic deus meus i te speraui: libera me ab oibus ꝑsequētibus me et eripe me. Postcōio.

QUos diuino dñe reficis mysterio ppetuo defende presidio. et quos imbuisti celestibus istitutis: salutaribus comitare solatijs. P. Si eps de fuerit: dicat sup ppłm hec oꝛatio. Oꝛemus. Humiliate capita vestra deo. Oro.

FIdeles tuos dñe bñdictio desiderata ꝯfirmet: que eos et a tua voluntate nūq̄ faciat discrepare ꝑ tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per dñm nostrū. Tamē si episcopus pꝛesens fuerit et oꝛdines fecerit non dicet. Dominica secunda quadꝛagesime. Officium.



Eminiscere miserationũ tuarum dñe & misericordie tue que a seclo sunt: ne vnq̃ dñenk nobis inimici nostri libera nos de⁹ israel ex oibus angustijs nostris. ps. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus i te cõfido non erubescam. Oratio.

Deus qui ꝯspicis omni nos virtute destitui interi⁹ exteriusq̃ custodi: vt ab omnibus aduersitatib⁹ muniamur i corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum.

Ad thessalonicenses. j. iiij.

Fratres. Rogam⁹ vos et obsecramus in dño iesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare & placere deo / sic et ambuletis vt abũdetis magis. Scitis eni que precepta dederim vobis: per dñm iesum. Hec est eni volũtas dei sãctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione / vt sciat vnusquisq̃ vẽm suum vas possidere i sanctificatione et honore. Non in passione desiderij: sicut & gẽtes que ignorant deũ. Et ne quis supergrediatur neq̃ circumueniat in negocio fratrẽ suum: quoniã vindex est dñs de his oib⁹ sicut prediximus vobis / & testificati sum⁹. Nõ eni vocauit nos deus in immundiciam: sed i sanctificationẽ. In christo iesu: domino nostro. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate sunt / de necessitatib⁹ meis eripe me domine. V. Uide humilitatẽ meã & laborem meum / & dimitte oia peccata mea. Tr.

Dixit dñs mulieri chananee non est bonum sumere panẽ filiorũ / et mittere canibus ad mãducandũ V. At illa dixit. etiã dñe / nã & catelli edũt de micis que cadunt de mensa dñorum suorum. V. Ait illi iesus. o mulier / magna est fides tua / fiat tibi sicut petisti.



Secundum Matheum. xv.

In illo tpe. Egressus iesus: secessit i partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa: clamauit dicens ei. Mise

cere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat. Qui non respondit ei verbū Et accedētes discipuli eius: rogabant eū dicētes. Dimitte eā: quia clamat post nos. Ipse aūt respōdens: ait. Nō sum missus: nisi ad oues que perierūt domus israel. At illa venit: et adorauit eū dicēs. Dñe/adiuua me. Qui respōdēs: ait. Non est bonū sumere panē filiorū: et mittere canibus. At illa dixit. Etiā dñe Nā et catelli edūt de micis: que cadunt de mēsa dñorum suorū. Tunc respōdēs iesus: ait illi. O mulier/magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ei⁹: ex illa hora. Offer. Meditabor i mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi. Secreta

Ecclesie tue dñe munera placatus assume: q̄ et misericors offerēda tribuisti: et in nostre salutis potēter efficis transire mysteriū. Per Prefatio quotid. Cōio. Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus et de⁹ meus quoniā ad te orabo dñe. Postcōio.

Corporis et sanguinis sacrosancti dñe q̄sum⁹ gratia nos sumpta viuificet et quod mysticis actionibus pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per dñm nostrū.



Feria secunda. Officiū.



Redime me domine et miserere mei/pes enim meus stetit i via recta: in ecclesijs benedicam dñm ps. Judica me dñe qm̄ ego i īnocētia mea igressus sū: et in dño sperans nō infirmabor. Orem⁹. Flectam⁹ geñ. Oro.

Presta q̄s oipotēs deus vt familia tua que se affligendo carne ab alimentis abstinet: sectādo iusticiam a culpa ieiunet. Per dñm.

Lectio danielis prophete. ix. cap

In diebus illis. Orauit daniel ad dñm dicens. Dñe deus noster qui eduxisti populū tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomē secundū diē hanc peccauimus/iniquitatē fecimus dñe i omnē iusticiam tuam.

Auertatur obsecro ira tua et furor tu⁹: a ciuitate tua hierusalē/et a mōte sancto tuo. Propter pctā enim nostra et iniquitates patrū nrorū hierusalē: ⁊ populus tuus i opprobriū sunt oīb⁹ per circuitum nostrū. Nūc ergo exaudi deus noster orationē serui tui et preces ei⁹: ⁊ ostēde faciē tuā super sanctuariū tuū quod desertū est. Propter temetipsum iclina deus meus aurē tuā et audi: apri oculos tuos et vide desolationē nostram ⁊ ciuitatē super quam inuocatum est nomē tuum. Neqꝫ eni i iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuam: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe/ attende et fac. Ne moreris ꝑpter temetipsum deus me⁹: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem et super populum tuū: dñe deus noster. Rn. Adiutor meus et liberator meus esto dñe ne tardaueris. ℣. Confundātur et reuereātur inimici mei q̄ querunt animam meā Tractus.

Domine non scdm pctā nostra q̄ fecimus nos: neqꝫ scdm iniqtates nostras retribuas nobis. ℣⁹. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue qa pauperes facti sumus nimis

Hic nō stat genuflexio cum dicit̄ ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝑpter gloriā nois tui dñe libera nos/⁊ propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Secundū Iohannē. viij. ca.

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado et queretis me: et i peccato vestro moriemini Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunqd interficiet semetipsum: qa dicit/quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis. Uos de deorsum estis: ego de superi⁹ sū. Uos de hoc mūdo estis: ego nō sū de hoc mundo Dixi ergo vobis: quia moriemini in pctis vestris. Si eni non credideritis quia ego sum. moriemini in pctō vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principiū qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui misit me verax est Et ego q̄ audiui ab eo: hec loquor i mūdo. Et nō cognouerūt: quia patrē eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hois: tūc cognoscetis qa ego sum. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater/hec loquor Et qui me misit mecū est: et nō reliquit me solū. Quia ego que placita sunt ei: facio semper

Offi. Benedicā dñm qui tribuit michi intellectum: prouidebā deum in cōspectu meo semp qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. V. Cōserua me dñe quoniā i te speraui: ego dixi deus meus es tu/domin⁹ pars hereditatis mee. Secr.

Hec hostia q̄s dñe placabilis et laudis: tua nos propiciatiōe dignos efficiat Per dñm nostrū. Cōio. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Postcōio.

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine: & celestis remediȷ̄ faciat esse consortes. Per dn̄. Sup populū. Humiliate capita vr̄a. Oro.

Adesto supplicatiōibus nostris oīpotēs deus/ et quib⁹ fiduciā sperādē pietatis indulgēs: consuete mīe tribue benignus effectū P d.

¶ Feria tercia. Officium.



Tibi dixit cor meū quesiui vultum tuū/ vultū tuū domine requirā ne auertas faciem tuam a me. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo? Orem⁹. Flectamus genua leuate. Oratio.

Hostias tibi dñe deferimus immolãdas / que tẽporalẽ cõsolationẽ nobis impẽdant: vt pmissa certius non desperemus eterna. Per dñm. Cõio. Redime me deus israel ex omnibus augustijs meis. Postcõmunio.

Da q̃s oĩpotens deus: vt que diuina sunt iugiter exequẽtes: donis mereamur celestibus propinquare Per. Sup ppl'm. Humil. Oro.

Da nobis dñe q̃s perseuerantẽ in tua voluntate famulatũ vt in dieb⁹ nostris et merito ꝫ numero populus tibi seruiens augeat. Per. ¶ Feria. iiij. Officium.


Liberator meus de gentib⁹ iracundis: ab insurgẽtibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtum meum ꝫ refugium meũ Liberator. Non dr̃ Gl'ia pa.

Flectamus genua le. Oratio

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliũ miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectũ: prebe supplicãtib9 piũ benign9 auditũ. Per d. Lectio lib. leuitici xix

In diebus illis: Locut9 est dñs ad moysen dicens Loquere ad vniuersũ cetũ filiorum israel: et dices ad eos. Ego dñs deus vester. Nõ facietis furtũ: nõ mẽtiemini / nec decipiet vnusquisq; proximũ suũ. Nõ piurabis i noie meo: nec pollues nomẽ dei tui / ego dñs. Nõ facies calũniam proximo tuo: nec vi opprimes eũ. Nõ morabit op9 mercẽnarij tui apud te: vsq; mane. Nõ maledices surdo: nec corã ceco pones offendiculũ Sed timebis dñm deũ tuũ: quia ego sum dñs. Nõ facies qđ iniquũ est nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres psonã pauperis: nec honores vultũ potẽtis Juste iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec susurro i populis. Nõ stabis cõtra sãguinem proximi tui: ego dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo sed publice argue eũ / ne habeas sup illo pctm. Non queras vltionẽ iimicorum: nec memor eris iniurie ciuiũ tuorũ Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego eni sũ dñs de9 vester. Gr. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. V. Dñe deus clamaui ad te et sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aiam meã: saluasti me a descendentibus in lacũ. Tr.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meã et laborẽ meũ: et dimitte oia pctã mea. V9. Ad te leuaui animam meam deus meus i te cõfido nõ erubescã neq; irrideãt me inimici mei V. Etenim vniuersi qui te expectant nõ cõfundent cõfundãtur oẽs facientes vana.



Secundũ iohannem. x. Cap

In illo tpe: Factã sũt encenia i hierosolymis: et hyẽs erat. Et ambulabat iesus in tẽplo: in porticu salomonis. Circũdederunt ergo eũ iudei: et dicebãt ei. Quousq; aiam nostrã tollis? Si tu es xps: dic nobis palã Rñdit eis iesus. Loquor vobis et nõ

creditis. Opa q̄ ego facio in noie pr̄is mei hec testimoniū ꝑhibent de me. Sed vos non creditis: q2 non estis ex ouib9 meis. Oues mee vocē meam audiūt: ⁊ ego cognosco eas ⁊ sequunt me. Et ego vitā eternā do eis: ⁊ nō pibūt in eternū / et nō rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater me9 qd̄ dedit michi maius oībus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnū sum9. Sustulerūt ergo lapides iudei: vt lapidarēt eū. Respōdit eis iesus Multa bona opa ostēdi vobis ex pr̄e meo ꝑpter qd̄ eorū opus me lapidatis? Rn̄derunt ei iudei. De bono opere nō lapidamus te sed de blasphemia. Et q2 tu hō cū sis: facis teipsū deū. Respōdit eis ies9. Nōne scriptū est in lege vr̄a: q2 ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact9 est ⁊ nō potest solui scriptura quē pr̄ scificauit et misit in mundū vos dicitis q2 blasphemas q2 dixi filius dei sum. Si nō facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autē facio et si michi non vultis credere operibus credite. Ut cognoscatis et credatis; q2 pater i me est ⁊ ego i pr̄e. Off ꝶ. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me dn̄e. V. Q2 ecce captauerunt animā meā / irruerunt in me fortes. Secr.

Annue nobis quesum9 misericors deus vt hostias placationis ⁊ laudis sincero tibi deferam9 obsequio Per. Co. Lauabo inter innocentes manus meas et circuibo altare tuū domine vt audiā vocē laudis tue ⁊ enarrem vniuersa mirabilia tua.

Celestis do= Postcōio. ni benedictione percepta te supplices deus omps deprecamur: vt hoc idem nobis ⁊ sacramēti causa sit ⁊ salutis. Per domi. Sup ppl̄m

Oremus. Huiliate capi. or.

Adueniat quesum9 dn̄e misericordia tua sperata supplicibus ⁊ eis celesti munificētia tribuatur / quatenus et recte petenda postulent: ⁊ postulata percipiant. Per dn̄m ¶ Feria. v. Officiū



Omnia que fecisti nobis dn̄e i vero iudicio fecisti q2 peccauim9 tibi ⁊ mādatis tuis non obediuim9: sed da glorā nomini tuo et fac nobiscum scd̄m mul titudinē misericordie tue. ps Magn9 dn̄s ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri / in monte sancto eius. Nō dicit Glia pa. Orem9. Flecta. Or

Presta quesumus oipotens deus / vt dignitas

conditionis humane per immoderantiam sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per dominum.

Lectio danielis prophete. iij.c.

In diebus illis: Orauit daniel dicens. Dñe deus israel ne despicias populum tuum: neqꝫ auferas miam tuam a nobis. Propter abraham dilectũ tuũ / ⁊ ysaac seruum tuũ / ⁊ israel sanctũ tuũ quibus locutus es pollicens ꝙ multiplicares semen eorũ sicut stellas celi: et sicut arenam que est in littore maris. Quia dñe imminuti sumus plusꝙ oẽs gẽtes: sumusqꝫ humiles ĩ vniuersa terra hodie ꝓpter peccata nostra. Et nõ est in tẽpore hoc princeps et propheta ⁊ dux: neqꝫ olocaustũ / neqꝫ sacrificiũ / neqꝫ oblatio / neqꝫ incẽsum / neqꝫ locꝰ primitiarũ coram te: vt possimus inuenire misericordiã: sed in animo contrito ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocausta arietũ et taurorum: ⁊ sicut in milibus agnorum pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ ĩ cõspectu tuo hodie vt placeat tibi / qꝫ non est confusio confidentibus in te. Et nunc dñe sequimur te in toto corde: et timemus te: et querimꝰ faciẽ tuã Ne cõfũdas nos sed dñe fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuã: et scꝫdũ multitudinẽ mie tue Et erue nos in mirabilibus tuis ⁊ da gloriã noĩ tuo dñe: et cõfundant oẽs ꝗ ostẽdunt seruis tuis mala. Cõfundantur in oĩpotentia: ⁊ robur eorũ conteratur. Et sciãt quia tu es dñs deus solus ⁊ gloĩosꝰ sup oẽm terrã: dñe deꝰ noster. Gr. Tollite hostias ⁊ introite ĩ atria eiꝰ: adorate dñm in aula sancta eius. V. Reuelabit dñs cõdensa: ⁊ ĩ tẽplo eiꝰ omnes dicent gloriam.



Secundum Johanne. vij.c.

In illo tẽpore: Cũ audissent quidã de turba sermones iesu dicebant. Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt. Hic est christus. Quidã autẽ dicebãt. Nũqd a galilea xps venit? Nõne scriptura dicit: qꝫ ex semie dauid: ⁊ de bethleẽ castello vbi erat dauid venturus est xps? Dissentio itaqꝫ facta est in turba: ꝓpter eum Quidam autem ex ipsis vole

bant apprehēdere eū: sed nemo misit sup illum manus. Venerūt ergo ministri ad pōtifices & phariseos: et dixerūt eis Quare nō adduxistis eū? Respōderūt ministri. Nunq̄ sic locut⁹ est homo: sicut hic loquitur. Responderūt ergo eis pharisei. Nunqd & vos seducti estis? Nūqd aliquis ex principib⁹ credidit in eū: aut ex phariseis? Sed turba hec q̄ non nouit legē: maledicti sūt. Dixit nichodem⁹ ad eos ille q̄ venit ad iesum nocte: q̄ vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat? Rñderūt: & dixerūt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare scripturas: et vide quia propheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt: vnusqsq; in domum suam. Offr̄. Super flumina babilonis illic sedim⁹ & fleuimus: dū recordaremur tui syō. V. Memēto dñe filiorum edō i diē hiersm. Secr.

Domine deus noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nr̄e subsidiū cōdidisti tuo quoq; noi munera iussisti dicāda cōstitui: tribue q̄s: vt & vite nobis p̄sentis auxiliū & eternitatis efficiant sacramentū. P. Cō. Memēto verbi tui seruo tuo dñe in quo michi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōmunio.

Quod ore sūpsim⁹ dñe pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remediū sempiternū. P. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Esto q̄s dñe propicius plebi tue: vt q̄ tibi non placent respuētes: tuorū potius repleātur delectationib⁹ mandatorū. Per dominum.

¶ Feria. vj. Ad missā. Offm.



Miserere mihi dñe qm̄ tribulor: libera me et eripe me de manib⁹ inimicorū meorum et a p̄sequētibus me dñe nō cōfundar qm̄ inuocaui te. Ps. In te dñe speraui non cōfundar in eternū in iusticia tua libera me. Nō dicitur Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio


Cordib⁹ nr̄is q̄s dñe auxilium gratie tue benignus infunde: vt peccata nostra castigatiōe volūtaria cohibentes: temporaliter poti⁹ maceremur / q̄ suppliciis deputemur eternis. Per do.

Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebus illis: Dixit hieremias. Dñe / omnes qui te derelinquūt: cōfundētur. Recedentes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum vi

uentium dominū. Sana me domine et sanabor: saluum me fac & saluus ero / quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum domini? Ueniat Et ego nō sū turbatus te pastorem sequēs et diem hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labijs meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur qui me persequūtur: & nō confundar ego. Paueāt illi: et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis et duplici contritione cōtere eos domine deus noster. Grad. Pacifice loquebātur michi inimici mei: & i ira molesti erant michi. V. Uidisti dñe deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus.

Domine nō secundum peccata nostra que fecimus nos: neq; secundum iniqtates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū / cito anticipent nos misericordie tue / quia pauperes facti sum nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur V. Adiuua nos deus salutaris noster / & propter gloriam nominis tui domine libera nos et propici esto peccatis nostris propter nomen tuum.



Secundum Johannem. xi.

In illo tēpore Collegerunt pontifices et pharisei cōsiliū aduersus iesū: et dicebant. Quid facimus: qr hic homo multa signa facit. Si dimittim eū sic: oēs credent in eū. Et uenient romani. et tollent locū nostrum et gentē. Unus autem ex ipsis cayphas noīe cum esset pōtifex āni illius: dixit eis. Uos nescitis quicq̄: nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo p populo / et non tota gens pereat. Hoc aūt a semetipso nō dixit: sed cum esset pontifex anni illi pphetauit quia iesus moriturus erat pro gente. Et non tantū pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerūt vt interficerēt eū. Jesus ergo iā nō in palā ābulabat apd iudeos: sz abijt

i regionē iuxta desertū i ciuitatē q̄ dr̄ effrē. Et ibi morabatur: cū discipulis suis. Offer. Benedict9 es dn̄e doce me iustificatiōes tuas: ne tradas calūniātib9 me supbis: et r̄ndebo exprobrantib9 mihi vbū. V. Uidi nō seruātes pactū et tabescebā / dn̄e qm̄ facies de psequētib9 me iudiciū. Secreta

Presta nob mi sericors de9: vt digne tuis seruire sēp altarib9 mereamur: et eor ppetua pticipatōe saluari. P. Cō. Ne tradideris me dn̄e i aīas psequētiū me: qr īsurrexerūt i me testes iniq: et mētita est iniquitas sibi. Postcō.

Sumpti sacrificij dn̄e ppetua nos tuitio nō dereliquat: et noxia sēp a nobis cūcta depellat. P. Sup populū. Oremus. Humiliate. Or.

Concede nobis qs dn̄e veniam pctōr: et religiōis augmētū atq3 vt i nobis tua dona mltiplices: tuis fac mādatis prōptiores. P. Sab. of.



Miserere mihi dn̄e qm̄ tribulor liba me et eripe m̄ de manib9 inimicorū meor: et a psequētib9 me dn̄e nō ɔfūdar qm̄ iuocaui te. Ps. In te dn̄e spaui nō ɔfūdar īetnū: i iusticia tua liba me. Gl̄a p. Orē9 Fle.

Pūo dr̄. Proficiat qs dn̄e Oko.

plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actiōib9 erudita qto maiestati tue fit gratior tāto donis potiorib9 augeatur. Per. Lectio hieremie pphete xviij. Capitulo.

In dieb9 illis: Dixerūt ipij iudei: ad inuicē. Uenite cogitem9 ɔtra iustū cogitatiōes. Nō eni pibit lex a sacerdote: neq3 cōsiliū a sapiēte / nec sermo a pheta. Uenite et pcutiam9 eū ligua et nō attendam9 ad vniuersos sermones ei9. Attēde dn̄e ad me et audi voces aduersarior meorū. Nūqd reddit p bono malū: qr foderūt foueā aīe mee? Recordare q steteri i ɔspectu tuo: vt loq̄rer p eis bonū / et auerterē idignationē tuā ab eis. Propterea da filios eor i famē: et deduc eos i manu gladij. Fiāt vxores eor absq3 liberis et vidue: et viri ear iterficiant morte. Iuuenes eor ɔfodiāt gladio i plio: audiat clamor de domib9 eor. Adduces eni sup eos latronē repēte qr foderūt foueā vt caperēt me et laq̄os abscōderūt pedib9 meis. Tu aūt dn̄e scis oē cōsiliū eor: aduersū me i mortē. Ne ppicieris iniqtati eor: et pctm̄ eorū a facie tua nō deleat. Fiant corruētes i cōspectu tuo: i tpe furoris tui: dn̄e de9 me9. Gr. Pacifice loq̄bāt mihi inimici mei: et i ira molesti erāt michi. V. Uidisti dn̄e de9 me9

ne sileas ne discedas a me.



Secundum Johannem. vj. c.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filij hois et biberitis eius sanguinem / nō habebitis vitā ī vobis Qui manducat meā carnē et bibit meū sāguinē: habet vitā eternā Et ego resuscitabo eū: ī novissimo die. Caro enī mea vere ē cibus: et sāguis meus vere est potus. Qui mādūcat meā carnē et bibit meū sāguinē: ī me manet et ego ī illo. Sicut misit me vivēs pater: et ego vivo ppter patrem Et q̄ manducat me: et ipse vivet ppter me. Hic est panis: q̄ de celo descendit. Nō sicut mādūcaverūt pr̄es vr̄i māna et mortui sunt. Qui māducat hūc panē: vivet ī eternū Hec dixit ī synagoga docēs sabbato ī capharnaū. Multi ergo audiētes ex discipulis eius dixerūt Durus ē hic sermo. Quis potest eū audire? Sciens aūt iesus apud semetipsū q2 murmurarēt de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scādalizat Si ergo videritis filium hoīs ascendentē vbi erat prius: spiritus est q̄ vivificat / caro nō pdest q̄cq̄. Verba q̄ ego locutus sū vobis: spūs et vita sūt. Sed sunt quidā ex vobis qui non credunt Sciebat autem ab initio iesus qui essēt credētes: et q̄ traditurus esset eū et dicebat. Propterea dixi vobis: q2 nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datū a patre meo Ex hoc ergo multi discipulorū eius abierūt retro: et iā nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo iesus ad duodeci. Nūqd et vos vultis abire? Rūdit ergo ei: symon petrus Dn̄e / ad quē ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos credimus et cognovimus: q2 tu es xp̄s filius dei. Rūdit ei iesus. Nōne ego vos duodeci elegi: et vnus ex vobis diabolus est? Dicebat aūt: de iuda symonis scariothis. Hic eni erat traditurus eum: cū esset vnus ex duodeci.

Offer. Recordare dn̄e q̄ steterim in cōspectu tuo vt loq̄rer pro eis bonum / et averterem indignationem tuam ab eis dn̄s. Qui regis israel intende / qui deducis velut ovem ioseph. Secreta.

Suscipe creator omnipotens que ieiunantes de tue munificentie largitate deferimus et pro temporali nobis collata presidio / ad vitam converte propiciatus eternam. P. Co.
Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quia insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. ps. Io.
Divini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster: ut huius semper participatione vivamus. Per do.
Sup populum. Humiliate. Or.
Tueatur quesumus domine dextera tua populum deprecantem et purificatum dignanter erudiat: ut et consolatione presenti foveatur: et ad futura bona proficiat. P d.
Dominica in ramispalmarum post aspersionem aque benedicte legatur hec lectio ad gradum altaris ex parte australi / ab accolito alba induto super flores et frondes cum suo titulo.
Lectio libri exodi. xv. et xvi.
In diebus illis. Venerunt filii israel in helim: ubi erant fontes aquarum duodecim et septuaginta palme et castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de helim / et venit omnis multitudo filiorum israel in desertum syn: quod est inter heli et synai: quintodecimo die mensis secundi / postquam egressi sunt de terra egypti Et murmuravit omnis congregatio filiorum israel: contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filii israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti / quando sedebamus super ollas carnium: et comedebamus panes in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad moysen. Ecce ego pluam vobis: panes de celo. Egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies: ut tentem cum utrum ambulet in lege mea an non? Die autem sexta parent quod inferant: et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque moyses et aaron: ad omnes filios israel. Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam domini. Audivit enim murmur vestrum: contra dominum. Nos vero quid sumus: quia mussitastis contra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dominus vespere carnes edere: et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmurationes vestras / quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum sed contra dominum. Dixitque moyses ad aaron. Dic universe congregationi: filiorum israel. Accedite coram domino. Audivit enim murmur vestrum

Cunq; loqreť aaron ad oẽm cetũ filioꝝ israel: respexerũt ad solitudinem. Et ecce gl͞ia dñi: apparuit in nube. Stati sequať euangeliũ: ⁊ legatur vbi leguntť euangelia in fe- rialibus dieb⁹ a dyacono ad orientě cõuerso more simpli cis festi post acceptã benedi- ctioně. Scd͞m iohãnem. xij.

In illo tp̃e. Turba mul ta que cõuenerant ad diem festũ: cum audissent q̃a venit iesus hierosolymã: ac- ceperunt ramos palmarũ/ ⁊ processerũt obuiam ei: ⁊ cla- mabãt. Osanna: benedictus qui venit in nomine dñi/ rex israel. Et iuenit iesus asellũ ⁊ sedit super eũ sicut scriptũ est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi man suetus/ sedẽs super pullum asine. Hec nõ cognouerunt discipuli ei⁹ primũ: sed quã- do glorificatus est iesus/ tũc recordati sunt quia hec erãt scripta de eo ⁊ hec fecerũt ei. Testimonium ergo perhibe bat turba q̃ erat cũ eo/ quan do lazarum vocauit de mo- numẽto: et suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: q̃a audierant eum fecisse hoc signũ. Pha- risei ergo dixerũt: ad semet- ipsos. Videtis/ q̃a nichil pfi- cimus. Ecce mundus totus: post eum abijt. Finito euan- gelio sequať bñdictio floꝝ ⁊ frõdium a sacerdote induto cappa serica rubea sup gra- dum tertiũ altaris ad austra lẽ cõuerso: positis prius pal mis cũ florib⁹ supra altare p clericis: p alijs vero sup gra dum altaris ĩ parte australi.

Exorciso te creatura flo rum vel frondiũ: ĩ noĩe dei patris oĩpotẽtis: et ĩ noĩe iesu christi filij eius dñi nři/ ⁊ in virtute spiritussancti. p- inde oĩs virtus aduersarij/ oĩs exercit⁹ diaboli: oĩsq; po testas inimici oĩs incursio de- monũ eradicare ⁊ explãtare ab hac creatura florũ vel frõ diũ vt ad dei gratiã festinan- tium vestigia insidiando nõ assequaris. Per eũ qui vẽtu- rus est iudicare viuos ⁊ mor tuos ⁊ seculũ per ignem. ℞. Amen. Deinde dicuntur ora- tiones sine Dñs vobiscum. sed tantũ cũ Oremus. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus/ qui ĩ diluuij effu- sione noe famulo tuo per os columbe gestantis ramũ oliue pacẽ terris redditã nunciasti te supplices deprecamur. vt hanc creaturã florũ ⁊ frõdiũ spatulasq; palmarũ seu frõ- des arborũ quas ante cõspe- ctũ glorie tue offerimus/ ve- ritas tua sancti✠ficet vt de- uotus populus in manibus suscipiẽs eas/ bñdictiõis tue gratiã cõsequi mereať. Per christũ dñm nostrum. Et dñr

oēs orationes sub tono lectionis / et cum Oremus Oratio.

Deus cuius filius pro salute generis humani de celo descēdit ad terras: et appropinquāte hora passionis sue hierosolimā in asino sedēs venire et a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidem in te sperantium / et supplicū preces clemēter exaudi. veniat super nos q̄s domine b̄ndictio tua et hos palmarum ceterarūq arborum ramos b̄n✠dicere dignare vt oēs q̄ eos laturi sūt: b̄ndictionis tue dono repleantur. Cōcede ergo dn̄e vt sicut hebreorū pueri osanna i excelsis clamātes eidem filio tuo dn̄o nostro iesu christo cū ramis palmarū occurrerūt: ita nos arborum ramos gestantes cū bonis operibus occurramus obuiā christo / et perueniamus ad gaudiū sempiternū. Per eundē christū. Oro.

Deus qui dispersa congregas et cōgregata cōseruas: qui populis obuiam christo iesu ramos palmarū portātibus benedixisti: bene✠dic etiā et hos ramos palmarū ceterarūq arbor quos tui famuli ad nois tui benedictionem fideliter suscipiūt vt in quecūq locū introducti fuerint / tuam b̄ndictionem habitatores illi⁹ loci oēs cōsequantur / ita vt oi aduersa valitudine effugata: dextera tua protegat quos redemit. Per eundē. Hic aspergātur flores et frōdes aqua b̄ndicta et thurificent. Deinde dī Dn̄s vobiscum. et Oremus. Oro.

Domine iesu christe fili dei viui / mundi cōditor et redemptor: qui nostre liberatiōis et saluatiōis gratia ex summa celi arce descēdere / carnē sumere: et passionem subire dignatus es: q̄q sponte propria / loco eiusdē passionis appropinquans / a turbis cum ramis palmarū obuiantibus / benedici / laudari / et rex b̄ndictus veniens in noie dn̄i clara voce appellari voluisti: tu nūc nostre cōfessiōis laudationē acceptare: et hos palmarū ceterarūq arborū ac florū ramos b̄n✠dicere et sācti✠ficare digneris. vt quicunq in tue virtutis obsequio exinde aliquid tulerit / celesti b̄ndictiōe sanctificat⁹ peccatorū remissionem: et vite eterne premia percipere mereatur. Per te iesu christe saluator: qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. per oia secula seculor. R. Amen. His itaq peractis statim distribuātur palme et interim cātentur he sequētes āc. cātore incipiēte

An. Pueri hebreorū tollētes

Alia An. Pueri hebreorū vestimenta. Dum distribuūtur

rami: preparet feretrũ cũ reliquijs in quo corpus christi in pixide depẽdeat: & ad locũ prime statiõis a duobus clericis de secunda forma / non procedatur sequendo: sed ad locum prime statiõis obuiã veniẽdo habitu nõ mutato: lumen deferatur in laterna procedente cum cruce denudata & duobus vexillis pcedentibus. Deinde eat processio vsq ad locum prime statiõis. sintq ministri pcessionis albis circunamicti absq tunicis vel casulis iduti: ita tamẽ q sacerdos sit in capa serica rubea choro itaq sequente habitu non mutato. In eundo ã. **Prima autem.** Ãn. **Cũ appropinquaret.** Si autem non sufficiunt he due ãe. predicte vsq ad locũ prime stationis tunc sequantur he ãe sez ã **Cum audisset.** Ãn. **Ante sex.** ã. **Ante sex dies passionis.** Hic fiat prima statio videlicet ex parte ecclesie boreali in extrema parte orientali & legatur hoc euãgeliũ. **Cum appropinquasset iesus.** Requre hoc euange. in. j. dñica aduẽtus dñi. fo. iij. & legatur ab ipso dyacono induto ad pcessionẽ nõ iuxta crucẽ sed ante sacerdotẽ loco parũper secus stationẽ illi⁹ dyaconi mutato. Etiã ipso dyacono ad borialẽ conuerso: & legat sicut i festo siplici. ix. l. bñdictione prius accepta more solito. Finito euãg. tres clerici de scda forma habitu nõ mutato ɜuersi ad populũ stãtes ante magnã crucem ex parte occidẽtali simul cantent. ꝟ. **En rex venit.** Post singulos vero ꝟ. executor offi. icipiat ãn. **Salue.** cõuersus ad reliqas quã psequat chorus cũ genuflectiõe osculãdo terrã: ab ipso etiã executore officij primo cũ choro fiat genuflexio. Clerici añ reliqas ꝟ. **En rex.** Senior ã. **Salue quem.** Chorus resurgẽdo psequat **Testatur.** Itẽ clerici ãte reliqas loco nõ mutato dicãt ꝟ. **Hic est qui de edõ.** Itẽ senior loco nõ mutato dicat ꝟ. **Salue lux mũdi.** Chor⁹ resurgẽdo prosequat **Rex regũ.** Itẽ cleri. añ reliqas loco nõ mutato dicat ꝟ. **Hic est ille.** Itẽ seior loco nõ mutato dicat ã. **Salue nostra salus.** Chorus resurgẽdo psequat. **Pax ða.** Deinde eat processio ad locũ secunde stationis & feretrum cum casula reliqarũ pariter cũ luce i laterna iter subd. et thuribulũ deferat cũ vexillis ex vtraq parte / cãtore icipiẽte ãn. **Dignus es dñe.** ã. **Occurrũt turbe.** Si aũt nõ sufficiunt he due ãe. ad locum secunde stationis. tũc cãtentur hec duo ℟. vl vnum eorum ℟. **Dominus iesus** ꝟ⁹. **Conuenerunt.** Respõso. **Cogita-**

nerunt. ℣. Testimoniū. Hic fiat secūda statio videlicet ex parte ecclesie australi vbi septem pueri in loco eminentiori simul cantēt ℣. Gloria laus. Chor⁹ idē repetat post vnumquemqꝫ ℣. Clerici ℣⁹. Israel es tu. ℣. Cetus in excelsis. ℣. Plebs hebrea. Peracta hac statione eat processio per mediū claustri a dextra manu vsqꝫ ad ostium ecclesie occidētale cātando ℟. Collegerunt. Hic fiat tercia statio scꝫ ante p̄dictū ostiū vbi tres clerici de superiori gradu i ipso ostio habitu nō mutato ꝯuersi ad populū cātēt ℣. Unus autē. Repetitio. Ne forte. His finitis intrent ecclesiā per idē ostiū sub feretro ⁊ capsula reliquiarum ex transuerso ostij eleuata / cantādo ℟. Ingredientē dño Hic fiat quarta statio scꝫ āte crucem in ecclesia. et in ipsa statione executor officij incipiat ān Aue. cruce iam discooperta / ⁊ respondeat chorus Rex noster. cum genuflexione osculādo terrā: et sic incipiat senior ā. ter / singulis vicibus vocem exaltando vna cum choro fiat genuflexio. ⁊ post terciā iceptionē chorus eandē ā. in ipsa statione stādo prosequat̄. qua finita intrent chorū. oēs cruces p ecclesiam sint discooperte vsqꝫ post vep̄. In itroitu chori ℟. Circundederunt ℣. Eripe me de. ℟. Et ab. oro. Oipotens sempiterne deus. Peractis q̄ ad processionem pertinent. Ad missam. Officium.



Omine ne lōge facias auxiliū tuum a me ad defensionē meam aspice libera me de ore leonis et a cornibus vnicorniū humilitatē meā. ps. De⁹ de⁹ meus respice i me: q̄re me dereliq̄sti. nō dr̄ Gl̄ia pr̄i. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus: q̄ humano generi ad imitādū humilitatis exēplum / saluatorē nostrū carnē sumere ⁊ crucē subire fecisti: concede propicius: vt ⁊ patiētie ipsius habere documēta / et resurrectiōis ei⁹ cōsortia mereamur. Per eūdē. Ad philippenses. ij. Capi.

Fratres. Hoc enim sentite in vobis: quod ⁊ in christo iesu Qui cum in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo / sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs in similitudinem hominū factus ⁊ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqꝫ ad mortē mortem aūt crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū et donauit illi nomen quod est

sup omē nomē: vt in noīe iesu omē genu flectatᷓ celestiū / terrestriū / et infernorū. Et oīs lingua cōfiteatur: quia dñs noster iesus christus: in gl'ia est dei patris. Gr. Tenuisti manū dexteram meam / & in voluntate tua deduxisti me & cū gloria assumpsisti me. ℣. Quā bonus israel deus rectis corde / mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei / qa zelaui i peccatorib⁹ pacē pctōꝝ videns. Chorus alternati dicat Tr. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. ℣⁹. Longe a salute mea verba delictorū meorū. ℣. Deus meus clamabo per diem nec exaudies: & nocte & non ad insipientiā michi. ℣. Tu autem i sancto habitas laus israel: in te sperauerūt patres nostri. sperauerūt & liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt & salui facti sunt / in te sperauerūt & nō sunt ꝯfusi ℣. Ego aūt sū vermis & nō homo / opprobrium hominū et abiectio plebis. Oēs qui videbant me aspernabanᷓ me locuti sunt labijs & mouerūt caput. ℣⁹. Sperauit in dño eripiat eū saluum faciat eū qm̄ vult eū. ℣. Ipsi vero cōsiderauerunt et cōspexerunt me / diuiserūt sibi vestimēta mea & super vestem meā miserūt sortem. ℣. Libera me de ore leonis & a cornib⁹ vnicornium humilitatē meam. ℣. Qui timetis dñz laudate eū: vniuersum semen iacob magnificate eū. ℣. Annunciabitur dño generatio ventura / & annunciabūt celi iusticiam eius. ℣. Populo quī nascetur quē fecit dñs. Sequitur passio cum Dñs vobiscū



¶ Nota q̄ vbi habetᷓ a. verba sunt iudeorum / vel discipulorū: que alta voce sunt ꝓferēda vbi vero b. verba christi: que bassa voce debēt pronunciari: vbi vero m. verba euāgeliste: q̄ mediocri voce sunt cantanda. Dñs vobiscū Passio dñi nostri iesu christi secundū matheum. xxvj. nō dicatur Gloria tibi domine.

In illo tēpore Dixit iesus discipulis suis. b. Scitis qa post biduū pascha fiet: & filius hois tradetur vt crucifigatur? m. Tūc cōgre-

gati sunt principes sacerdotũ
et seniores populi in atrium
principis sacerdotũ qui dice=
batur cayphas: ⁊ cõsiliũ fece
runt vt iesum dolo tenerent
⁊ occiderent. Dicebãt autẽ. a.
Nõ in die festo. m. Ne forte
tumultus fieret i populo Cũ
autẽ esset iesus in bethania:
in domo simonis leprosi: ac=
cessit ad eum mulier habens
alabastrum vnguenti p̃ciosi
et effudit super caput ipsius
recũbentis. Videntes autem
discipuli: indignati sunt di=
cẽtes. a. Vt qd perditio hec?
Potuit eni istud venundari
multo: et dari pauperibꝰ. m.
Sciẽs autẽ iesus/ ait illis. b.
Quid molesti estis huic mu=
lieri? Opus enim bonũ/ ope
rata est in me. Nam semper
pauperes habetis vobiscum
me aũt/ non semper habebi=
tis. Mittens eni hec/ vnguẽ
tum hoc i corpus meũ: ad se=
peliendũ me fecit. Amẽ dico
vobis: vbicunqꝫ predicatum
fuerit hoc euangeliũ in toto
mundo: dicetur ⁊ q̃ hec fecit
in memoriã eiꝰ. m. Tũc abijt
vnus de duodecim qui dice=
batur iudas scarioth/ ad prin=
cipes sacerdotũ: ⁊ ait illis. a.
Quid vultis michi dare: et
ego vobis eum tradã? m. At
illi constituerunt ei triginta
argenteos. Et exinde q̃rebat
oportunitatem/ vt eũ trade=
ret. Prima aũt die azimorũ:
accesserũt discipuli ad iesũ/
dicẽtes. a. Vbi vis paremus
tibi comedere pascha? m. At
iesus dixit. b. Ite in ciuitatẽ
ad quẽdam/ ⁊ dicite ei. Ma=
gister dicit. Tempus meum
prope est: apud te facio pa=
scha cum discipulis meis m.
Et fecerũt discipuli/ sicut cõ
stituit illis iesus: et paraue=
runt pascha Vespere autem
facto: discũbebat cũ duodeci
discipulis suis. Et edentibus
illis/ dixit. b. Amen dico vo=
bis: quia vnus vestrũ me tra
diturus est. m. Et contristati
valde: ceperũt singuli dicere.
a. Nũquid ego sum dñe?. m.
At ipse respõdẽs/ ait. b. Qui
intingit mecũ manũ in para=
pside: hic me tradet. Filius q̃=
dem hois vadit: sicut scriptũ
est de illo. Ve autem homini
illi: per quem filius hois tra
detur. Bonum erat ei: si na=
tus non fuisset homo ille. m.
Respondens autẽ iudas qui
tradidit eũ/ dixit. a. Nũquid
ego sum rabbi? m. Ait illi. b.
Tu dixisti m. Cenãtibus aũt
eis: accepit iesus panẽ/ ⁊ be=
nedixit/ ac fregit: deditqꝫ di=
scipulis suis/ ⁊ ait. b Accipi=
te ⁊ comedite: hoc est corpus
meũ. m. Et accipiẽs calicem
gratias egit: et dedit illis di=
cẽs. b. Bibite ex hoc omnes.
Hic est enim sanguis meus
noui testamẽti: qui pro mul=
tis effundetur/ in remissionẽ

peccatorū. Dico autē vobis: non bibā amodo de hoc genimine vitis: vsq; in diē illū cū illud bibā vobiscū nouū in regno patris mei. m. Et hymno dicto: exierūt in mōtem oliueti. Tunc dixit illis iesus. b. Omnes vos scādalū patiemini in me: i ista nocte. Scriptū est enī. Percutiā pastorem: & dispergentur oues gregis. Postq̄ aūt resurrexero: precedā vos in galileā. m. Respōdēs aūt petrus: ait illi. a. Et si oēs scandalizati fuerint in te: ego nūq̄ scādalizabor. m. Ait illi iesus. b. Amen dico tibi. q̄a in hac nocte anteqū gall⁹ cātet / ter me negabis. m. Ait illi petrus. a. Etiā si oportuerit me mori tecum non te negabo. m. Similiter et oēs discipuli dixerūt. Tūc venit iesus cū illis in villam que dicitur gethsemani: & dixit discipulis suis. b. Sedete hic: donec vadā illuc / & orē. m. Et assumpto petro / & duobus filijs zebedei: cepit cōtristari / & mestus esse. Tunc ait illis. b. Tristis ē anima mea vsq; ad mortē. Sustinete hic et vigilate mecū. m. Et progressus pusillū: procidit i faciem suam / orans & dicēs. b. Pater mi / si possibile est: trāseat a me calix iste. Uerumtamen nō sicut ego volo: sed sicut tu vis. m. Et venit ad discipulos: & inuenit eos dormiētes. Et dixit petro sic. b. Nō potuistis vna hora vigilare mecū? Uigilate & orate vt nō intretis in tēptationē. Spiritus quidē prōptus est: caro aūt infirma. m. Iterum secundo abijt: & orauit dicēs b. Pater mi: si non potest hic calix trāsire nisi bibam illū: fiat volūtas tua. m. Et venit iterum: et inuenit eos dormientes. Erāt enim oculi eorū grauati. Et relictis illis: iterū abijt et orauit tertio / eūdem sermonē dicens. Tunc venit ad discipulos suos / et dixit illis. b. Dormite iam: & requiescite. Ecce appropinquabit hora: & fili⁹ hois tradetur in manus peccatorū. Surgite / eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. m. Adhuc eo loquente: ecce iudas vnus de duodecim venit et cum eo turba multa cum gladijs & fustib⁹ / missi a principibus sacerdotum / & senioribus populi. Qui autē tradidit eū: dedit illis signū / dicens. a. Quēcunq; osculatus fuero: ipse est tenete eum. Et confestim accedēs ad iesum dixit. a. Aue rabbi. m. Et osculatus est eum. Dixitq; illi iesus. b. Amice ad quid venisti? m. Tunc accesserunt / et manus iniecerunt in iesum: et tenuerunt eū. Et ecce vn⁹ ex his qui erant cū iesu: extendens manum / exemit gladiū

suum: et percutiens seruum
principis sacerdotum / ampu=
tauit auriculã eius dexteram.
Tunc ait illi iesus. b. Conuer
te gladiũ tuũ i locũ suũ. Omẽs
eni qui acceperint gladium:
gladio peribunt. An putas
qa nõ possum rogare patrẽ
meũ: et exhibebit mihi modo
plusq̃ duodeci legiones an=
gelorũ? Quomodo ergo: im=
plebunt scripture? Quia sic
oportet fieri. m In illa hora
dixit iesus turbis. b. Tanq̃
ad latronẽ existis: cũ gladijs
et fustibus cõprehẽdere me.
Quotidie apud vos sedebã
docẽs in templo: et nõ me te=
nuistis? m Hoc autẽ totũ fa=
ctum est: vt adimplerent scri
pture pphetarũ. Tunc disci=
puli oẽs relicto eo / fugerũt.
At illi tenentes iesũ duxerũt
ad cayphã principẽ sacerdo=
tũ: vbi scribe et seniores con=
uenerant. Petrus autẽ seque=
batur eũ a longe: vsq; i atriũ
principis sacerdotum. Et in=
gressus intro: sedebat cũ mi=
nistris / vt videret finẽ. Prin=
cipes autẽ sacerdotũ et omne
consiliũ: querebant falsum
testimonium contra iesum:
vt eũ morti traderent. Et nõ
inuenerunt: cum multi falsi
testes accessissẽt. Nouissime
autẽ / venerunt duo falsi te=
stes: et dixerunt. a. Hic dixit.
Possum destruere tẽplũ dei:
et post triduum reedificare il
lud. m. Et surgens princeps
sacerdotũ: ait illi. a. Nichil
respondes ad ea / que isti ad=
uersũ te testificantur. m Iesus
autẽ tacebat. Et princeps sa
cerdotum ait illi. a. Adiuro te
per deũ viuũ: vt dicas nobis
si tu es christus filius dei vi=
ui? m. Dicit illi iesus. b. Tu
dixisti. Veruntamẽ dico vo=
bis: amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris
virtutis dei: et venientẽ in nu
bibus celi. m. Tunc princeps
sacerdotũ: scidit vestimenta
sua dicens a. Blasphemauit
Quid adhuc egem' testib'?
Ecce nunc audistis blasphe=
miã. Quid vobis videtur m.
At illi respõdẽtes / dixerunt.
a. Reus est mortis. m. Tunc
expuerunt in faciem eius: et
colaphis eum ceciderũt. Alij
autẽ palmas in faciem eius
dederunt dicẽtes. a. Prophe=
tiza nobis christe: qs est qui
te percussit? m. Petrus autẽ
sedebat foris: in atrio. Et ac=
cessit ad eum vna ancilla di=
cens. a. Et tu cũ iesu galileo
eras. m At ille negauit corã
oibus dicẽs. a. Nescio qd di=
cis. m. Exeunte autẽ illo ianuã
vidit eum alia ancilla: et ait
his qui erant ibi. a. Et hic cũ
iesu nazareno erat m Et ite=
rum negauit cũ iuramento:
quia nõ noui hominem. Et
post pusillũ: accesserunt qui
ibi stabant / et dixerunt petro

a. Uere et tu ex illis es: nam
et loquela tua manifestū te
facit. m. Tūc cepit detestari
et iurare: quia non nouisset
hominē. Et cōtinuo gallus
cātauit Et recordatus est pe=
trus verbi iesu quod dixerat
priusq̄ gallus cantet / ter me
negabis. Et egressus foras:
fleuit amare. Mane autē fa=
cto: consilium inierunt oēs
principes sacerdotū / & senio
res populi aduersus iesum:
vt eū morti traderēt. Et vin=
ctum adduxerunt eū: & tradi=
derūt pōtio pilato p̄sidi. Tūc
videns iudas q̄ eū tradidit q̄
dānatus esset: penitentia du
ctus / retulit triginta argen=
teos principibus sacerdotū &
senioribus populi / dicens. a.
Peccaui: tradens sāguinē in
iustū. m. At illi dixerūt. a. Quid
ad nos? Tu videris. m. Et p̄=
iectis argēteis in tēplo / reces=
sit: & abiens laqueo se suspē=
dit. Principes autem sacerdo
tum: acceptis argenteis dixe
runt. a. Non licet eos mitte=
re in corbonā: q̄ precium sā
guinis est. m. Consilio autē
inito: emerunt ex eis agrum
figuli / i sepulturam peregri
norum. Propter hoc vocatꝰ
est ager ille acheldemach /
hoc est ager sanguinis: vsq;
in hodiernum diem. Tūc im
pletū est quod dictū est p hie=
remiam pphetā dicentē. Et
acceperūt triginta argēteos
precii appreciati quē appre
ciauerunt a filiis israel: & de
derunt eos in agrū figuli / si=
cut cōstituit mihi dn̄s. Iesus
autē stetit ante presidē Et in
terrogauit eū p̄ses dicens. a.
Tu es rex iudeorū. m. Dicit il
li iesꝰ. b. Tu dicis. m. Et cū
accusaretur a principibus sa
cerdotū et senioribus: nichil
respondit. Tunc dicit illi pi=
latus. a. Non audis quanta
aduersum te dicunt testimo=
nia? m. Et non respondit ei
ad vllum verbū: ita vt mira
retur preses vehemēter. Per
diē autē solēnē: cōsueuerat
p̄ses dimittere pplo vnū vin
ctū quē voluissent. Habebat
aūt tūc vnū victū isignē / q̄ di
cebatur barrabas: qui pp̄ter
homicidium missꝰ fuerat in
carcerem Congregatis ergo
illis: dixit pilatus. a. Quem
vultis dimittā vobis / barra=
bam / an iesum q̄ dicitur chri
stus? m. Sciebat enim quod
per inuidiam tradidissent eū
Sedente autem illo p tribu
nali: misit ad eum vxor eius
dicens. a. Nichil tibi / & iusto
illi. Multa enim passa sum
hodie per visum / pp̄ter eum
m. Principes autē sacerdotū
et seniores / persuaserunt po
pulis vt peterent barrabam:
iesum vero perderent. Respō
dens autem preses: ait illis. a
Quem vultis vobis de duobꝰ
dimitti? m. At illi dixerunt.

Barrabam.m. Dicit illis pi-
latus.a. Quid igit faciam de
iesu: q dicitur xps?m. Dicũt
oẽs.a. Crucifigatur.m. Ait il
lis preses.a. Quid enim ma
li fecit.m. At illi magis cla-
mabant dicentes.a. Crucifi-
gatur.m. Uidens autẽ pyla-
tus quia nichil pficeret: sed
magis tumultus fieret: acce-
pta aqua/ lauit manus suas
coram populo dicens.a. In-
nocens ego sum a sanguine
iusti huius/ vos videritis.m.
Et respondens vniuersus po
pulus: dixit.a. Sãguis eius
sup nos: & sup filios nros.m.
Tunc dimisit illis barrabã:
iesum vero flagellatũ tradi-
dit eis/ vt crucifigeret. Tunc
milites presidis suscipientes
iesum i pretoriũ: cõgregaue
runt ad eũ vniuersã cohortẽ
Et exuẽtes eũ: clamidẽ cocci
neã circundederunt ei. Et ple
ctentes coronã de spinis/ po-
suerunt super caput eius: et
arundinẽ in dextera eius. Et
genuflexo ante eũ: illudebãt
ei dicẽtes.a. Aue rex iudeorũ
m. Et expuẽtes in eũ: accepe
runt arundinẽ/ & percutiebant
caput eiꝰ. Et postq̃ illuserũt
ei: exuerũt eũ clamide: & idue
runt eũ vestimẽtis eius: & du
xerunt eũ vt crucifigerẽt. Ex
eũtes autẽ inuenerũt hoĩem
cyreneũ/ noĩe symonẽ Hunc
angariauerũt vt tolleret cru
cẽ eius. Et venerũt in locum
q dicit golgotha: qd est cal-
uarie locus. Et dederunt ei vi
num bibere: cũ felle mixtum
Et cũ gustasset: noluit bibe-
re. Postq̃ autẽ crucifixerunt
eũ: diuiserunt vestimẽta eiꝰ
sortem mittẽtes: vt impleretur
quod dictũ est p pphetã dicẽ
tẽ. Diuiserũt sibi vestimenta
mea: & sup vestẽ meam mise
runt sortem. Et sedentes ser-
uabant eũ. Et imposuerunt
sup caput eius causam ipsiꝰ
scriptã: hic est iesus rex iudeo
rum. Tũc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: vnus a dex-
tris & vnus a sinistris. Preter
euntes autẽ blasphemabant
eum: mouentes capita sua &
dicentes.a. Uah qui destruis
templũ dei: & in triduo illud
reedificas. Salua temetipsũ
Si filius dei es: descende de
cruce.m. Similiter & princi-
pes sacerdotũ/ illudentes cũ
scribis & senioribꝰ: dicebant.
a. Alios saluos fecit: seipsũ
nõ potest saluum facere. Si
rex israel est: descẽdat nũc de
cruce/ & credimus ei. Cõfidit
in deo: liberet eũ nunc si vult
Dixit eñi: qa filius dei sũ. m.
Idipsũ autẽ & latrones q cru
cifixi erãt cũ eo: improperabãt
ei. A sexta aũt hora/ tenebre
facte sunt sup vniuersã terrã
vsq ad horã nonam Et circa
horã nonam: clamauit iesus
voce magna dicẽs.a. Heloy
heloy: lamazabathani. m.

Hoc est.v. Deꝰ meus: deꝰ me
us: vt qd dereliquisti me? m.
Quidã autẽ illic stãtes ⁊ au-
dientes: dicebãt. a. Helyã vo-
cat iste. m. Et cõtinuo currẽs
vnꝰ ex eis: acceptã spongiã/
impleuit aceto/ ⁊ iposuit arũdi
ni: et dabat ei bibere. Ceteri
vero dicebant. a. Sine: videa
mꝰ an veniat helyas liberãs
eũ. m. Jesus autẽ iterum cla
mãs voce magna: emisit spi-
ritũ. Hic inclinet se diaconꝰ
vel psbr̃ versus orientẽ/
et dicat priuatim. Pater nr̃.
Aue maria. In manꝰ tu.
Deinde surgat: ⁊ postea resi-
duũ passionis legat. m. Et ec
ce velũ tẽpli scissũ est i duas
partes: a sũmo vsq deorsum
Et terra mota ẽ Et petre scis
se sunt: ⁊ monumẽta aperta
sunt: ⁊ multa corpora sctõrũ
qui dormierãt surrexerũt. Et
exeuntes de monumẽtis post
resurrectionẽ eius/ venerũt
in sanctã ciuitatẽ/ ⁊ apparue
runt multis. Cẽturio autẽ et
qui cũ eo erant custodientes
iesum: viso terremotu et his
q̃ fiebant: timuerũt valde/ di
centes. a. Uere filius dei erat
iste. m. Erant autẽ ibi mulie
res multe a lõge: que secute
erant iesum a galilea/ mini
strantes ei. Inter quas erat
maria magdalene: et maria
iacobi: ⁊ ioseph mater: ⁊ ma
ter filiorũ zebedei. Cũ autẽ se
ro factũ esset: venit qdã hõ di
ues ab arimathia/ nomie io
seph: q̃ ⁊ ipse discipulus erat
iesu. Hic accessit ad pilatum
et petijt corpꝰ iesu. Tunc py-
latus iussit reddi corpus. Et
accepto corpore ioseph: inuol
uit illud in syndone mũda: ⁊
posuit illud in monumento
suo nouo/ qd exciderat in pe
tra. Et aduoluit saxũ magnũ
ad ostiũ monumenti: ⁊ abijt
Erant autẽ ibi maria mag-
dalene/ ⁊ altera maria seden
tes cõtra sepulchrũ. Euange
lia vero in fine oim passionũ
etiã i die parasceues: alta vo
ce legãt/ more duplicis fe-
sti. Oẽs autẽ passiões supra-
dicto modo legãt secundũ
vsum Sar. Tñ in die para-
sceue: nõ dr̃ Dñs vob̃ sine ti
tulo incipiatur euangeliũ.

Altera autem die/ q̃ est
post parasceuẽ: conue
nerunt pricipes sacerdotũ et
pharisei ad pilatũ/ dicentes.
Dñe recordati sumꝰ: q̃a sedu
ctor ille dixit adhuc viuens:
post tres dies resurgã. Jube
ergo custodiri sepulchrũ vsq
i diẽ terciũ ne forte veniãt di
scipuli eiꝰ ⁊ furẽtur eũ: ⁊ dicãt
plebi surrexit a mortuis. Et
erit nouissimꝰ error peior pri
ore. Ait illis pylatꝰ. Habetis
custodiã. Ite custodite: sicut
scitis. Illi aũt abeuntes mu-
nierũt sepulchrũ/ signãtes la-
pidẽ: cũ custodibꝰ. Offer. In
properiũ expectauit cor meũ

et miseriā & sustinui q simul cōtristaretur & nō fuit cōsolā tem me quesiui / & nō inueni et dederunt in escā meā fel: et i siti mea potauerūt me aceto.

Tibi deus pater Secr. omnipotēs imaculati agni paschale offerimus holocaustū: cuius nos sanguie ab exterminatoris vastatiōe saluatos / ad terrā q̄s tue repromissiōis inducas. Per eū dē. Prefatio quot. Cōio. Pater / si non potest hic calix trāsire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Postcōmunio.

Fideles tuos q̄s dn̄e benignus intende: vt sue redēptionis initia recolētes quorum munere sunt refecti eorum proficiant incrementis. P. Feria. ij. post dn̄icā in ramispalmarum. Officiū.

Iudica dn̄e nocentes me: expugna impugnātes me apprehēde arma et scutū: & exurge in adiutorium meum / dn̄e virtus salutis mee. ps. Effūde frameā et conclude aduersus eos qui psequunt me. nō dr Glia p.

Da q̄s omps deus Oro. vt qui i tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus intercedēte vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecū. Lectio ysaie pphete. l. ca.

In dieb' illis: Dixit ysaias. Dn̄s deus me' aperuit michi aurē: ego autē nō cōtradico / retrorsum nō abij Corp' meū dedi percutiētib' et genas meas vellentibus. Faciē meā non auerti ab increpantibus / & cōspuentibus in me. Dn̄s de' auxiliator meus: & ideo non sum cōfusus. Ideo posui faciē meam vt petram durissimā / & scio quoniam non cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contra dicet michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dn̄s de' auxiliator meus. Quis est q condēnet me? Ecce oēs quasi vestimentū conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deū: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: & nō est lumē ei? Speret in noie dn̄i: & innitatur super dn̄m deum suum. Grad. Exurge dn̄e & intende iudicio meo deus meus & dn̄s meus in causam meā. V. Effunde frameam: et conclude aduers' eos q me psequūt. tr

Domine non scd̄m pctā nostra q̄ fecimus nos: neq3 scd̄m iniqtates nostras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue qa pauperes facti sumus nimis Hic non fiat genuflexio cum

dicit ꝟ. Adiuua nos deus sa-
lutaris noster: et ꝓpter glo-
riã nois tui dñe libera nos/ ⁊
propicius esto peccatis no-
stris propter nomen tuum.



Secundũ iohannẽ.xij. Cap.

Ante sex dies pasche ve-
nit iesus bethaniã vbi
fuerat lazarus mortu⁹: quẽ
suscitauit iesus Fecerunt au
tẽ ei cenã ibi: ⁊ martha mini
strabat. Lazar⁹ vo: vn⁹ erat
ex discũbentib⁹ cũ eo. Maria
ergo accepit libzã vnguenti
nardipistici preciosi: et vnxit
pedes iesu/ ⁊ extersit capillis
suis pedes eius/ ⁊ domus im
pleta est ex odore vnguenti.
Dixit ergo vn⁹ ex discipulis
eius iudas scariothis: q̄ erat
eũ traditurus. Quare hoc vn
guentũ non venijt trecẽtis de
narijs: ⁊ datũ est egenis? Di-
xit autẽ hoc nõ q2 de egenis
pertinebat ad eũ: sed q̄a fur
erat et loculos habens/ ea q̄
mittebant portabat. Dixit er
go iesus. Sinite illã: vt i die
sepulture mee seruet illud.
Pauperes eni habetis semꝑ
vobiscũ: me aũt nõ semꝑ ha-
bebitis. Cognouit ergo tur-
ba multa ex iudeis q2 illic es
set: ⁊ venerunt nõ ꝓpter iesũ
tm̃/ sed vt lazarũ viderẽt quẽ
suscitauit a mortuis Cogita
uerunt aũt principes sacerdo
tũ vt ⁊ lazarũ interficerẽt: q̄a
multi ꝓpter illũ abibant ex
iudeis ⁊ credebãt in iesũ. In
crastinũ autẽ turba multa q̄
venerat ad diẽ festũ cũ audis
sẽt q2 venit ies⁹ hierosolimã
acceperunt ramos palmarũ
et ꝓcesserunt obuiã ei/ ⁊ cla
mabant Osanna: bñdictus q̄
venit i noīe dñi rex israel. Et
inuenit iesus asellũ: et sedit
super eũ sicut scriptũ est. No
li timere filia syon: ecce rex
tuus venit tibi mãsuetus/ se
dens suꝑ pullum asine. Hec
nõ cognouerũt discipuli ei⁹
primũ: sed quãdo glorificat⁹
est iesus/ tunc recordati sunt
q2 hec erãt scripta de eo ⁊ hec
fecerũt ei. Testimoniũ ergo
perhibebat turba q̄ erat cum
eo/ quãdo lazarum vocauit
de monumento: ⁊ suscitauit
eum a mortuis. Propterea ⁊
obuiã venit ei turba: q2 audi
erant eũ fecisse hoc signum.
Pharisei ergo dixerũt: ad se
metipsos. Videtis: quia nihil
ꝓficimus. Ecce mundus to

tus:post eum abijt. Erāt autē quidam gentiles ex his qui ascenderant: vt adorarent i die festo. Hi ergo accesserūt ad philippū qui erat a bethsaida galilee: et rogabāt eū dicentes. Dñe: volumus iesū videre. Venit philippus: & dixit andree. Andreas rursū et philippus: dixerunt iesu. Jesus autē respondit eis dicēs. Venit hora: vt clarificetur filius hois. Amē amē dico vobis: nisi granum frumēti cadēs i terrā mortuum fuerit/ ipsum solum manet. Si aūt mortuum fuerit: multū fructum affert. Qui amat aiam suā pdet eam. Et q odit aiam suā in hoc mundo: in vitam eternā custodit eam. Si quis michi mistrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater me⁹. Nūc anima mea: turbata est. Et quid dicam? Pater/ saluifica me: ex hac hora. Sed propterea veni: in horā hanc. Pater clarifica nomē tuum Venit ergo vox de celo: dicens. Et clarificaui: et iterum clarificabo. Turba autē que stabat et audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alij autē dicebāt: angelus ei locutus est. Rñdit iesus: & dixit. Nō propter me hec vox venit: sed ꝓpter vos. Nūc iudiciū est mūdi: nunc princeps mūdi hui⁹ eijciet foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: oia trahā ad meipsum. Hoc autē dicebat significās qua morte esset moriturus. Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: qz xp̄s manet in eternū. Et quō tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Quis est iste fili⁹ hois? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumē: in vobis ē. Ambulate dum lucē habetis vt non tenebre vos cōprehendāt. Et q ambulat i tenebris nescit quo vadat. Dū lucē habetis credite i lucē: vt filij lucis sitis. Hec locutus est ies⁹ et abijt: & abscōdit se ab eis. Off. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi doce me facere voluntatē tuā/ qz deus me⁹ es tu. V. Exaudi me in tua iusticia/ & ne itres i iudiciū cū seruo tuo dñe. Secr.

Ipsa maiestati tue dñe fideles pplos cōmēdet oblatio: q p filiū tuū dñm nostrū iesum xp̄m reccōciliauit inimicos. Qui te. Cōio. Erubescant & reuereant simul q gratulant malis meis: iduātur pudore & reuerētia q maligna loquunt aduersū me.

Satiati munere Postcō. salutari tuā dñe miam deꝑcamur: vt hoc eodē sacramēto quo nos tēporaliter vegetas: efficias vite eterne ꝑticipes. Per. Sup populum.

Oremus. Hũiliate ca. Oro.
Adiuua nos de' salutaris nr̃ & ad bñficia recolenda qbus nos istaurare dignat' es / tribue venire gaudẽtes. P d. ℂ Fer. iii. Officiũ.



Nos aũt gl'iari oportet in cruce dñi nr̃i iesu xp̃i in quo est sal' vita & resurrectio nr̃a p quẽ saluati & liberati sum'. ps. Deus misereatur nostri & bñdicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos & misereatur nr̃i. non dr Orem'. Glia p. Flecta'. Or.
Omnips sẽpiterne deus / da nobis ita dñice passiõis sacramenta peragere: vt indulgẽtiam percipere mereamur. Per eundem. Lectio hieremie prophete. v. Capitulo
In dieb' illis: Dixit hieremias. Dñe demõstrasti michi et ego cognoui: tu ostẽdisti michi studia eorum Et ego quasi agnus mãsuetus qui portatur ad victimã: et non cognoui q2 cogitauerunt sup me cõsilia dicentes. Mittam' lignũ in panẽ ei': et eradam' eũ de terra viuẽtiũ / & nomẽ ei' nõ memoreẽ ampli'. Tu aũt dñe sabaoth q iudicas iuste / & pbas renes et corda: videã ulcionem tuã ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: domine deus meus. Grad. Ego autem dum michi molesti essent induebam me cilicio / et humiliabam in ieiunio animam meam / et oratio mea in sinu meo conuertetur. V. Iudica domine nocentes me / expugna impugnantes me / apphende arma et scutum et exurge in adiutorium michi.



ℂ Sequatur passio / hunc in modum m. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Passio dñi nostri iesu christi: secundum Marcum. xiiii. Capitulo. Non dr Gloria tibi.
In illo tẽpore. Erat pascha & azima post biduum: & querebãt summi sacerdotes et scribe / quomodo iesum dolo tenerent: et occiderent. Dicebant autem. a. Nõ in die festo. m. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset iesus bethanie: in domo symonis leprosi

recumberet: venit mulier ha
bens alabastrū vnguēti nar
dispicati p̄cciosi:et fracto a
labastro/effudit super caput
eius. Erant autem quidā in=
digne ferentes intra semetip
sos:et dicentes.a. Ut quid p̄=
ditio ista vnguenti facta est?
Poterat enī vnguentū istud
venundari plusq̄ trecētis de
nariis:⁊ dari pauperibus.m.
Et fremebant in eum Jesus
autē dixit.b. Sinite eā. Quid
illi molesti estis? Bonū op⁹
operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vobi
scum:et cū volueritis/pote=
stis illis benefacere:me autē
non semp̄ habebitis. Qđ ha=
buit/hec fecit:p̄uenit vnge
re corpus meū/in sepulturā
Amen dico vobis: vbicunq̄
p̄dicatum fuerit euāgeliū
istud in vniuerso mundo/ et
quod fecit hec narrabitur in
memoriam ei⁹.m. Et iudas
scariothis vnus de duodecim
abiit ad summos sacerdotes
vt p̄deret eū illis. Qui audiē
tes / gauisi sunt:⁊ p̄miserūt
ei pecuniam se daturos. Et
querebat/quomō illū oppor=
tune traderet. Et p̄io die azi
morū/quando pascha immo
labant:dicunt ei discipuli.a.
Quo vis eamus/⁊ paremus
tibi vt manduces pasca? m.
Et misit duos ex discipl'is su
is:⁊ dixit eis.b. Ite in ciuita
tem/et occurret vobis homo
lagenam aque baiulās. Se=
quimini eū. Et quocūq̄ introi
erit:dicite dn̄o dom⁹: q2 ma=
gister dicit. Ubi est refectio
mea: vbi pasca cū discipulis
meis māducē? Et ipse vobis
demōstrabit cenaculū grāde
stratū:⁊ illic parate nobis.m.
Et abierūt discipuli eius/ et
venerūt in ciuitatē:⁊ inuene
runt sicut dixerat illis: ⁊ pa=
rauerūt pascha. Uespere au=
tem facto: venit cū duodecim
Et discūbentibus eis ⁊ man=
ducantib⁹:ait iesus.b. Amē
dico vobis: q̄a vn⁹ ex vobis
me tradet/qui manducat me
cum.m. At illi ceperunt con=
tristari:⁊ dicere ei singulatī.
a. Nunquid ego?m. Qui ait
illis.b. Unus ex duodecim:q̄
intingit mecū manū in cati=
no. Et filius quidem hois va
dit:sicut scriptū est de eo. Ue
autē hoi illi:p̄ quē fili⁹ hois
tradet. Bonū erat ei:si nō eēt
nat⁹ hō ille.m. Et māducāti
b⁹ illis:accepit ies⁹ panē: ⁊
bn̄dicēs fregit/⁊ dedit eis/et
ait.b. Sumite: hoc est corp⁹
meum.m. Et accepto calice:
grās agēs dedit eis. Et bibe=
rūt ex illo oēs. Et ait illis.b.
Hic est sanguis me⁹ noui te
stamenti:qui p̄ multis effū=
detur. Amen dico vobis:q̄ iā
nō bibā de genimie vitis vsq̄
in diē illū cū illud bibā nouū
i regno dei.m. Et hymno di
cto:exierūt in montē oliuar

Et ait eis iesus.b. Oēs scan-
dalizabimini i nocte ista: q̄a
scriptū est. Percutiam pasto
rem.⁊ dispergent̄ oues. Sed
postq̄ resurrexero: precedam
vos in galileam.m. Petrus
autē ait illi.a. Et si oēs scā-
dalizati fuerint: sed nō ego.
m. Et ait illi iesus.b. Amen
dico tibi: q̄a tu hodie i nocte
hac prius q̄ gall⁹ bis vocē dede-
rit: ter me es negaturus.m.
At ille amplius loquebatur.
a. Et si oportuerit me simul
cōmori tibi: non te negabo.
m. Similiter autē ⁊ oēs dice
bant. Et veniūt i prediū/cui
nomen gethsemani. et ait di
scipulis suis b. Sedete hic do-
nec orem.m. Et assumpsit pe
trū/et iacobum/et iohānem
secum: et cepit pauere/et te-
dere. Et ait illis.b. Tristis ē
anima mea vsq̄ ad mortem.
Sustinete hic: ⁊ vigilate.m.
Et cū processisset paululū:
procidit super terram/⁊ ora
bat: vt si fieri posset/trāsiret
ab eo hora. Et dixit.b. Abba
pater: oīa tibi possibilia sūt:
transfer calicem hunc a me.
Sed non quod ego volo: sed
quod tu.m. Et venit: ⁊ inue-
nit eos dormiētes. Et ait pe-
tro.b. Symon dormis? Non
potuisti vna hora vigilare?
Uigilate et orate: vt nō itre-
tis in tēptationem Spiritus
quidē promptus est: caro autē
infirma.m. Et iterum abiēs

orauit eundem sermonē/di-
cens. Et reuersus denuo: in-
uenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum grauati: ⁊
ignorabant quid respōderēt
ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis.
b. Dormite iam/⁊ requiesci-
te. Sufficit. Uenit hora: ecce
tradetur filius hoīs/ in ma-
nus peccatorū. Surgite ea-
mus: ecce qui me tradet/ pe
est m. Et adhuc eo loquente:
venit iudas scarioth vnus ex
duodecim: ⁊ cū eo turba mul
ta/cū gladijs et lignis: missi
a summis sacerdotibus: ⁊ scri
bis: et senioribus. Dederat
autem traditor eis signū/di-
cens a. Quēcunq̄ osculatus
fuero: ipse est/tenete eum: ⁊
ducite caute.m. Et cū venis-
set: statim accedens ad eum/
ait.a. Rabbi.m. Et osculat⁹
est eum. At illi manus inie-
cerunt in iesum: ⁊ tenuerunt
eum. Unus autem de circun-
stantibus/ educēs gladium:
percussit seruū summi sacer
dotis: ⁊ amputauit illi auri-
culam. Et respondens iesus:
ait illis.b. Tanq̄ ad latronē
existis: cum gladijs ⁊ lignis
cōprehendere me. Quotidie
eram apud vos in tēplo do-
cens: ⁊ nō me tenuistis. Sed
vt impleantur scripture.m.
Tunc discipuli ei⁹ relinquē-
tes eum: oēs fugerunt. Ado-
lescēs autem quidam seque-
batur eum/amictus syndone

super nudo: et tenuerunt eũ.
At ille reiecta syndone: nud⁹
profugit ab eis. Et adduxe-
rũt iesum / ad summũ sacer-
dotem. Et conuenerunt oẽs
sacerdotes: ⁊ scribe / ⁊ senio-
res Petrus autẽ a lõge secu-
tus est eũ: vsq₃ intro in atriũ
summi sacerdotis. Et sedebat
cum ministris ⁊ calefaciebat
se ad ignem. Summi vero
sacerdotes / ⁊ omne cõsilium
q̃rebant aduersus iesum te-
stimoniũ / vt eum morti tra-
derẽt: nec inueniebãt Multi
eni falsum testimoniũ dice-
bant aduersus eum: et cõue-
niẽtia testimonia illorũ non
erant. Et quidã surgẽtes fal
sum testimoniũ ferebant ad
uersus eũ: dicẽtes a. Quoniã
nos audiuimus eũ dicẽtem.
Ego dissoluam tẽplum hoc
manufactum: et post tridu-
um / aliud nõ manufactum:
edificabo. m. Et non erat cõ-
ueniens testimonium illo-
rum. Exurgens autem sum-
mus sacerdos in mediũ: in-
terrogauit iesum dicens. a.
Non respõdes quicq̃ / ad ea
que tibi obiiciunt ab his? m.
Ille aũt tacebat: ⁊ nichil re-
spõdit. Rursum summus sa
cerdos interrogabat eũ: ⁊ di-
xit ei. a. Tu es christus filius
dei bñdicti? m. Iesus aũt di-
xit illi. b. Ego sum. Et vide-
bitis filium hois sedentem a
dextris virtutis dei: ⁊ veniẽ-
tem cũ nubibus celi. m. Sũ-
mus autẽ sacerdos: scindens
vestimenta sua / ait. a. Quid
adhuc desideram⁹ testes? Au-
distis blasphemiã. Quid vo
bis videtur? m. Qui oẽs cõ-
demnauerũt eũ esse reũ mor
tis. Et ceperunt quidam cõ-
spuere eum: ⁊ velare faciem
eius: et colaphis eũ cedere /
et dicere ei. a. Prophetiza. m
Et ministri alapis eũ cede-
bant. Et cum esset petrus in
atrio seorsũ: venit vna ex ã-
cillis sũmi sacerdotis. Et cũ
vidisset petrũ calefacientem
se: aspiciens illũ / ait a. Et tu
cum iesu nazareno eras? m.
At ille negauit dicẽs. a. Neq₃
scio: neq₃ noui quid dicas. m
Et exiit foras ante atrium:
et gallus cantauit. Rursus
autẽ cũ vidisset illum ancil-
la: cepit dicere circũstãtibus
quia ex illis est. At ille iterũ
negauit Et post pusillũ: rur-
sus qui astabant: dicebãt pe-
tro. a. Vere ex illis es: nam ⁊
galileus es. m. Ille autẽ ce-
pit anathematizare ⁊ iurare
quia nescio hoiem istũ quẽ
dicitis. Et stati iterũ gallus
cãtauit. Et recordatus est pe
trus verbi qd̃ dixerat ei iesus
priusq̃ gallus cantet bis / ter
me negabis: et cepit flere. Et
cõfestim mane cõsiliũ faciẽ-
tes summi sacerdotes / cũ se-
niorib⁹ ⁊ scribis / ⁊ vniuerso
cõsilio: vinciẽtes iesum / du-

xerunt ⁊ tradiderunt pilato.
Et interrogauit eum pilatus.
a. Tu es rex iudeorum? m. At
ille respondens: ait. a Tu dicis
m. Et accusabant eũ summi
sacerdotes i multis. Pilatus
aũt rursum interrogauit eum
dicẽs. a. Non respõdes quicq̃?
Uide in quantis te accusant
m Jesus aũt amplius nichil
respondit: ita vt miraretur pi-
latus. Per diẽ autẽ festum/
solebat dimittere illis vnum
ex vinctis: quẽcunq̃ petissent.
Erat autẽ qui dicebatur bar-
rabas: qui cũ sediciosis erat
vinctus: qui in seditione fe-
cerat homicidiũ. Et cũ ascẽ-
disset turba: cepit rogare/ si-
cut semper faciebat illis. Pi-
latus aũt respõdit eis: ⁊ dixit
a Uultis dimittã vobis regẽ
iudeorũ? m. Sciebat enim ꝙ
per inuidiã tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifi-
ces aũt concitauerũt turbã:
vt magis barrabã dimitteret
eis. Pilatus autẽ iterũ respõ
dens: ait illis. a. Quid ergo
vultis faciam regi iudeorũ?
m. At illi iterũ clamauerunt
a. Crucifige eũ. m Pilatus
vero dicebat eis. a. Quid eni
mali fecit? m. At illi magis
clamabant. a. Crucifige eũ.
m. Pilatus autẽ volens po-
pulo satisfacere: dimisit illis
barrabã: ⁊ tradidit eis iesum
flagellis cesum/ vt crucifige
retur. Milites aũt duxerunt
eum in atriũ pretorij: ⁊ con-
uocant totam cohortem: et
induũt eum purpura: et im-
ponunt ei plectẽtes spineam
coronam: ⁊ ceperũt salutare
eum/ dicentes. a. Aue rex iu-
deorum. m. Et percutiebant
caput eius arundine et con-
spuebant eũ: ⁊ ponentes ge-
nua/ adorabãt eum. Et postq̃
illuserunt ei: exuerũt illum
purpura: ⁊ induerunt eũ ve-
stimentis suis: ⁊ educũt illũ:
vt crucifigerent eũ. Et anga
riauerunt pretereuntẽ quẽ-
piam simonẽ cyreneum/ ve-
nientẽ de villa: patrem ale-
xandri ⁊ rufi: vt tolleret cru-
cem eius. Et perducũt illum
in golgotha locum: quod est
interpretatũ caluarie locus.
Et dabãt ei bibere myrrha
tũ vinũ: ⁊ nõ accepit. Et cru-
cifigẽtes eũ: diuiserũt vesti-
menta eius/ mittentes sortẽ
super eis: quis quid tolleret.
Erat autẽ hora tertia: ⁊ cru-
cifixerunt eũ. Et erat titulus
cause eius inscriptus: rex iu-
deorũ. Et cum eo crucifigũt
duos latrones: vnum a dex-
tris/ ⁊ aliũ a sinistris eius: et
adimpleta est scriptura que
dicit. Et cum iniquis reputa
tus est. Et pretereũtes/ blas-
phemabant eum: mouentes
capita sua/ ⁊ dicẽtes. a. Uah
q̃ destruis tẽplũ dei: ⁊ i trib⁹
dieb⁹ reedificas illud Saluũ
fac temetipsum: descendẽs de

cruce. m. Similiter et summi sacerdotes illudentes: ad alterutrũ cum scribis/ dicebãt. a. Alios saluos fecit: seipsũ nõ potest saluũ facere. Christus rex israel/ descendat nũc de cruce: vt videamus et credamus ei m. Et q cũ eo crucifixi erãt: cõuiciabãt ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt p totã terrã/ vsq i horã nonã Et hora nona exclamauit ies⁹ voce magna dicẽs b. Heloy heloy lamazabathani m. Quod est interpretatũ. b. Deus meus: deus meus: vt quid dereliquisti me? m. Et quidã de circunstãtibus audientes: dicebant. a. Ecce helyam vocat. m. Currens aũt vnus/ et implens spongiam aceto: circũponẽsq calamo: potũ dabat ei/ dicens. a. Sinite: videamus si veniat helyas/ ad deponendũ eum. m. Iesus autẽ emissa voce magna: expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pater noster Aue maria. In man⁹ tuas. m. Et velũ templi scissum est i duo: a summo vsq deorsum. Videns autem centurio/ qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset. ait. a. Vere hic homo: filius dei erat. m. Erant autẽ et mulieres de lõge aspiciẽtes: inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoris: et ioseph mater: et salome. Et cũ esset in galilea: sequebantur eum/ et ministrabãt ei: et alie multe q simul cũ eo ascẽderãt hierosolimã. Euãgeliũ

Et cum iam sero factũ esset: quia erat parasceue/ quod est ante sabbatum: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: q et ipse erat expectans regnũ dei. Et audacter introiuit ad pylatũ: et petijt corpus iesu. Pilat⁹ autem mirabatur/ si iã obijsset. Et accersito centurione: interrogauit eum/ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a cẽturione: donauit corpus ioseph. Ioseph aũt mercat⁹ syndonem: et deponẽs eum/ innoluit syndone: et posuit eũ i monumento/ quod erat excisũ de petra. Et aduoluit lapidẽ: ad ostium monumẽti. Offr. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hoībus iniquis eripe me dñe. V. Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: abscõderũt superbi laqueũ michi. Secr.

Dicate tibi plebis dñe qs oblationes sanctifica: vt a terrene vetustatis cõuersione mũdati: celestis vite profectibus innouemur. Per. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Aduersum me exercebantur qui sedebãt in porta: et in me psallebãt qui bibebãt vinũ: ego vero orationem meam ad te domine

temp⁹ bñplaciti tui deus/in multitudine mie tue. Postcō

Repleti dñe sacri muneris gratia supplices exoramus: vt q̄ gustu corporeo dulci veneratiōe cōtigimus: dulciora mētib⁹ sentiamus. Per dñm. Super ppl'm. Humiliate capita vr̄a deo. Orō.

Tua nos misericordia deus et ab omni surreptione vetustatis expurget: & capaces sc̄te nouitatis efficiat. Per. ¶ Feria.iiij. post dñicā i ramispalmarū. Offi.



In noīe domini oē genu flectatur: celestium/terrestrium & infernorū: q̄a domin⁹ factus est obediēs vsq; ad mortē: mortem autem crucis: ideo dñs iesus christus/in gloria est dei patris. ps. Dñe exaudi orationem meā: & clamor meus ad te veniat. Non dicitur Glia patri. Sequatur oratio/sine Dñs vobiscum. sed tantū. cū Oremus/ et Flectam⁹. Orō.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt q̄ nostris excessibus incessāter affligimur: p vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit et re. Lectō ysaie p̄phete. lxij. & lxiij.

Hec dicit dñs deus. Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Quis est iste q̄ venit de edō: tinctis vestib⁹ de bosra Iste formosus in stola sua: gradiēs in multitudine fortitudinis sue. Ego q̄ loquor iusticiā: & propugnator sum ad saluādū. Quare ergo rubrum est indumētum tuū: et vestimēta tua sicut calcātiū in torculari? Torcular calcaui solus: et de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea: & oīa indumēta mea inquinaui. Dies eni vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circunspexi/& non erat auxiliator: quesiui/& nō fuit q̄ adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meū: & indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et cōculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos idignatione mea: & detraxi in terrā virtutem eorū. Miserationū dñi recordabor. Laudem dñi annūciabo: super oībus que reddidit nobis: dñs deus noster. Gr. Ne auertas faciē tuam a puero tuo: qm̄ tribulor/velociter exaudi me. ℣. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vsq; ad animam meā. infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Sequatur Dñs vo.

Oremus. Flectamus. Oro.

Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulum subire voluisti/ vt inimici a nobis expelleres potestatem concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis eius gratiā consequamur. Per eundem.

Hic dicunt memorie ɔsuete.

Lectio ysaie pphete. liij.ca.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñe qs credidit auditui nostro: & brachiū dñi cui reuelatū est? Et ascēdet sicut virgultum corā eo: & sicut radix de terra sitiēti: & non est species ei/ neqꝫ decor. Et vidimus eum: & non erat aspect⁹: & cōsiderauimus eū despectū & nouissimū virorū virū dolorū & scientē infirmitatē Et quasi abscōdit⁹ vultus eius & despect⁹: vnde nec reputauim⁹ eū. Uere lāguores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauim⁹ eū quasi leprosum: & pcussum a deo/ et humiliatū. Ipse aūt vulneratus est ppter iniqtates nostras: attrit⁹ est ppter scelera nostra. Disciplina pacis nr̃e super eū: et liuore ei⁹ sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauim⁹: vnusqsqꝫ i viā suā declinauit: & dñs posuit i eo: iniquitatē oīm nostrū. Oblatus est/ qa ipse voluit: & non aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducet: et quasi agnus corā tōdēte se/ obmutescet: & nō aperiet os suum. De āgustia: & de iudicio sublatus est. Gñationē eius qs enarrabit? Quia abscisus est de terra viuētiū Propter scelus populi mei percussi eū: & dabit ipios p sepultura: & diuites p morte sua: eo ꝙ iniqtatē nō fecerit: neqꝫ dol⁹ fuerit in ore eius. Et dñs voluit cōterere eū in īfirmitate. Si posuerit pro pctō aiam suā/ videbit semē longeuū: & voluntas dñi in manu ei⁹ dirigetur. p eo ꝙ tradidit i mortē aiam suā: et cū sceleratis reputat⁹ est. Et ipse peccata multorū tulit: & pro trāsgressoribus rogauit/ vt nō perirent. Dicit dñs omnipotens.

Chorus alternati dicat Tx. ita ꝙ dum V. canitur: chorus ex illa parte stare tenet: alia parte chori interim sedente. & sic perantetur totus tract⁹ a choro i stallis/ a septuagesima vsqꝫ ad pascha Tract⁹.

Domine exaudi orōnē meā: & clamor me⁹ ad te veniat. Ne auertas faciē tuam a me: in quacunqꝫ die tribulor inclina ad me aurē tuam. In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sunt. Percussus sum sicut fenum et aruit cor meū: qa oblitus



sum mãducare panẽ meum. Tu exurgẽs dñe misereberis syon: qa venit tẽpus miserendi eius.



Sequatur passio hunc in modum m. D̃ns vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Passio dñi nostri iesu christi: secundum Lucam. xxij. Capitulo.

In illo tẽpore. Appropinquabat dies festus azimorũ. qui dicitur pascha. Et q̃rebant principes sacerdotum & scribe: quomodo iesum interficerẽt. Timebant vero plebẽ. Intrauit autem sathanas i iudã: q cognominabat̃ scarioth / vnũ de duodeci: & abijt / & locutus est cũ principib⁹ sacerdotũ / & magistratib⁹: quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopõdit. Et q̃rebat opportunitatẽ: vt traderet illũ sine turbis. Venit autẽ dies azimorũ / i qua necesse erat occidi pascha: & misit petrũ & iohannẽ / dicẽs. b. Euntes parate nobis pascha vt mãducemus m. At illi dixerũt a. Ubi vis paremus? m. Et dixit ad eos. b. Ecce introeuntib⁹ vobis i ciuitatẽ: occurret vobis homo: amphorã aque portans: sequimini eũ in domũ in quã intrat: & dicetis patri familias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersoriũ vbi pasca cũ discipulis meis mãducẽ? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratũ: & ibi parate. m. Euntes autẽ inuenerũt sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cum facta esset hora / discubuit: & duodeci apostoli cum eo. Et ait illis. b. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: anteq̃ patiar Dico eni vobis: quia ex hoc nõ mãducabo illud: donec ipleatur in regno dei. m. Et accepto calice: grãs egit / & dixit. b. Accipite / et diuidite inter vos. Dico eni vobis / q non bibã de generatione vitis: donec regnũ dei veniat m. Et accepto pane: grãs egit & fregit: & dedit eis dicens. b. Hoc est corpus meũ / qd pro vobis dat̃: hoc facite i meã cõmemorationẽ. m. Similiter et calicẽ postq̃ cenauit dicẽs. b. Hic ẽ calix nouũ testamẽtũ in sanguie meo: q p vobis fundet̃.

Ueruntamẽ ecce manus tra
dentis me/ mecũ est in mẽsa.
Et quidem filius hois/ scdm
q diffinitũ est vadit. Uerun=
tamẽ ve homini illi per quẽ
tradetur.m.Et ipsi ceperunt
querere inter se:quis esset ex
eis qui hoc facturus esset. Fa
cta est autẽ ⁊ contentio inter
eos:quis eorũ videretur esse
maior. Dixit autẽ eis. b.Re=
ges gentiũ dominantẽ eorũ:
et qui potestatẽ habẽt super
eos/ benefici vocantur. Uos
autẽ non sic. Sed qui maior
est in vobis:fiat sicut minor.
Et qui precessor est: sicut mi
nistrator. Nã quis maior est
qui recũbit : an q ministrat?
Nonne qui recumbit ? Ego
autẽ in medio vestrum sum:
sicut qui ministrat. Uos aũt
estis qui permãsistis mecum
in temptationibus meis. Et
ego dispono vobis/ sicut di=
sposuit michi pater meus re
gnũ: vt edatis et bibatis sup
mensam meã in regno meo:
⁊ sedeatis super thronos/ iu
dicantes duodecim tribus is=
rael.m.Ait autẽ dñs simoni.
b. Simon ecce sathanas ex=
petiuit vos vt cribraret sicut
triticũ. Ego aũt rogaui pro
te:vt nõ deficiat fides tua. Et
tu aliquãdo cõuersus : cõfir=
ma fratres tuos m Qui dixit
ei. a. Dñe tecũ paratus sum:
et in carcerẽ/ ⁊ in mortẽ ire.
m. Et ille dixit. b. Dico tibi
petre: non cãtabit hodie gal
lus:donec ter abneges nosse
me.m. Et dixit eis.b. Quãdo
misi vos sine sacculo/ ⁊ pera
et calciamẽtis:nunquid ali=
quid defuit vobis? m. At illi
dixerunt.a. Nichil.m. Dixit
ergo eis. b. Sed nũc q habet
saccũ:tollat similiter ⁊ perã.
Et qui non habet: vẽdat tu=
nicam suam/ ⁊ emat gladiũ.
Dico enim vobis:qm adhuc
hoc quod scriptum est:opor=
tet impleri i me. Et cũ iniqs
deputatus est. Eteni ea que
sunt de me: finem habẽt.m.
At illi dixerunt. a. Dñe:ecce
gladij duo hic m At ille dixit
eis.b. Satis est.m. Et egres=
sus:ibat scdm cõsuetudinem
in montẽ oliuarum. Secuti
sunt autẽ illum/ ⁊ discipuli.
Et cum peruenisset ad locũ:
dixit illis. b. Orate:ne intre=
tis in tẽptationem.m. Et ip=
se auulsus est ab eis : q̃tum
iactus est lapidis. Et positis
genibus:orabat dicẽs.b. Pa
ter:si vis/ transfer calicẽ istũ
a me. Ueruntamẽ non mea
volũtas: sed tua fiat. m. Ap=
paruit autem illi angelus de
celo: cõfortans eũ. Et factus
in agonia/ prolixius orabat
Et factus est sudor eius sicut
gutte sanguinis/ decurrẽtis
in terram Et cum surrexisset
ab oratiõe / ⁊ venisset ad di=
scipulos suos: inuenit eos dor
miẽtes pre tristicia. Et ait il=

lis. b. Quid dormitis? Surgite orate: ne intretis i temptationem. m. Adhuc eo loquente: ecce turba et q vocabatur iudas unus de duodeci/ antecedebat eos. Et appropiquauit iesu: vt oscularetur eum. Jesus autē dixit illi. b. Juda osculo filiū hoīs tradis? m. Videntes autē hi q circa ipsū erant qd futurū erat dixerunt ei. a. Dñe: si percutimus in gladio? m. Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: et amputauit auriculā eius dextrā. Respōdens autē iesus ꝛ ait. b. Sinite vsq huc m. Et cum tetigisset auriculā eius: sanauit eū. Dixit autē iesus ad eos q venerant ad se: pricipes sacerdotū/ ꝛ magistratus tēpli: ꝛ seniores. b. Quasi ad latronē existis cū gladijs ꝛ fustibus: cum quotidie vobiscū fuerim in tēplo et non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrarum. m. Cōprehēdentes autē eum: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petr⁹ vero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrij/ ꝛ circūsedētib⁹ illis: erat petr⁹ in medio eorū. Quem cum vidisset ancilla quedā sedentē ad lumen/ ꝛ eum fuisset intuita: dixit. a. Et hic cū illo erat m. At ille negauit eū dicens. a. Mulier: non noui illum m. Et post pusillum/ ali⁹ videns eū/ dixit. a. Et tu de illis es. m. Petrus vero ait. a. O homo: non sum. m. Et interuallo facto quasi hore vni⁹: alius quidam affirmabat dicens. a. Vere et hic cum illo erat: nam et galileus est. m. Et ait petr⁹. a. Homo: nescio quid dicis. m. Et cōtinuo adhuc eo loquēte: cantauit gallus. Et conuersus dñs: respexit petrum Et recordatus est petrus verbi dñi sicut dixerat q a priusq gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebant illū: illudebant ei cedentes. Et velauerunt eum: ꝛ percutiebāt faciē eius / ꝛ interrogauerūt eum dicentes. a. Prophetiza quis est q te percussit? m. Et alia multa blasphemantes/ dicebāt in eum. Et vt fact⁹ est dies conuenerunt seniores plebis ꝛ pricipes sacerdotum et scribe: ꝛ duxerūt illum i cōsilium suū dicētes. a. Si tu es christ⁹: dic nobis. m. Et ait illis. b. Si vobis dixero: nō credetis michi. Si autē ꝛ interrogauero nō respōdebitis michi/ neq dimittetis Ex hoc autem erit filius hoīs sedens: a dextris virtutis dei. m. Dixerunt autem oēs. a. Tu ergo es filius dei? m. Qui ait. b. Vos dicitis: q a ego sum. m. At illi dixerūt. a. Quid adhuc

desideramus testimonium?
Ipsi enim audiuimus: de ore
eius. m. Et surgens ois mul=
titudo eorum: duxerunt illū
ad pylatum. Ceperunt autē
accusare illum: dicentes. a.
Hunc inuenimus subuerten
tem gentem nostram: et pro=
hibentem tributa dari cesari
et dicentem se christum regē
esse. m. Pylatus autem inter
rogauit eum: dicēs. a. Tu es
rex iudeorum? m. At ille re=
spondens ait. b. Tu dicis. m.
Ait autem pylatus ad princi
pes sacerdotum: & turbas. a.
Nichil inuenio cause: i hoc
homine. m. At illi inualesce=
bant dicentes. a. Commouit
populum docens per vniuer
sam iudeam: incipiens a ga=
lilea vsqz huc. m. Pylatus au
tem audiens galileam: inter
rogauit si homo galileus es=
set. Et vt cognouit q de he=
rodis potestate esset / remisit
eum ad herodem: qui et ipse
hierosolymis erat illis die=
bus. Herodes autem viso ie
su: gauisus est valde. Erat
enim cupiens ex multo tem=
pore videre eum: eo q audie
rat multa de eo / et sperabat
signum aliquod videre ab eo
fieri. Interrogabat autem il
lum: multis sermonibus. At
ipse: nichil illi respondebat.
Stabant autem pricipes sa=
cerdotum & scribe: constan=
ter accusantes eum. Spreuit
autem illum herodes cum ex
ercitu suo: & illusit indutum
veste alba: & remisit ad pyla
tum. Et facti sunt amici he=
rodes et pylatus in ipsa die:
nam antea inimici erant ad=
inuicem. Pylatus autem cō=
uocatis principibus sacerdo
tum & magistratibus plebe
dixit ad illos. a. Obtulistis
michi hunc hominem quasi
auertentem populum: & ecce
ego coram vobis interrogās
nullam causam inuenio in
homine isto / ex his in quibꝰ
cum accusatis. Sed neqz he=
rodes. Nam remisi vos ad il
lum: et ecce nihil dignū mor
te actum est ei. Emendatum
ergo illum dimittam. m. Ne
cesse autem habebat dimitte
re eis per diem festum vnū.
Exclamauit autē simul vni
uersa turba: dicens. a. Tolle
hunc: et dimitte nobis barra
bam. m. Qui erat propter se=
ditionem quandam factam
in ciuitate & homicidiū: mis=
sus in carcerem. Iterum au=
tem pylatus locutꝰ est ad e=
os: volens dimittere iesum.
At illi succlamabant dicen=
tes. a. Crucifige. crucifige eū
m. Ille autem tertio dixit ad
illos. a. Quid enim mali fe=
cit iste? Nullā causam mor=
tis inuenio in eo. Corripiam
ergo illum: et dimittam. m.
At illi instabant vocibus ma
gnis postulātes vt crucifige=

retur: & inualescebant voces
eorum. Et pylatus adiudica
uit fieri petitionem eorum.
Dimisit autē illis eum / qui
propter homicidium et sedi-
tionem missus fuerat in car-
cerem / quem petebāt: iesum
vero tradidit voluntati eoꝝ
Et cum ducerent eum appre
henderunt symonem quendā
syrenensem venientem de vil
la: & imposuerunt illi crucē
portare post iesum. Seq̄ba-
tur autē illum turba multa
populi & mulierū: q̄ plange-
bant et lamētabantur eum.
Conuersus autē ad illas ie-
sus: dixit. b Filie hierusalem
nolite flere super me: sed sup
vosipsas flete / & sup filios ve
stros. Quoniā ecce venient di
es: in quibus dicēt. Beate ste
riles & ventres q̄ non genue-
runt: & vbera que non lacta-
uerunt. Tunc incipiēt dicere
montibus cadite sup nos: et
collibus operite nos Quia si
in viridi ligno hec faciūt: in
arido quid fiet? m. Ducebā
tur autem et alij duo neq̄ cū
eo: vt interficerētur. Et post-
q̄ venerūt in locū q̄ vocatur
caluarie: ibi crucifixerunt eū
Et latrones vnum a dextris
et alterū a sinistris Jesus au
tem dicebat. b Pater dimit-
te illis: non enim sciūt quid
faciunt. m Diuidentes vero
vestimenta eius: miserūt sor
tes. Et stabat populus expe-
ctans: & deridebant illum pri-
cipes cum eis dicentes. a Ali
os saluos fecit: seipsum sal-
uum faciat si hic est christus
dei electus. m Illudebant au
tem ei & milites accedentes:
et acetum offerentes illi dicē
tes. a Si tu es rex iudeorum
saluum te fac. m Erat autē
& superscriptio scripta sup il
lum: litteris grecis & latinis
et hebraicis. Hic est rex iudeo
rum. Unus autem de his qui
pendebant latronibus blas-
phemabat eum dicens. a Si
tu es christus: saluum fac te-
metipsum & nos. m Respon
dens autē alter: increpabat eū
dicens. a Neq̄ tu times deū:
qui in eadem dānatione es.
Et nos quidem iuste. Nā di-
gna factis recipimus: hic ve-
ro nichil mali gessit. m Et di
cebat ad iesū. a Dñe memen
to mei: cum veneris in regnū
tuum. m Et dixit illi iesus. b
Amen dico tibi: hodie mecū
eris in paradiso. m Erat au-
tem fere hora sexta: et tene-
bre facte sunt i vniuersā ter-
rā / vsq̄ in horam nonam Et
obscuratus est sol: & velū tē-
pli scissum est mediū Et cū
dixerit dyaconus Uelum tē
pli scissum est. Uelum ante
altare cadere permittatur.
Et clamans voce magna ie-
sus ait. b. Pater / in manus
tuas commendo spiritū meū
m. Et hec dicens expirauit.

Hic fiat genuflexio: dicendo. Pater nr. Aue ma. In manus tuas. m. Uidēs autē centurio qd factū fuerat: glorificauit deū dicens. a. Uere hic homo iustus erat. m. Et oīs turba eorū qui simul aderant ad spectaculū istud / et videbant que flebant: percutientes pectora sua reuertebant. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum a galilea / hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir noīe ioseph qui erat decurio: vir bonus et iustus / hic nō cōsenserat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipse regnū dei. Hic accessit ad pilatum: et petijt corpus iesu: et depositū inuoluit syndone: et posuit eum in monumēto exciso. In quo nondū quisq̄: positus fuerat. Offer. Domine exaudi orōnē meā: et clamor meus ad te perueniat. v. Ne auertas faciē tuam a me ne auertas faciē tuā a me. Secre.

Suscipe q̄s dn̄e mun⁹ oblatū / et dignanter operare: vt quod passionis filij tui dn̄i nostri mysterio gerimus: pijs affectibus cōsequamur. Per eundem. Prefatio Qui corporali. Cōio. Potū meum cū fletu temperabā / quia eleuans allisisti me: et ego sicut fenum arui: tu aūt domine in eternū permanes tu exurgens dn̄e misereberis syon quia venit tempus miserēdi eius. Postcōmunio.

Largire sēsibus nostris omnipotens deus: vt p temporalē filij tui mortem / quā mysteria venerāda testātur: vitam nobis dedisse perpetuam confidam⁹. Per eū. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Respice q̄s dn̄e sup hāc familiā tuā p qua dn̄s noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: et crucis subire tormētum Qui tecum viuit et. ꝛc.

Feria. v. in cena dn̄i Imprimis fiat reconciliatio peniteñ. hoc modo. Nona cātata pgat excellentior sacerdos ad ostiū ecclie occid. indutus vestib⁹ sacerd. in cappa serica rubea cū duob⁹ dyaco. albis cū amictib⁹ indutis absq̄ subdya. et sine cruce p mediū chori precedēte vexillo cilicino. sintq̄ p̄sentes in atrio ecclesie q̄ recōciliandi sunt. Et si eps adest pricipalis archid ex parte penitentiū: scꝫ extra ostium ecclie in capa serica legat hanc lectionem.

Adest o venerabilis pontifex tēpus acceptum / dies ppiciatiōis diuine et salutis humane: qua mors interitum et vita accepit eterna principiū: qñ in vinea dn̄i sa

baoth sic nouorum palmitũ plãtatio facienda est/ vt purgetur excecatio vetustatis. Quãuis enĩ a diuitijs bonitatis dei nichil tẽporis vacet nũc tñ ꝫ largior est ꝑ indulgẽtiã remissio pctõꝝ. et copiosior ꝑ gratiã assũptio renascẽtium. Augem⁹ regenerandis crescimus reuersis Lauãt aq̃ lauãt lachrime. Inde est gaudiũ de assũptione vocatorũ: hinc leticia de absolutiõe penitentiũ. Inde est ꝙ supplices tui posteaꝙ̃ in varias formas criminũ neglectu mandatorũ celestiũ ꝫ morũ pbabilium transgressione ceciderunt: humiliati itaq̃ ꝓstrati ꝓphetica ad deũ voce clamãt dicentes. Peccauimus cũ patribus nr̃is: iniuste egim⁹ iniquitatẽ fecim⁹ Miserere nr̃i dñe vocẽ angelicã nõ frustratoria aure capiẽtes: vt q̃ lugẽt qm̃ ipsi cõsolabunt̃. Mãducauerunt sicut scriptũ est panẽ doloris: lachrymis stratũ rigauerunt/ cor suũ luctu corpus ieiunijs afflixerũt/ vt aiarũ reciperẽt quã ꝑdiderãt sanitatẽ. Vnicũ est itaq̃ penitentie suffragiũ qđ ꝫ singulis ꝓdest/ ꝫ oĩbus in cõmune succurrit. Reintegra ergo in eis aplice põtifex qcq̇d dyabolo suadente/ seniente/ scindẽte corruptũ est: ꝫ orationũ tuarum patrocinãtibus meritis per diuine reconciliationis gratiã fac hoĩes ꝓximos deo. Vt qui antea in suis peruersitatib⁹ displicebãt: nunc iã placere se dño in regionẽ viuoꝝ deuicto mortis sue auctore gratulent̃. Que lectõ nõ legat̃ epõ absente. Finita lectiõe incipiat eps ã. Venite venite: infra pdictũ ostiũ cõuersus ad borealẽ signũ faciendo cũ manu quasi vocãdo. Deinde dyacon⁹ ex pte penitẽtũ. scꝫ extra ostiũ dicat. Flectamus ge. Alius dyacon⁹ ex parte epi dicat Leuate. ꝫ ita fiat tribus vicibus. Ita tñ ꝙ post t'tiã repetitionẽ ãe nõ dr̃ Flectam⁹ geñ, sed chorus ꝓsequat̃ totã ã. cãtore icipiẽte Filij audite me timorẽ dñi docebo vos. p. Bñdicã tot⁹ ps dr̃ cũ Glia pa. Et post vnũquẽq̃ v. repetat̃ ã. Dum psalm⁹ canit̃ a choro cũ ã. sꝑ manuatim penitẽtes ab aliquo pbro de choro habitu nõ mutato reddant̃ sacerdoti executori officij ꝫ ab ipso restituãt ecclesie gremio. Tamẽ si eps presens fuerit: penitẽtes a pꝛ̃sbytero reddãt̃ archidyacono et ab ipso reddant̃ epõ. et ab epõ reddant̃ ecclie gremio. Quibus expletis: processio more solito in chorũ redeat. Deinde prosternant se omes clerici in choro septem psalmos penitentiales cum Gloria pa. et Sicut erat. Sacerdos vero cum suis ministris

dicat per se septem psos. cum Gloria pa. Sicut erat. L. Ne reminiscaris. cum Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr ante altare sicut in die cinerum notatum est. Deinde erigens se sacerd. conuersus ad australem coram dextro cornu altaris. sine nota. di. Et ne nos. Sed libera. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Conuertere dne vsquequo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Mitte eis auxilium de scto. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et pp gloriam nominis tui dne libera nos et ppicius esto peccatis nostris ppter nomen tuum. Dne exaudi orationem meam. Et clamor. Dns vobiscum. Et cum spu tuo. Oremus. Oro.

Adesto dne supplicationibus nostris: et me qui etiam mia tua primus indigeo clementer exaudi: et quem non electione meriti: sed dono gratie tue constituisti opis huius ministrum da fiduciam tui muneris exequendi / et ipse in nro ministerio qd tue pietatis est operare. Per xpm. Et dnr oms orationes. et terminentur sub tono lectionis: et oes orones dnr cu Oremus. Non dr Dns vobiscum. nisi ante primam orationem tm. Alia oratio.

Deus humani generis benignissime conditor: et misericordissime reformator / qui hominem inuidia dyaboli ab eternitate deiectum vnici filii tui sanguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras et qui non derelinquis deuios / assume correctos: moueant pietatem tuam qs dne horum famulorum tuorum lachrymosa suspiria tu eorum medere vulneribus tu iacentibus manus porrige salutarem: ne ecclia tua aliqua sui corporis portione vastetur: ne grex tuus detrimentum sustineat: ne de familie tue damno inimicus exultet: ne renatos lauacro salutari mors secunda possideat Tibi ergo dne supplices preces offerimus tibi cordis fletum effundimus: tu parce confitentibus vt sic i hac mortalitate pcta sua te adiuuante defleant: quatenus in tremendi iudicii die sententiam eterne damnationis euadant: et nesciant pijssime pater qd terret in tenebris: qd stridet in flammis: atque ab erroris sui via ad iter reuersi iusticie nequaquam vltra vulneribus saucientur: sed integrum sit eis atque ppetuum: et qd gratia tua contulit et qd mia reformauit. Per xpm d. Oro.

Domine iesu xpe pr ops eterne deus: qui vulnera nra curare dignatus es te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes: vt precibus nris aures tue pie

tatis inclinare digneris: atq ad penitētiā confessione moneas: remittas omnia crimina: et peccata vniuersa cōdones: desq his famulis tuis domine: pro supplicijs veniam / p merore leticiam / pro morte vitā. vt qui ad tantam spem celestis apicis deuoluti sunt: de tua mia confidentes ad bona pacifici hmōi tui atq ad celestia dona peruenire mereant. Per xpm. Hic non dr. Orem⁹. sed sacerd. ad populū cōuersus manu erēcta sine nota dicat absolutionē.

Absoluim⁹ vos vice beati petri aplo principis: cui collata est a dño potestas ligandi atq soluēdi: et qntū ad vos ptinet accusatio et ad nos remissio: sit vobis oīpotēs deus vita et sal⁹: et oīm pctōrū vestro pius indultor Qui viuit et regnat cū deo pa. &c. Et sic surgāt oēs a pstratione deosculātes formulas vel terrā sacerd. dicēte. Qui viuit. Et si episcopus adest dicat benedictionem. Deinde incipiatūr missa solenniter sine regimine chori. Officiū.



Nos aūt gl'iari oportet in cruce dñi nri iesu xpi in quo est sal⁹ vita et resurrectio nra p quē saluati et liberati sum⁹. Ps. Deus mi sereat nri et benedicat nobis illuminet vultū suū sup nos et misereat nostri. Si eps celebret dr Gl'ia pa. et siue eps celebret siue nō dr cantus de Cōditor kyrie el. absq vsibus. Si eps celebret dr Gl'ia in excel. aliter nō. Sequatur Orem⁹. sine Flectam⁹. Oro.

Deus a quo et iudas proditor reat⁹ sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propiciatiōis effectū vt sicut in passione sua iesus christus domin⁹ noster diuersa vtrisq intulit stipēdia meritorū: ita nobis ablato vetustatis errore resurrectōis sue gratiam largiatur. Qui tec. Ad corinthios. j. xj. Capitu.

Fratres: Conuenientibus vobis in vnum: iā non est dominicam cenam manducare. Vnusquisq enī suam cenam psumit ad manducādum. Et alius quidam esurit: ali⁹ autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibēdum? Aut ecclesiam dei contemnitis: et confunditis eos qui non habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam domin⁹ iesus i qua nocte tradebatur accepit panem / et gratias agēs fregit et dixit. Accipite et manducate.

Hoc est corpus meum: qd ꝓ vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est: i meo sāguine. Hoc facite quotiēscūq; bibetis in meā cōmēoratione. Quotiēscunq; eni mā ducabitis panē hūc et calicē bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq; qcūq; manducauerit panem vel biberit calicē dñi indigne reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat et sic de calice bibat. Qui eni mādūcat & bibit indigne: iudiciū sibi māducat & bibit. nō diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autē a dño corripimur: vt non cū hoc mūdo dānemur. ¶ Hec ꝑdicta epistola legatur i pulpito: & ibidem cantetur grad a duob9 clericis in superpelliciis. Grad. ¶ Christ9 factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod & de9 exaltauit illū / & dedit illi nomen quod est super omne nomē. Repetatur grad. nisi episcopus celebret. Euangeliū legaē i pulpito more dñicali



Secundū iohannē. xiii. cap.

Ante diē festum pasce sciēs iesus quia venit hora eius: vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mūdo: in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor / vt traderet eum iudas symonis scariothis sciens quia oīa dedit ei pater in manus: & quia a deo exiuit / & ad deum vadit: surgit a cena / et ponit vestimenta sua. Et cū accepisset lintheū: precinxit se. Deinde misit aquā in peluim: & cepit lauare pedes discipulorū suorū: et extergere lintheo / quo erat ꝑcinctus. Uenit ergo ad simonem petrū. Et dixit ei petrus Dñe / tu michi lauas pedes? Respondit iesus / et dixit ei. Qd ego facio / tu nescis modo: scies autē postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi

pedes in eternũ. Respõdit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partẽ mecum. Dicit ei symon petrus. Dñe / nõ tãtũ pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mũdi estis: sed non oẽs. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eum: ppterea dixit / non estis mũdi oẽs Postq̃ ergo lauit pedes eoꝝ: accepit vestimẽta sua: ⁊ cum recubuisset / iterum dixit eis. Scitis / quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et dñe: ⁊ bene dicitis Sũ eteni. Si ergo ego laui pedes vestros. dñs et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt queadmodum ego feci vobis / ita ⁊ vos faciatis Et legatur in pulpito more dñicali: sine Credo / nisi epyscopus celebrauerit: tũc eni legatur euangeliũ more duplicis festi: ⁊ dicitur Credo. Offer. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. non moriar sed viuam: ⁊ narrabo opera domini. Ponantur a subdiacono tres hostie ad consecrandum: quarum due reseruentur in crastinum vna ad percipiendum a sacerdote: reliqua vt ponatur cum cruce in sepulchro. Secreta.

Ipse tibi q̃s domine sancte pater omipotẽs eterne deus / sacrificiũ nostrum reddat acceptũ: q̃d discipulis suis in sui cõmemorationẽ hoc fieri / hodierna traditiõe monstrauit: iesus christus dominus noster Qui tecum vi. Prefatio quotidia. Hac die. Sanctus solẽniter cantetur: licet chorus defuerit. Infra canonẽ. Communicãtes. ⁊ Hanc igitur. et Qui pridie. et dicũtur tã a sacerdote. q̃ ab epo. Tres pueri ante olei consecrationẽ simul cantent hunc hymnnm in superpelliciis. O redemptor. Chorus idem repetat post vnumquẽq̃ versum. Hac die non dicitur. Agnus. nec pax detur: nisi episcopus celebrauerit: tũc enim dicitur Agnus. solemniter more duplicis festi: et sacri crismatis ampulla pro pace deosculetur Communio. Dominus iesus postq̃ cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum ⁊ ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magister / exemplũ dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis Cantata cõione statim incipiantur vespere festiue sine regimine chori ⁊ sine Deus in adiutorium. Ab aliquo de superiori gradu incipiatur antiphona. Calicem. ps. cxv.

Credidi ppter quod locutus sum ego autẽ hu-

miliat⁹ sum nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs homo mēdax. Quid retribuā dn̄o: pro oibus q̄ retribuit michi. Calicē salutaris accipiam: et nomē dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā coram omni populo eius: preciosa in cōspectu dn̄i mors sanctorū ei⁹ O dn̄e qa ego seruus tuus: ego seruus tuus / & filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen dn̄i innocabo. Uota mea dn̄o reddam in cōspectu oīs populi eius: in atrijs domus dn̄i / ī medio tui hierusalem. Non dicitur Gloria patri. sed repetat̄ ā. Calicē salutaris accipiam: et nomē dn̄i inuocabo. Et ceteri psalmi cū suis aīis dicū tur simili mōdo sine Glia. ps

Ad dn̄m cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dn̄e libera aiam meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat̄ tibi: ad linguā dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est / habitaui cū habitātibus cedar: multū incola fuit aia mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cū loquebar illis ipugnabant me gratis. Aā. Cum his q̄ oderunt pacē erā pacificus: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. Psalmus.

Eripe me dn̄e ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpētes: venenū aspidum sub labijs eorū. Custodi me dn̄e de manu peccatoris: & ab hominib⁹ iniqs eripe me. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos: abscōderūt superbi laqueum michi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scandalū posuerunt michi. Dixi dn̄o deus meus es tu: exaudi dn̄e vocem deprecationis mee. Dn̄e dn̄e virtus salutis mee: obumbrasti super caput meū in die belli Non tradas me dn̄e a desiderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me / ne forte exaltētur. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones in ignē deijcies eos: in miserijs non subsistent. Uir linguosus nō dirigetur ī terra: virum iniustum mala capient in interitu. Cognoui qa faciet dn̄s iudiciū inopis: et vindictam pauperū. Uerū tamen iusti cōfitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cū vultu tuo. Aā. Ab hoībus iniquis: libera me dn̄e. ps.

Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiā ori meo: et ostiū circunstātie labijs meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorū. Corripiet me iustus in misericordia / et increpabit me: oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. Quoniā adhuc et oratio mea in beneplacitis eorū: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audiēt verba mea quoniā potuerūt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernū: quia ad te domine domie oculi mei / in te speraui non auferas animā meā. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et a scandalis operantiū iniquitatem. Cadent in retiaculo ei⁹ peccatores: singulariter sum ego donec trāseam. An. Custodi me a laqueo quem statuerūt michi: et a scādalis operātiū iniqtatē. Psalmus

Voce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationē meam ante ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabā: absconderunt laqueū michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et nō erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: et non est qui requirat aīam meam. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea / portio mea in terra viuētium. Intende ad deprecationē meā: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequētibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitēdum nomini tuo: me expectāt iusti donec retribuas michi. An. Considerabam ad dexteram et videbam: et nō erat qui cognosceret me. Finita hac quīta ān. statim incipiatur ān. Cenantibus. Canticum beate marie. Luce. j.

Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enī ex hoc beatā me dicēt omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a pro-

genie in ꝓgenies:timẽtibus eum. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros abrahā et semini eius in secula. Añ. Cenantibus autem accepit iesus panē: benedixit ac fregit / dedit discipulis suis. Repetita añ. post **Magnificat.** dicat sacerdos postcōio / cum **Dñs vobiscum**: et **Oremus** more solito. Postcōio.

Refecti vitalib⁹ alimētis: quesumus domine deus noster vt quod tempore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per dominum nostrum. Et sic missa et vespere similiter finiāt diacono dicēte **Ite missa est.** si episcopus celebret. si vero non: missa et vespere simul finiant / cū **Bñdicamus dño** Propter solemnitatem vero cene: diaconus et subdiaconus / dalmatica ⁊ tunica induātur: licet episcopus non celebrauerit. Post prādium conueniāt clerici ad ecclesiā ad altaria abluēda: ⁊ ad mādatum faciēdum: ⁊ ad cōpletorium dicēdum. In primis bñdicatur aqua more solito extra chorū priuati. Deinde preparentur duo sacerdotes excellentiores / cū diacono ⁊ subdiacono de scda forma: ⁊ ceroferarii de prima forma: qui oēs sint albis cū amictib⁹ induti: ⁊ duob⁹ clericis vinū et aquam deferentibus / ⁊ incipiēt a maiori altari: ⁊ abluant illd infundentes vinum ⁊ aquam: ⁊ interim cantetur ℟. **In monte oliueti.** a toto choro corā altari / cū suo ℣. et dicitur sine **Gloria patri.** Quo finito dicitur ℣. et orō de sctō / in cuius honore consecratū est altare: ab excellētiori sacerdos modestia voce Itē sine nota: ꝗ terminet sic **Per christū.** nec precedat nec subsequatur **Dñs vobiscum** sed tantū **Oremus:** ante orationem. Eodē modo oīa altaria in ecclesia abluūtur cū ℟. et ℣. sicut ordinatim sunt in pdicta historia: scꝫ **In mōte oliueti.** cum ℣. et orō. de sanctis vt𝔰 dictum est. Ita ꝙ nullū ℟. incipiatur / nisi tm̄ corā altari: ⁊ ibi totum cātabit vt𝔰 diximus. Et semper in extrema ablutione: cantetur ℟. **Circundederunt** / cum suo ℣. Et si plura fuerint altaria i ecclesia ꝙ ℟. in pdicta historia: tūc reincipiatur historia ordine pdicto seruato: sed ꝙ ℟. **Circūdederūt** semp vltimo loco cantetur. Post

ablutionem altaris/ intrent capl'm: & diacon' legat euãgelium. Ante diẽ festum/ sicut ad missam lectũ est. deinde dicit sermo. Quo finito surgant duo pdicti sacerdotes. et incipient a maioribus: lauãt oim pedes: vn' ex vna parte & alter ex altera parte chori: & ipsi inuicẽ sibi lauẽt pedes. Et interim cantentur he sequẽtes aññ cum suis pŝis a toto choro interim sedẽte. Añ. Mandatum nouũ. ps. Deus misereat nostri. totus ps dicit sine Gloria patri Et post vnumquẽq; v. repetatur añ. Et hoc modo dicunt oẽs añe cũ suis pŝis que sequunt. Añ. Diligamus nos. ps. Ecce q̃ bonũ ãn. In diebus illis. ps. Miserere. i. ãn Maria ergo. ps. Beati immaculati. Añ. Postq̃. ps. Audite hec oẽs gẽtes. He sequẽtes añe si necesse fuerit cantent: sin autẽ omnino pretermittantur. Añ Uos vocatis. ã. Si ego dñs. ãn. Ante diem. Añ. Uenit ad petrũ. Peracta ablutione pedum: dicto sermone accipiãt caritatis potum. Quib' rite peractis: vnus sacerdos dicat preces hoc modo. Preces.

Suscepimus deus misericordiã tuam. In medio tẽpli tui. Tu mandasti. Mandata tua custodiri nimis. Ecce q̃ bonum et q̃ iocũdum. Habitare fratres in vnum. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio

Adesto q̃s domie officio seruitutis nostre: & q̃a tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis: ne despicias opera manuũ tuarũ/ que nobis retinenda mandasti: sed sicut exteriora hic abluũtur inquinamẽta corporum: sic a te oim nostrorum iteriora mũdẽtur peccata/ quod ipse prestare digneris. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuis et regnas deus. Per. Si vero null' assit clericus sermonẽ faciẽs: ceteris vt pri' peractis: post ablutionẽ pedum dicũtur preces predicte. Deinde legatur sequẽs euãgeliũ a quodã diacono de secũda forma: i superpel. sine titulo: bñdictione prius petita ab executore officij: et legat more lectionis fratribus interim caritatis potũ sumẽtibus: et legatur vsq; ad illũ finem. Surgite eamus hinc Et ita recedant. Euangeliũ. Secũm iohannẽ. xiij. et. xiiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis: nõ est seru' maior dño suo: neq; apostolus maior eo qui misit illũ. Si hec scitis: bti eritis si feceritis ea. Non de oibus vobis dico. Ego scio quos elegeri: sed vt adimpleat scriptura.

Qui manducat mecũ panẽ: leuabit cõtra me calcaneum suũ. Amodo dico vobis priusq̃ fiat: vt cum factũ fuerit credatis / quia ego sum. Amen amen dico vobis: q̃ accipit si quẽ misero / me accipit. Qui autẽ me accipit: accipit eum qui me misit. Et cum hec dixisset iesus turbatus est spiritu: & protestatus est / & dixit Amen amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli: hesitantes de quo diceret. Erat autem recũbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quem diligebat iesus Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq̧ cum recubuisset ille supra pectus iesu: dixit ei. Domine / quis est? Respondit iesus. Ille est / cui ego intinctum panẽ porrexero. Et cum intinxisset panẽ: dedit iude simonis scariothis. Et post buccellã / introiuit in illũ sathanas: & dixit ei iesus. Quod facis / fac citius. Hoc autẽ nemo sciuit discũbentiũ: ad quid dixerit ei. Quidã putabãt q̃a loculos habebat iudas: q̧ dixisset ei iesus eme ea q̃ nobis opus sunt ad diẽ festum: aut egenis vt aliqd daret. Cũ ergo accepisset ille bucellã: exiuit cõtinuo. Erat aũt nox. Cum ergo exisset dixit iesus. Nũc clarificatus est filius hoĩs: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificabit eũ in semetipso. Et cõtinuo clarificauit eum. Filioli adhuc modicũ vobiscũ sum. Queretis me / et sicut dixi iudeis: quo ego vado / vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mãdatum nouum do vobis vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos / vt et vos diligatis inuicem. In hoc cognoscẽt omnes / quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Dixit ei symon petrus. Domie quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado / nõ potes me modo sequi: sequeris autẽ postea. Dixit ei petrus. Quare non possum te sequi modo? Animã meã pro te ponã. Respõdit ei iesus. Animã tuam pro me pones. Amen amen dico tibi: nõ cantabit gallus / donec ter me negabis. Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum: neq̧ formidet. Creditis in deũ: et in me credite. In domo p̃ris mei: mãsiões multe sunt. Si quominus dixissem vobis: q̃a vado parare vobis locũ Et si abiero et p̃parauero vobis locũ: iterũ veniã & accipiã vos ad meipsum: vt vbi sum ego / & vos sitis. Et quo ego vado scitis: & viam scitis. Dixit ei

thomas. Dñe: nescimus quo vadis. Et quomodo possum⁹ viã scire? Dicit ei iesus Ego sum via/ veritas/ ꝛ vita. Nemo venit ad patrẽ: nisi ꝑ me Si cognouissetis me: et patrẽ meũ vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum. Dicit ei philippus. Dñe/ ostẽde nobis patrẽ: ꝛ sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tẽpoꝛe vobiscũ sum: et non cognouistis me. Philippe qui videt me: videt et patrem meũ. Et quomodo tu dicis/ ostẽde nobis patrẽ? Non credis/ quia ego in patre: et pater in me est. Verba que ego loquoꝛ vobis: a meipso non loquoꝛ. Pater autẽ in me manẽs: ipse facit opa. Non creditis quia ego in patre: et pater ĩ me est? Alioqui ꝓpter opa ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me/ opera que ego facio/ et ipse faciet. Et maioꝛa hoꝛum faciet/ qꝛ ego ad patrẽ vado. Et quodcunqꝫ petieritis patrem in noĩe meo/ hoc faciam: vt gloꝛificetur pater in filio. Si quid petieritis in noĩe meo: hoc faciã. Si diligitis me: mandata mea seruate Et ego rogabo patrẽ: ꝛ paraclitũ dabit vobis: vt maneat vobiscũ in eternũ. Spiritum veritatis/ quem mundus non potest capere: quia non videt eum/ nec scit eum. Vos autẽ cognoscetis eum/ quia apud vos manebit: ꝛ in vobis erit. Non relinquam vos oꝛphanos: veniã ad vos adhuc modicũ et mũdus me iam non videt. Vos autẽ videbitis me: quia ego viuo/ ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: ꝛ vos ĩ me/ ꝛ ego in vobis. Qui habet mãdata mea et seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui autẽ diligit me: diligetᷣ a patre meo. Et ego diligã eum: ꝛ manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas: non ille scariothis. Domĩe quid factũ est/ quia manifestaturus es teipsum nobis/ ꝛ non mundo? Respondit iesus: ꝛ dixit ei. Si q̄s diligit me: sermonem meũ seruabit. Et pater meus diliget eum: ꝛ ad eum veniemus/ et mãsionem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quem audistis non est meus: sed eius q̄ misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclytus aũt spiritus sãctus: quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia ꝛ suggeret vobis omnia queçũqꝫ dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Nõ quomodo mũdus dat: ego do vobis Nõ turbetur coꝛ vestrũ: neqꝫ foꝛmidet.

Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̃ fiat: vt cũ factum fuerit credatis. Jam nõ multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mũdi huius: et in me nõ habet q̃cq̃ Sed vt cognoscat mũdus q̃a diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater: sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Fer. vj. in die parasceues: dicta hora nona: accedat sacerdos ad altare / idutus vestibus sacerdotalibus: in casula rubea / cum diacono et subdiacono: et ceteris ministris altaris: q̃ oẽs sint albis cum amictib⁹ induti sine tunica: dictaqz oratione dñica / statim p̃cedat accolit⁹ alba indutus: ad legẽdum hãc lectionẽ ad gradum chori sine titulo / hoc modo. Osee. vj.

IN tribulatiõe sua mane consurgent ad me. Uenite et reuertamur ad dominũ: quia ipse cepit / et sanabit nos: percutiet / et curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius. Sciemus / sequemurqz: vt cognoscam⁹ dñm. Quasi diluculũ p̃paratus est egressus ei⁹: et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vr̃a quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertrãsiẽs Propter hoc dolaui in p̃phetis / et occidi eos i verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiã volui / et non sacrificiũ: et scientiã dei / plusq̃ holocaustũ. Chorus alternati dicat tractũ sequentem. Tractus.

DOmine audiui auditũ tuum et timui: consideraui opera tua et expaui. In medio duum aĩalium innotesceris: dum appropinquauerint anni cognosceris: dũ aduenerit tẽpus ostenderis. In eo dũ conturbata fuerit anima mea: i ira misericordie memor eris. Deus a libano veniet: et sanctus de mõte vmbroso et cõdẽso. Operuit celos maiestas ei⁹: et laudis eius plena est terra. Sequatur oratio / sine Dñs vobiscũ: sed tantũ cũ Oremus: et Flectam⁹ genũ. leuate. Oro

DEus a quo et iudas p̃ditor reatus sui penã: et confessionis sue latro premium sumpsit: cõcede nobis tue propiciationis effectum: vt sicut in passiõe sua iesus christus dominus noster diuersa vtrisqz intulit stipẽdia meritorũ: ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectio

nis sue gratiã largiat. Qui. Subdya. legat hac lectionẽ ad gradum chori sine titulo hoc modo. Exodi. xij.

Dixit domin' ad moysẽ et aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principiũ mensiũ: primus erit in mensib' ãni. Loquimini ad vniuersum cetũ filiorũ israhel: et dicite eis Decima die mensis huius: tollat vnusquisq; agnũ per familias ac domos suas. Si minor ẽ numerus vt sufficere possit ad vescendum agnũ: assumat vicinũ suũ qui iunctus est domui eius iuxta numerũ animarũ que sufficere possint ad esum agni. Erit enim agnus absq; macula: masculus annicul' Juxta quẽ ritum tolletis et hedum: et seruabitis eũ vsq; ad quartãdecimã diẽ mensis huius. Immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorũ israhel ad vesperũ: sumẽtq; de sanguine agni ac ponent sup vtrũq; postẽ: et in superliminarib' domorũ in quibus comedent illũ. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cũ lactucis agrestib' Non comedetis ex eo crudũ quid nec coctũ aqua: sed assũ tantũ igni. Caput cũ pedib' ei' & intestinis vorabitis: & os ei' nõ confrigetis nec remanebit ex eo quicq; vsq; mane. Si qd residuũ fuerit: igne cõburetis. Sic autẽ comedetis illũ. Renes vestros accingetis et calciamenta habebitis in pedib' tenẽtes baculos i manib' & comedetis festinanter Est enim phase: id est transitus domini. Chorus alternatim dicat tractũ sequentẽ.

Eripe me dñe ab homine malo a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerũt malicias i corde: tota die cõstituebant prelia. ℣. Acuerũt linguas suas sicut serpẽtes: venenũ aspidum sub labijs eorũ ℣. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hoibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerũt supplãtare gressꝰ meos: abscõderũt superbi laqueũ michi. ℣. Et funes extẽderunt in laqueũ pedib' meis: iuxta iter scandalũ posuerunt michi. ℣. Dixi dño deus meus es tu exaudi dñe vocẽ orationis mee. ℣. Domine domine virt' salutis mee: obũbrasti caput meũ in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitauerunt aduersum me ne derelinquas me ne vnq; exaltentur. ℣. Caput circuitus eorũ labor labiorũ ipsorum operiet eos. ℣. Verũtamen iusti cõfitebuntur nomini tuo et habitabũt recti cum vultu tuo. ¶ Sequitur passio sine Dominus vobiscum. & sine titulo hoc modo incipiendo Johis xviij



Egressus est iesus cũ discipulis suis trans torrentẽ cedron, vbi erat ortus. in quẽ introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autẽ et iudas qui tradebat eũ locum: quia frequenter iesus cuene erat illuc cum discipulis suis Judas ergo cũ accepisset cohortem. et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Jesus itaq sciẽs omnia que ventura erãt super eum: processit & dixit eis. b Quem queritis? m Responderũt ei. a. Jesum nazarenũ. m Dixit eis iesus. b Ego sum. m. Stabat autem & iudas qui tradebat eum: cũ ipsis. Ut ergo dixit eis ego sũ: abierũt retrorsũ & ceciderũt in terrã. Iterũ ergo interrogauit eos. b Quẽ queritis? m. Illi aũt dixerũt. a. Jesũ nazarenũ. m. Rñdit iesus. b. Dixi vobis: q̃a ego sum. Si ergo me q̃ritis: sinite hos abire. m. Ut impleretur sermo quẽ dixit: q̃a quos dedisti michi / nõ perdidi ex eis quẽq̃. Symõ ergo petrus habens gladiũ eduxit eũ: & percussit pontificis seruum. & abscidit auriculã ei9 dextrã. Erat autẽ nomẽ seruo malchus. Dixit ergo ies9 petro. b. Mitte gladium tuum in vaginã. Calicẽ quem dedit michi pater: nõ vis vt bibam illũ? m. Cohors ergo & tribun9 & ministri iudeorũ cõprehenderũt iesum: & ligauerunt eum / et adduxerunt eum ad annam primũ. Erat enim socer caryphe: qui erat põtifex anni illius. Erat autem cayphas q consiliũ dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebat autẽ iesum symõ petrus: & ali9 discipulus. Discipulus autẽ ille erat notus põtifici: & introiuit cum iesu in atriũ põtificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus põtifici: et dixit ostiarie / et introduxit petrũ. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. a. Nunquid et tu ex discipulis es hominis isti9? m. Dixit ille. a Nõ sum. m. Stabãt autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cũ eis & petr9 stans & calefaciẽs

se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: ꝛ de doctrina eius. Respondit ei iesus. b. Ego palā locutus sum mūdo. Ego semꝑ docui in synagoga ꝛ i templo quo omnes iudei cōueniunt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt: quid locutus sum ipsis Ecce hi sciunt que dixerim ego. m. Hec autē cū dixisset vnus assistēs ministroꝝ dedit alapā iesu dicens. a. Sic respondes pontifici? m. Respōdit iesus. b. Si male locut⁹ sum: testimoniū perhibe de malo. Si aūt bene qd me cedis? m Et misit eum annas ligatū: ad cayphā pōtificē Erat autē symō petrus stās et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. a. Nūquid ꝛ tu ex discipulis eius es? m. Negauit ille: et dixit. a. Nō sū. m. Dixit ei vn⁹ ex seruis pōtificis cognat⁹ ei⁹ cui⁹ abscidit petr⁹ auriculam. a. Nonne ego te vidi in orto cum illo? m. Iterū ergo negauit petrus ꝛ statim gallus cātauit. Adduxerūt ergo iesum a caypha in p̄torium. Erat autē mane: ꝛ ipsi non introierunt in p̄toriū: vt nō cōtaminarent̄ sed vt mādncarēt pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras ꝛ dixit. a. Quā accusationē affertis aduersus hoiem hūc? m. Rūderūt ꝛ dixerūt ei. a. Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. m. Dixit ergo eis pylatus. a. Accipite eū vos: ꝛ secundū legē vestram iudicate eum. m. Dixerūt ergo ei iudei. a. Nobis nō licet interficere quēq̄. m. Ut sermo iesu impleretur quē dixit: significās qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in p̄torium pylatus: ꝛ vocauit iesum et dixit ei. a. Tu es rex iudeorum? m. Respōdit iesus. b. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me. m. Respōdit pylatus. a. Nūquid ego iudeus sum? Gens tua ꝛ pontifices: tradiderunt te michi. Quid fecisti? m. Respondit iesus. b Regnum meum non est de hoc mundo Si ex hoc mundo esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarent vt non traderer iudeis Nunc autē regnū meum nō est hinc. m. Dixit itaq̄ ei pylat⁹. a. Ergo rex es tu? m. Respondit iesus. b. Tu dicis: qa rex sum ego. Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū ꝑhibeā veritati. Oīs q̄ est ex veritate audit vocē meā. m. Dixit ei pylatus. a. Quid est veritas? m. Et cū hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos/ et dixit eis. a. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis in pascha. Uultis er

go dimittã vobis regẽ iudeo
rũ. m.Clamauerunt rursum
oẽs dicẽtes. a.Non hunc sed
barrabã. m.Erat aũt barra-
bas latro. Tunc ergo appre
hẽdit pylatus iesum ⁊ flagel
lauit. Et milites plectẽtes co
ronam de spinis imposuerũt
capiti eius/ ⁊ veste purpurea
circũdederũt eũ/ ⁊ veniebant
ad eũ ⁊ dicebãt. a.Aue rex iu
deorũ. m.Et dabãt ei alapas
Exiuit iterũ pylatus foras: ⁊
dixit eis. a.Ecce adduco vo-
bis eũ foras: vt cognoscatis
q2 in eo nullã causam inue-
nio. m.Exiuit ergo iesus por
tans coronã spineã: ⁊ purpu
reũ vestimẽtũ/ ⁊ dixit eis py-
latus. a.Ecce hõ. m.Cum er-
go vidissent eũ pontifices et
ministri: clamabant dicẽtes.
a.Crucifige/ crucifige eum.
m.Dixit eis pylatus. a.Acci-
pite eũ vos: ⁊ crucifigite. Ego
enĩ nõ inuenio in eo causam
m.Responderunt ei iudei. a.
Nos legẽ habem⁹: et secũdũ
legẽ debet mori/ q2 filiũ dei
se fecit. m.Cũ ergo audisset
pylat⁹ hunc sermonẽ: magis
timuit. Et igressus est ptoriũ
iterũ: ⁊ dixit ad iesum. a.Un
de es tu? m.Jesus aũt respõ-
sum nõ dedit ei. Dixit ergo ei
pylatus. a.Michi non loque
ris? Nescis q2 potestatẽ ha-
beo crucifigere te: et potesta-
tẽ habeo dimittere te. m.Re-
spondit iesus. b.Nõ haberes
potestatẽ aduersum me vllã
nisi tibi esset datũ desup. Pro
pterea q tradidit me tibi: ma
ius pctm̃ habet. m.Et exinde
querebat pylatus: dimittere
eũ. Judei aũt clamabãt dicẽ
tes. a.Si hunc dimittis nõ es
amic⁹ cesaris. Oĩs eni q se re
gẽ facit: cõtradicit cesari. m.
Pylat⁹ ergo cũ audisset hos
sermones adduxit foras iesũ
et sedit p tribunali in loco q
dicitur lichostratos/ hebrai-
ce autem gabatha. Erat au-
tem parasceue pasche/ ho-
ra quasi sexta: ⁊ dixit iudeis.
a.Ecce rex vester. m.Illi au
tẽ clamabant. a.Tolle tolle:
crucifige eũ. m.Dixit eis pila
tus. a.Regẽ vestrũ crucifigã
m.Respõderũt pontifices. a.
Nõ habem⁹ regẽ: nisi cesarẽ
m.Tunc ergo tradidit eis il-
lũ: vt crucifigeret᷑. Suscepe-
runt aũt iesum ⁊ eduxerunt.
Et baiulãs sibi crucẽ/ exiuit
in eũ q dicit᷑ caluarie locũ he
braice autẽ golgotha. vbi eũ
crucifixerunt. Et cũ eo alios
duos hinc ⁊ hinc: mediũ autẽ
iesum. Scripsit autẽ ⁊ titulũ
pylatus ⁊ posuit sup crucem
Erat aũt scriptũ. Jesus naza
renus rex iudeorũ. Hunc ergo
titulũ multi legerunt iudeo-
rũ: q2 pપe ciuitatẽ erat loc⁹
vbi crucifix⁹ est ies⁹. Et erat
scriptũ: hebraice grece ⁊ lati
ne. Dicebant ergo pylato põ
tifices iudeorum. a.Noli scri

here rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. m. Respondit pylatus. a. Quod scripsi scripsi. m. Milites ergo cum crucifixissent eum accepe- runt vestimenta eius et fece- runt quattuor partes vnicui- que militi partem et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis: desu- per contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. a. Non scin- damus eam: sed sortiamur de il- la cuius sit. m. Ut scriptura im- pleretur dicens Partiti sunt ve- stimenta mea sibi. ¶ Accedant duo ministri in superpelliciis vnus ad dextrum et alius ad si- nistrum cornu altaris: et ille duo lintheamina amoueant: que ad hoc sup altare fuerant ap- posita. ¶ Et in vestem meam mise- runt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem iesu mater eius et soror matris eius maria cleo- phe: et maria magdalene Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quem dilige- bat: dixit matri sue. b. Muli- er: ecce filius tuus. m. Deinde dixit discipulo. b Ecce mater tua. m. Et ex illa hora acce- pit eam discipulus in suam. Postea sciens iesus quia iam omnia consummata sunt: vt consumma- retur scriptura dixit. b. Sitio m. Uas ergo positum erat ace- to plenum. Illi autem spongi- am plenam aceto / isopo cir- cumponentes: obtulerunt ori

eius. Cum ergo accepisset ie- sus acetum: dixit. b. Consum- matum est. m. Et inclinato ca- pite: tradidit spiritum. Sequa- tur. Pater noster. Aue ma. In manus. m. Iudei ergo quoniam parasceue erat: vt non rema- nerent in cruce corpora sab- bato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt py- latum vt frangerentur eorum crura / et tollerentur. Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura / et alterius qui crucifixus est cum eo Ad iesum autem cum venissent vt viderent eum iam mortuum non fre- gerunt eius crura / sed vnus militum lancea latus eius ape- ruit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimo- nium perhibuit: et verum est te- stimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos cre- datis. Facta sunt enim hec: vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt. Euangeli.

Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab ari- mathia / eo quod esset discipulus iesu / occultus autem propter me- tum iudeorum: vt tolleret cor- pus iesu. Et permisit pilatus. Uenit ergo: et tulit corpus ie- su. Uenit autem et nichode- mus qui venerat ad iesum no- cte primum: ferens mixturam mirre et aloes quasi libras cen-

tum. Acceperunt ergo corp⁹ iesu et ligauerunt eũ lintheis cũ aromatibus: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifixus est ortus: et in orto monumẽtum nouum / in quo nõdũ quisq̃ posit⁹ fuerat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen iudeorum: quia iuxta erat monumẽtum: posuerunt iesum. Sequuntur orõnes solẽnes et ad vnamquãq̃ illarum dicitur. Flectamus genua. nisi ad eam qua oratur pro iudeis. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis in primis pro ecclesia sancta dei vt eam deus et dñs noster pacificare ꝯ custodire dignetur toto orbe terrarum: subijciẽs ei principat⁹ ꝯ potestates: detq̃ nobis quietam ꝯ tranquillam vitam degẽtibus glorificare deum patrem omnipotentem. Deinde dicat sacerd. Oremus. Deinde dicat dyaconus. Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui gloriam tuam omnib⁹ in christo gentib⁹ reuelasti: custodi q̃sumus opera misericordie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa / stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eundem dñm. Chorus respondeat. Amẽ. Et omẽs orõnes finiant sub tono pñ. Or.

Orem⁹ ꝯ pro beatissimo papa nostro N. vt deus ꝯ dñs noster qui elegit eũ in ordine epyscopatus saluũ ꝯ incolumẽ custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populũ sanctũ dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotẽs sẽpiterne de⁹ cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propicius ad preces nostras ꝯ electũ nobis antistitẽ tua pietate conserua: vt christiana plebs q̃ tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeat. P d Or.

Oremus ꝯ pro omnibus episcopis / presbyteris / dyaconib⁹ / subdyaconibus / accolitis / exorcistis / lectoribus / hostiarijs / cõfessoribus / virginibus / viduis / ꝯ pro oĩ populo sancto dei. Oremus. Flectam⁹ geñ. Leuate. Orõ.

Omñps sempiterne deus: cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur ꝯ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicãtes: vt gratie tue munere ab oĩbus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dñm. in vnita. e. Or.

Oremus ꝯ ꝓ christianissimo rege nostro N. vt deus ꝯ dñs noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuã pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Omñps sempiterne deus:

in cuius manu sunt omnium potestates & omnium iura regnorum: respice ad christianorum benignus imperium: vt gentes que in sua feritate confidunt potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. Oratio.

Oremus & pro cathecuminis nostris: vt deus & dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamque misericordie sue: vt per lauachrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum et ipsi digni inueniantur in christo iesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem & intellectum cathecuminis nostris: vt renati fonte baptismatis adoptionis tue filiis aggregentur. Per dominum. Oratio

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem vt cunctis mundum purget erroribus/morbos auferat famem depellat/ aperiat carceres vincula dissoluat/peregrinantibus reditum infirmantibus sanitatem/nauigantibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: mestorum consolatio/laborantium fortitudo/perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dominum nostrum. Oratio.

Oremus & pro hereticis et scismaticis: vt deus & dominus noster iesus christus eruat eos ab erroribus vniuersis et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes homines: et neminem vis perire respice ad animas dyabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita/errantium corda resipiscant et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum nostrum iesum. Oratio

Oremus et pro perfidis iudeis: vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipsi agnoscant iesum christum dominum nostrum. Oremus. Hic non dicitur. Flectamus genua. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus/vt agnita veritatis tue luce que christus est a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum nostrum iesum. Oratio.

Oremus ꝛ pro paganis: vt deus omnipotens auferat iniquitatem de cordibꝰ eorum: vt relictis ydolis suis conuertantur ad deum viuū et verum: ꝛ vnicum filiū eiꝰ iesum christū deū et dn̄m nostrum: cū quo viuit et regnat deus cum spiritu sancto. Per omnia secula seculorū. Oremus. Flectamꝰ genua. Leua. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui non vis mortē peccatorū sed vitam semper inquiris: suscipe propicius orationem nostrā: et libera eos ab ydolorū cultura: ꝛ aggrega ecclesie tue sancte ad laudem ꝛ gloriam nominis tui. Per dn̄m. ¶ Finitis orationibus exuat sacerdos casulam et in sede sua iuxta altare se exponat cum dyacono ꝛ subdyacono: et interim aliq̄ duo presbyteri de superiori gradu nudatis pedibus ꝛ albis induti absq; parutis tenentes crucem coopertam sup brachia solēniter inter eos retro magnum altare in dextera parte canant hos v̄ꝰ. Popule meꝰ quid. Duo dyaconi de secunda forma in cappis suis nigris ad gradū chori ad altare cōuersi dicant. Agyos. Chorus respondeat cū genuflexione osculando formulas tribus vicibus in vna responsione vnaquaq; vice resurgendo. Sctūs deꝰ. Sacerdotes vero tenētes crucē retro altare: et dyaconi ad gradū chori. di. Agyos. sꝫ sunt stātes. Itē sacerd. loco nō muta. di. v̄. Quia eduxi. Dyaco. Agyos. chorꝰ. Sctūs deꝰ Itē sacerd. loco nō muta. di. v̄. Quid vltra. Dyaco. Agyos. chorꝰ. Sctūs deus. Deinde sacerd. discooperientes crucē iuxta altare i dextera pte canant hanc a͡. Ecce lignū. Chorꝰ cū genuflexione osculādo formulas cātet a͡. Crucē tuā. ps. Deus misereatur. totꝰ ps. dꝫ sine Gloria p. a toto choro: ꝛ post vnūquēq; v̄. repetatr̄ a͡. supra a toto choro cū genuflexiōe: ꝛ interi deponatr̄ crux solēniter sup tertiū grad. ab altari iuxta quā sedeāt pdicti sacer. vnꝰ a dextris ꝛ aliꝰ a sinistris. Deinde pcedāt clerici ad crucē adorādā nudatis pedibus: incipiētes a maioribꝰ. Finito ps cū a͡. cantetr̄ sequēs hyꝰ a duobꝰ sacer. iteri sedētibꝰ iuxta crucē mō supradicto. Hyꝰ Crux fidelis. Cho. eū dē repetat post vnūquēq; v̄. iteri sedētib. Itē sacerd. di. v̄. Pange lingua. v̄. De parētis. v̄. Hoc opꝰ. v̄. Qn̄ ve. v̄. Lustra sex. v̄ꝰ. Hic acet. v̄. Flecte. v̄. Sola dig. v̄. Gl'ia ꝛ ho. His finitis deportetr̄ crux p mediū chori a pdictis duobꝰ sacerd. vbi a pplo adoretur ante aliquod altare: ꝛ iteri cātetr̄ hec sequēs a͡. in choro cū suo v̄. a toto choro.

interim sedente. Cātore in-
cipiēte. an̄. **Dum fabricator.**
ꝟ. **O admirabile p̄cio.** Ado-
rata cruce ꝛ finita a̅. predicta
cum suo ꝟ. ꝑdicti sacerd. cū
reuerētia qua crucem antea
exportauerūt per mediū cho
ri vsq ad summū altare iter
reportēt. Tunc cōueniāt oēs
clerici de choro ad altare ꝛ re
induat sacerd. casulam quā
prius exuerat / et accedat ad
gradum altaris cū dyacono
ꝛ subdiacono ꝛ dicat **Confi-
teor.** et **Misereatur.** et abso-
lutionem cū precibus ꝛ ora-
tionibus **Aufer a nobis dn̄e.**
more solito: tamē hic nō det
osculum pacis. Deinde sacri
ficio super altare more soli-
to deposito et incensato cum
aque ꝛ vini infusione in ca-
licē scilicet post ablutionem
manuū dicat cū humiliatiōe
coram altari. **In spiritu hu-
militatis.** osculando altare ꝛ
bn̄dicēdo sacrificiū et vertat
se dicē. **Orate fratres.** more
solito Postea dicat statī hu-
mili voce sine nota **Oremus
Preceptis sal.** cum orōne dn̄.
scilicet **Pater noster.** chorus
respondeat. **Sed libera nos.**
Deinde dicat. **Libera nos q̄s**
et **Da propicius.** In qua ora
tione dum dicitur **Per eūdē.**
frāgat corpus dn̄i sicut solet
fieri ceteris diebus. Deīde di-
cat modesta voce vz sine nota
Per oīa secula seculorū. cho
rus respōdeat **Amen.** Postea
dimittat in calicē sicut solet
partē hostie. Nō dr̄ **Pax dn̄i**
nec **Agnus dei.** nec pax det:
sed stati cōmunicet se sacerd.
dicēdo **Corpus dn̄i** ꝛc. Ad cor
pus ꝛ sanguinem. **Corpus ꝛ
sanguis.** nulla precedēte ora-
tione. Deinde post lotionem
manuū dicāt vesperas nō cā
tādo: sed bini et bini priuati
coram altari hoc modo. An̄.
Calicē. ps. **Credidi.** et cetere
a̅e. cū suis p̄is sicut in die ce-
ne. an̄. **Cenantibus.** ps. **Ma-
gnificat.** Deinde stando dicē
Pater nr̄. cum ps. **Miserere.**
Quo finito dicat sacerdos in
audientia sed sine nota post-
cōio sine **Dominus vobiscū.**
et sine **Oremus.** Hoc modo i-
cipiēs **Respice q̄s dn̄e super
hanc familiā.** sine **Qui tecū.**
et sic missa et vespere simul
finiātur nō dr̄. **Dn̄s vobiscū.**
nec **Benedicamus domino.**
nec **Ite missa est.** Finitis ve-
speris exuat sacerdos casulā
et assumens secum vnum de
ꝑlatis in superpelliciis ābo
pedib⁹ nudatis reponat cru-
cem i sepulchrū pariter cum
corpore dn̄ico scz i pixide in-
cipiēs ipse solus ℟. **Estima-
tus sum.** genuflectendo cum
suo socio: quo incepto statim
surgant. similiter fiat in ℟.
Sepulto dn̄o. Chorus prose-
quatur cū suo ꝟ. genuflectē-
do cōtinue vsq in finem ser-

uitij. Deinde incēsato sepulchro et clauso ostio incipiat idē sacerdo ℟. **Sepulto** Chorus cantet cū suo ℣. Ad istas tres ās genuflectent predicti sacerdo. cōtinue sacerdos incipiat ā **In pace.** Chorus psequatur **In idipsum.** Itē sacerdo. ān. **In pace factus est.** Chorus psequat **locus eius** Itē sacer. ā. **Caro mea.** cho. prosequat **requiescet in spe.** His finitis ⁊ dictis orationib⁹ ad placitū secrete ab oib⁹ cū genuflexione: oibus alijs ad libitū recedētibus ordine nō seruato reiduat sacerdos casulā ⁊ eodē ordine quo accessit in principio seruitij cū dyacono ⁊ subdō. ⁊ ceteris ministris altaris abscedat. Exinde ardebit cōtinue vnus cereus ad minus ān. sepulchrū vsq₃ ad processionē que fit in resurrectione dñica in die pasche / ita tñ ꝙ dū ps **Bñdict⁹.** canitur ⁊ cetera que psequuntur in sequenti nocte / extingatur. Similiter extingatur in vigi. pas. dū bñdicit nou⁹ ignis vsq₃ dū accendatur cereus paschal. xxxvj. pedes cōtinens in lōgitudie. ¶ Sabbato sancto i vigilia pasche primo fiat bñdictio ignis ab executore officij induto vestibus sacerdotalibus cū cappa serica / dyaconus dalmatica ⁊ subdiaconus tunica induant cū ceteris ministris altaris albis cū amictibus īdutis sine lumine: cum cereis ⁊ sine cruce ⁊ sine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma i superpellicijs cereū extinctū super hastā quandā deferēs ⁊ processione precedens post portitorē aque bñdicte per mediū chori ad nouum ignē bñdicēdum pcessionalit eat choro seqnte habitu nō mutato et ad colūnā ex parte australi iuxta fontē vbi sacerdos executor officij ignē bñdicat qui accēdatur ibidē: scilꝫ in medio inter duas colūnas. In eundo vero dicitur iste psalmus. **Dñs illuminatio** sine nota. et sine **Gloria patri.** Hoc modo fiat statio ad ignē. sacerdo. iuxta ignē stet ad orientē ꝯuersus et ad sinistrū eius stet dyaco. subdi. vero ad sinistrū diaco. Ceroferarius vnus stet sacerdo. oppositus ad dexteram ceroferarij puer tenēs librū proximior sacerdo. Alius aūt ceroferarius stet retro sacerdotē ad dexteram eiusdē ceroferarij stet portitor aq̄ proximior sacerdoti ⁊ vltimo loco retro oēs a parte occidē stet portitor haste cū cereo. Et ex parte ignis australi stet thuribularius ad accipiendum ignē in thuribularij post benedictionem. Omnibus istis ministris ad sacerdotē cōuersis interi choro circumstante

videlicet ex parte boriali. Se quatur bñdictio ignis solẽni ter a sacerd. ita dicente. Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.



Domine deus noster pater oĩpotens/ lumẽ indeficiẽs conditor oĩm luminũ exaudi nos famulos tuos: et bene ✠ dic hunc ignẽ qui tua sanctificatione et bñdictione consecratur tu illuminãs oẽm hoĩem venientẽ in hunc mundum: illumina ↄsciẽtias cordis nostri igne tue caritatis: vt tuo igne igniti/ tuo lumine illuminati/ expulsis a cordibus nostris peccatoꝝ tenebris ad vitã te illustrãte ꝑuenire mereamur eternam: ⁊ sicut illuminasti ignẽ moysi famulo tuo per colũnã ignis ãbulãtẽ in mari rubro: ita illustra nostrũ lumen/ ⁊ candela q̃ de eo fuerit accẽsa i honore maiestatis tue semꝑ perseueret benedicta: et quicũq₃ lumen ex eo portauerit/ sit illuminatus lumie gratie spiritualis. Per dñm. Et omnes orationes dicuntur cũ Oremus. sub tono lectiõis. Hic aspergat aqua bñdicta super ignẽ deinde dicitur Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater oĩpotens eterne deus: bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris istũ ignẽ quẽ nos indigni per inuocationẽ vnigeniti filij tui dñi nostri iesu christi bene ✠ dicere ꝑsumimus: tu clementissime pater eũ tua bene ✠ dictione sanctifica: et ad profectũ humani generis peruenire ↄcedas Per eundem. Oratio.

Celesti lumine q̃s dñe semper hic ⁊ vbiq₃ nos preueni vt misteriũ cuiꝰ nos participes esse voluisti: ⁊ puro cernamus ĩtuitu et digno percipiamus effectu. Per dñ. Sequat̃ bñdictio thimiamatis siue incensi hoc modo.

Exorciso te immũdissime spiritus et omne fantasma inimici in noĩe dei patris oĩpotẽtis/ ⁊ in noĩe iesu christi filij eius: et in virtute spiritus sãcti: vt exeas ⁊ recedas ab hac creatura thimiamatis siue incensi cum omnĩ fallacia atq₃ nequicia tua: vt sit hec creatura sãcti ✠ ficata in nomine domini nostri iesu christi/ vt oẽs gustãtes tãgentes siue odorantes eam virtutem et auxilium percipiãt spiritussancti: ita vt vbicunq₃ hoc incensum vel thimiama fuerit ibidẽ nullatenus appropinquare audeas: nec aduersa inferre ꝑsumas sed quicunq₃ spiritus immũde es cum omni versutia tua procul inde fugias atq₃ disce

das adiuratus per nomen et virtutē dei patris oīpotētis & filij eiusdē dn̄i nr̄i iesu christi qui venturus est in spiritu sctō iudicare viuos & mortuos et te preuaricatorem et seculum per ignem. Respondetur. Amen. Oratio.

Eternam ac iustissimā pietatē tuam deprecamur dn̄e sctē pater oīpotens eterne deus: vt bene✠dicere et scti✠ficare digneris hāc thimiamatis vel incensi speciē: vt sit incensum maiestati tue in odorē suauitatis acceptū: sit a te hec species bene✠dicta: sit per inuocationē sancti nois tui scti✠ficata: ita vt vbicūq̧ fumus eius peruenerit: extricet̄ & effugetur omne genus demoniorū sicut incensum iecoris piscis quem raphael archangelus thobiā famulū tuum docuit cū ascēdit ad sare liberationē. P christū. Oremus. Oro.

Descēdat bene✠dictio tua dn̄e super hāc speciem incensi et thimiamatis sicut i illo de quo dauid propheta tuus cecinit dicēs. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: sit nobis odor cōsolationis suauitatis & gratie: vt fumo isto effugetē omne fantasma inimici mētis et corporis: vt simus pauli apostoli voce bonus odor deo: effugiat a facie incēsi huius siue thimiamatis oīs demonū incursus sicut puluis a facie venti: et sicut fumus a facie ignis. et presta hoc piissime pater boni odoris incensum ad opus ecclesie tue ob causam religiōis iugiter permanere: vt mistica nobis significatione spiritualiū virtutū fragrās odor ostendat suauitatē: tua ergo q̄sumus oīpotens deus immensa maiestatis tue dextera hāc creaturā bn̄✠dicere ex diuersarum rerū ꝯmixtione confectā dignare: vt in virtute sancti nois tui oēs inmūdorū spirituum fantasticos incursus effugare: oēsq̧ morbos reddita sanitate expellere: vt vbicūq̧ fum⁹ aromatū eius efflauerit mirabiliter possit atq̧ in odore fragrātissimo tibi perpetua suauitate redolere. Per dominū.

Postea accedatē solus cereus super hastā de nouo igne ceteris luminarib⁹ ecclesie prius extinctis. Post bn̄dictionē incensi impleatur thuribulū de carbonibus cum incēso et incensetē nouus ignis. Deinde redeat processio more solito in chorū. In redeundo autē duo clerici de secunda forma in superpelliciis cantāt Inuentor rutili Chorus idem repetat post vnūquēq̧ versum Deinde sequatur bn̄dictio cerei pascalis ab ipso dyacono

induto ad processionē ad bo-
realem conuerso ad gradum
presbyterij cerokerarijs dya-
cono assistentibus vno a dex-
tris reliquo a sinistris ad eū
cōuersis / cereis extinctis. Sub
dyaconus vero stet ei oppo-
situs iuxta quē stet portitor
haste eodem modo cōuersus
post dyaconum stet thuribu-
larius dyacono canente.

Exultet iā angelica tur-
ba celorū / exultēt diui-
na mysteria / et pro tāti regis
victoria / tuba intonet salu-
taris. Gaudeat se tellus tan-
tis irradiata fulgoribus / et
eterni regis splēdore illustra-
ta / toti⁹ orbis se sentiat ami-
sisse caliginē. Letet et mater
ecclesia tanti luminis ador-
nata fulgoribus: et magnis
populorū vocibus hec aula
resultet. Qua propter astāti-
bus vobis fratres carissimi
ad tā mirā scti luminis hui⁹
claritatem vna mecū queso
dei oipotentis miam inuoca-
te. Ut qui me non meis me-
ritis intra leuitarū numerū
aggregare dignatus est lu-
minis sui gratia infundente
cerei huius laudem implere
perficiat. Per dnm nostrum
iesum christum filiū tuū: qui
tecum viuit et regnat deus
in vnitate spiritus sancti.

Per oia secula seculorū
Amen. Dns vobiscū.
Et cū spiritu tuo. Sursum
corda. Habemus ad dominū
Gratias agam⁹ dño deo no-
stro. Dignū et iustū est. Ue-
re quia dignū et iustū est in-
uisibilem deū oipotentē pa-
trem filiūq eius vnigenitū
dnm nostrū iesum christum
cū sancto spiritu toto cordis
ac mentis affectu & vocis mi-
nisterio personare. Qui pro
nobis eterno patri ade debitū
soluit & veteris piaculi cau-
tionē pio cruore detersit. Hec
sunt eni festa pascalia i qui-
bus verus ille agnus occidi-
tur / eiusq sanguine postes
cōsecrātur. Hec nox est i qua
primū patres nostros filios
israel eductos de egypto ru-
brū mare sicco vestigio tran-
sire fecisti. Hec igitur nox est
que peccatorum tenebras co-
lūne illuminatiōe purgauit
Hec nox est q hodie per vni-
uersum mundum in christo
credētes a vicijs seculi segre-
gatos et caligine peccatorū
reddit gratie sociat sctitati.
Hec nox est in qua destructis
vinculis mortis christ⁹ ab in-
feris victor ascendit. Nichil
enim nobis nasci pfuit: nisi
redimi pfuisset. O mira cir-
ca nos tue pietatis dignatio
O inestimabilis dilectio cari-
tatis: vt seruū redimeres fi-
liū tradidisti. O certe necessa-
rium ade peccatū & nostrum
quod christi morte deletū est.
O felix culpa q talē ac tantū

meruit habere redẽptorem. O certe beata nox q̃ sola meruit scire tẽpus ⁊ horã i qua christus ab inferis resurrexit Hec nox est de qua scriptum est: ⁊ nox vt dies illuminabitur: et nox illuminatio mea in delicijs meis. Hui⁹ igitur sanctificatio noctis fugat scelera/culpas lauat ⁊ reddit inocẽtiam lapsis: ⁊ mestis leticiã/fugat odia/cõcordiam parat/⁊ curuat imperia. In huius igit̃ noctis gratia suscipe sancte pater. Hic ponatur incẽsum a dyaco. i cereũ vel in candelabrũ in modum crucis similiter ⁊ in paruum cereum portitore accedente. incẽsi huius sacrificium vespertinum. Quod tibi in hac cerei oblatione solemni per ministrorũ manus de operibus apum sacrosanctareddit ecclesia Sed iam colũne huius preconia nouimus quã in honorẽ dei rutilans ignis accendit. Hic accendatur cereus de nouo igne nec extinguat̃ vsq̃ post cõple. diei seq̃ẽtis. Et ardebit cereus pascha. ꝯtinue per ebd̃. pas. ad matu. missã ⁊ vs̃ sil'r fiat i oc. pas. Oibus dñicis ab oc. pas. vsq̃ ad ascen. dñi. ad missam tantũ accendat̃ etiã in fe. scti marci. euãg. apostolorũ philip. ⁊ iac. ad mis. tantũ in anñciatiõe btẽ ma. et in inuẽtiõe sctẽ crucis sicut i oc. pas.

accẽdat̃. Hic ceroferarij cereos suos accẽdãt per ecclesiã. Qui licet diuisus in partes mutuati luminis detrimenta nõ nouit. Alitur liquãtibus ceris: quas in substãtiã pciose huius lãpadis apis mater eduxit. O beata nox q̃ expoliauit egyptios: ditauit hebreos. Nox i qua terrenis celestia iungũtur. Oramus te dñe vt cereus iste in honorẽ nois tui ꝯsecratus ad noctis huius caliginẽ destruendam indeficiẽs ꝑseueret. In odorẽ suauitatis accept⁹ supernis luminaribus misceatur. Flãmas eius lucifer matutinus inueniat ille inq̃ lucifer qui nescit occasũ. Ille q̃ regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te dñe vt nos famulos tuos oẽm clerum ⁊ deuotissimũ ppl'm vna cũ patre nr̃o. papa N. atq̃ rege nostro N. necnõ ⁊ episcopo nr̃o N. q̃ete tẽporũ cõcessa i his pascalibus gaudijs conseruare digneris. Qui semper viuis regnas ĩperas necnõ gloriaris solus deus solus altissimus iesu christe cũ sctõ spũ in gloria dei pr̃is. Amẽ. Debet aũt cãdelabrũ cũ cereo pas. amoueri fe. vj. post ascen. domini Postea legãtur lectiones sine titulis a dignioribus personis ad gradũ chori. Lectio prima Genesis. j. Capitulo.

IN pricipio creauit deus celū & terrā. Terra aūt erat inanis & vacua: & tenebre erāt super faciē abyssi / & spiritus dñi ferebatur sup aquas. Dixitq; deus Fiat lux. Et factā est lux. Et vidit deus lucē q; esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitq; lucē diē: & tenebras noctē Factūq; est vespere & mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamētū in medio aquarū: & diuidat aquas ab aq̄s. Et fecit deus fimamentū: diuisitq; aquas q̄ erant sub firmamēto ab his q̄ erāt super firmamētū Et factū est ita Vocauitq; deus firmamentū celum. Et factū est vespe et mane: dies secūdus. Dixit vero deus. Cōgregēt aq̄ q̄ sub celo sunt in locū vnū: & appareat arida. Factumq; est ita. Et vocauit deus aridā terram: cōgregationesq; aquarū appellauit maria. Et vidit deus q; esset bonū: et ait. Germinet terra herbā virētē & faciētē semē: et lignū pomiferū faciēs fructum iuxta genus suū / cuius semen in semetipso sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā virētē et afferentē semē iuxta genus suū: lignumq; faciēs fructū & habēs vnūquodq; semētē scd̄m speciē suam. Et vidit deus q; esset bonum: factumq; est vespere et mane / dies tercius.

Dixit autē deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: & diuidāt diē ac noctem. & sint in signa & tempora & dies & annos / vt luceāt in firmamēto celi & illuminent terram. Et factū est ita. Fecitq; deus duo luminaria magna. Luminare maius vt preesset diei: et luminare minus vt preesset nocti. Et stellas. Et posuit eas in firmamēto celi: vt lucerēt super terram & preessent diei ac nocti / & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus q; esset bonum: & factum est vespere et mane / dies quartus. Dixit etiam deus. Producāt aque reptile aīe viuentis: et volatile super terram sub firmamēto celi. Creauitq; deus cete grandia: & omnē animā viuētem atq; motabilē quā produxerant aque in species suas / et omne volatile scd̄m genus suū Et vidit deus q; esset bonū: bñdixitq; eis dicēs. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris: auesq; multiplicētur super terram. Et factum est vespere et mane: dies quītus. Dixit quoq; deus. Producat terra animā viuentem in genere suo: iumenta et reptilia et bestias terre secundum species suas Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas: iumenta et omne reptile terre in genere suo.

Et vidit deus quod esset bonum: et ait. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram / et presit piscibus maris et volatilibus celi / et bestijs vniuerseque terre: omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam: ad imaginem dei creauit illum masculum et feminam creauit eos. Benedixitque illis deus: et ait. Crescite et multiplicamini et replete terram et subijcite eam: et dominamini piscibus maris et volatilibus celi / et vniuersis animantibus que mouentur super terram. Dixitque deus Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram: et vniuersa ligna que habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam et cunctis animantibus terre / omnique volucri celi et vniuersis que mouentur in terra et in quibus est aia viuens / vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Et factum est vespere et mane: dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et terra: et omnis ornatus eorum. Compleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat: et requieuit die septimo ab vniuerso opere suo: quod patrarat. Omnes orationes sine Dominus vobiscum. et sine Flectamus. dicuntur. sed tantum modo Oremus. Oratio.

Deus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius redemisti: da nobis quesumus contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per dominum nostrum.

Lectio .ij. Exodi. xiiij. Cap.

Factum est in vigilia matutina: et ecce respiciens dominus super castra egyptiorum per columnam ignis et nubis interfecit exercitum eorum: et subuertit rotas curruum / ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo egiptij Fugiamus israelem dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare. et reuertantur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cumque extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum Fugientibusque egyptijs occurrerunt aque: et innoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseque sunt aque: et operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis / qui sequentes ingressi fuerant mare / nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris Liberauitque dominus in die illa israel de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos

super littus maris et manum magnã quã exercuerat dominus cõtra eos. Metuitq; populus dñm: et crediderũt dño et moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses et filij israel carmen hoc dño: et dixerũt. Des tr. dicuntur a choro alternatim; pter vltimum tractũ scz Laudate dñm oẽs gẽ. Tr.

Cantemus dño / gloriose eni honorificat⁹ est equũ et ascensorẽ proiecit in mare adiutor et protector factus est michi in salutem. ℣. Hic deus me⁹ et honorificabo eũ: deus patris mei et exaltabo eum. ℣ Dñs cõterẽs bella: dñs nomẽ est illi. Orem⁹

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris seculis choruscare sentim⁹: dũ quod vni populo a persecutione egyptiaca liberãdo dextere tue potentiam cõtulisti: id ad salutem gentium p aquã regenerationis operaris / pstã qs: vt et in abrahe filios et in israeliticã dignitatem totius mundi transeat plenitudo. Per. Lectio tercia Isaie iiij.

Apprehendẽt septẽ mulieres virũ vnum i die illa: dicentes Panẽ nostrum comedemus: et vestimentis nostris operiemur / tantũmodo inuocetur nomẽ tuũ super nos / aufer opprobriũ nostrũ In die illa erit germẽ dñi in magnificẽtia et gloria et fructus terre sublimis / et exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit. Omnis qui relict⁹ fuerit in syõ / et residuus in hierusalem: sanctus vocabitur. omnis qui scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dominus sordes filiarũ syon: et sanguinem hierusalem lauerit de medio ei⁹ / in spiritu iudicij et spũ ardoris. Et creauit dominus sup oẽm locum mõtis syon: et vbi inuocatus est nubem per diem / et fumum et splendorem ignis flãmantis in nocte. Sup omnẽ enim gloriam ptectio: et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu: et in securitatem et absconsionẽ a turbine et a pluuia. Tractus

Vinea facta est dilecto cornu i loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit: et circũfodit et plantauit vineã soreth / et edificauit turri in medio eius ℣ Et torcular fodit i ea: vinea enim dñi sabaoth dom⁹ isrl est. Orem⁹. Or.

Deus q nos ad celebrandũ paschale sacramentum vtriusq; testamẽti paginis ibuisti: da nobis itelligere misericordias tuas: vt ex perceptione psentiũ munerũ firma sit expectatio futurorũ Per dominum nostrum iesũ. Lcõ. iiij. Deuteronomij xxxj

Scripsit moyses cãticũ: et docuit filios israhel.

Precepitq3 dñs iosue filio nũ
& ait. Cõfortare et esto robu-
stus: tu enim introduces fili-
os israel in terram quã polli
citus sum patribus eorum &
ego ero tecum. Postꝗ̃ ergo
scripsit moyses verba legis
huius in volumine atq3 com
pleuit: precepit leuitis q̃ por-
tabant archam federis dñi di
cens Tollite librum istum: &
ponite illum in latere arche
federis dñi dei nr̃i: vt sit cõtra
te ibi in testimoniũ. Ego eni
scio contentionẽ tuam: & cer
uicem tuam durissimam. Ad
huc viuente me & ingredien-
te vobiscũ: semp contentiose
egistis cõtra dñm: ꝗ̃tomagis
cum mortuus fuero. Cõgre-
gate ad me oẽs maiores na-
tu per tribus vestras atq3 do-
ctores & loquar audientibus
eis sermones istos / & inuoca
bo contra eos celum & terrã.
Noui enim ꝙ post mortẽ me
am inique agetis & declinabi
tis cito de via quã precepi vo
bis. Et occurrẽt vobis mala
in extremo tempore: quando
feceritis malum in cõspectu
dñi: vt irritetis eum per ope-
ra manuum vestrarum. Lo-
cutus est ergo moyses: audiẽ
te vniuerso cetu filiorꝝ israel
verba carminis huius: et ad
finem vsq3 cõpleuit. Tract⁹.

ATtendite celum et lo-
quar: & audiat terra ver
ba ex ore meo. ℣. Expectetur
sicut pluuia eloquiũ meũ
et descendant sicut ros verba
mea sicut ymber super gra-
mina. ℣. Et sicut nix super fe
num: quia nomen domini in
uocabo. ℣. Date magnitudi-
nem deo nostro: deus verax
opera eius & omnes vie eius
iudicia. ℣. Deus fidelis i quo
non est iniquitas iustus & sã-
ctus dominus. Sequat̃ Orõ.


DEus qui ecclesiam tuã
semper gentium voca
tione multiplicas: concede p
picius: vt quos aqua baptis-
matis abluis / continua pro-
tectione tuearis. Per dñm.
Hanc orationem non sequa
tur lectio / sed tr̃. Tractus.

SIcut ceruus desiderat
ad fontes aquarum: ita
desiderat anima mea ad te de
us. ℣. Sitiuit anima mea ad
deum viuum quando veniã
et apparebo ante faciem dei
mei. ℣. Fuerunt michi lachri
me mee panes die ac nocte:
dum dicitur michi per singu
los dies vbi est deus tu⁹. Dei
de sequantur due orationes
sub vno Per dominum. & sub
vno Oremus. Oratio.

COncede quesumus om
nipotens deus: vt q̃ fe-
sta paschalia agimus celesti
bus desiderijs accensi fõtem
vite sitiamus. dominũ nostrũ
iesum christum filium tuum

OMnipotẽs sẽpiterne de
us: respice propicius ad

deuotionem populi renascē
tis qui sicut ceruꝰ aquarum
expetit fontem: & concede p̄
picius vt fidei ipsius sitis bap
tismatis mysterio animā cor
pusq; sanctificet. Per. Deinde
sequat septiformis letania q̄
in medio chori a septem pue
ris in superpelliciis dicitur:
et interim exuat sacerd. casu
lam & sumat cappā sericā ru
beam adhuc stans ante alta
re donec percantetur letania
sc. vt in pcess. continetur. Fi
nita letania scz Rex sanctorum
incipiatur missa solēniter a
cantore sine regimine cho. sic.
Kyrie eleysō. et or cantus de
Lux & origo. absq; v. & interi
sacerd. assūpta casula ad al
ta. dicat. Confiteor. Misserea
tur. & absolutionē. cum preci
bus et oratione. Aufer a no.
more solito: tamen hic nō de
tur osculū pacis. Deinde thu
rificet altare: & postea icipiat



Gloria in excelsis de o.
Tunc oēs genuflectent exuē
tes cappas nigras: & tūc pul-
sēt oēs cāpane i classicū cho.
canēte. Et i terra pax sequat
Dñs vobiscū. et Oremꝰ. Or.
Deus qui hanc sacratis-
simam noctē gloria do
minice resurrectōis illustras
cōserua in noua familie tue
progenie adoptionis spiritū
quē dedisti: vt corpore & mē
te renouati / puram tibi exhi
beant seruitutem. Per eūdē.
in vni. eiusdem. Sequēs epi
stola legatur i pulpito. Pau
li. Ad colosenses. iij. Capit.
Fratres. Si consurrexi
stis cū xpo q̄ sursū sunt
querite: vbi xps est in dextera
dei sedens. Que sursum sunt
sapite: non que super terram
Mortui enim estis: & vita ve
stra abscondita est cum xpo i
deo. Cum enim christus ap-
paruerit vita vestra: tunc et
vos apparebitis cum ipso in
glia. Lecta epla duo clerici
de scda forma i cappis sericis
i pulpito cātēt hoc. All. cho
rus idē repetat & pseq̄uat et
clerici v. Cōfitemini dño qm̄
bonus qm̄ in seculū mia eiꝰ.
Chorꝰ finiat cū neuma. Itē
clerici reincipiāt. Alleluya
sine neuma. Deinde sequat
tr. q̄ a duobus de scda forma
i cappis nigris ad gradū cho
ri totꝰ & iteger cātetur choro
interim sedente. Tractus.
Laudate dñm oēs gen-
tes: & collaudate eū om
nes ppli. v. Qm̄ cōfirmata ē
sup nos mia eiꝰ et veritas dñi
manet ineternū. Interi vero
pcedat dyaconus cū subd. p
mediū chori more solito sine
cruce ad legendum euāgel.
quem precedant duo cerofe-
rarij cereis extinctis et legat

p.ij.

in pulpito more dn̄icali.
Secūdum matheum. xxviij.
Vespere autem sabbati q̄ lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum Et ecce terremot⁹ factus est magnus: angelus aūt domini descendit de celo. Et accedēs reuoluit lapidē: et sedebat super eū. Erat aūt aspectus eius sicut fulgur: et vestimēta eius sicut nix. Pre timore aūt eius: exterriti sūt custodes/ et facti sunt velut mortui. Respondens autem angel⁹: dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio enim q̄ iesum qui crucifixus est: queritis Non est hic. Surrexit enim: sicut dixit. Venite et videte locū: vbi positus erat dominus. Et cito eūtes/ dicite discipulis eius q: surrexit: et ecce precedet vos in galileam. Ibi eū videbitis ecce predixi vobis. Non dicitur. Credo. sed post euāgel'. dicitur. Dn̄s vobiscū. ꝛ Oremus. Non dicitur. Offertoriū. Secreta.
Suscipe q̄s dn̄e preces populi tui cū oblationib⁹ hostiarū: vt paschalibus initiate misterijs: ad eternitatis nobis medelā te operante proficiant. Per d. Prefa. Et te quidem omni tēpore: sed in hac potissimū nocte. et Cōmunicātes ꝛ noctē sacratissimā. et Hanc igitur. Hec pfa. d: per totā ebdo. pasce: ꝛ in oībus dn̄icis vsq; ad ascensionē dn̄i qn̄ de resurrectione agit. Cōmunicātes vero. ꝛ Hanc igit per ebdō. et in octa. pasche tm̄ dn̄r. Hac die dicitur Sanct⁹. solenniter sacerdote vero dicēte. Pax dn̄i sit sēp vobiscū. ꝛ choro respōdēte. Et cū spū tuo. nō d: Agnus dei. nec pax detur: sed facto interuallo incipiāt vespere festiue sine regimine chori: sine cāpanarū pulsatione. Et sine Deus in ad. in quodā de supiori gradu ex pte cho. sic. Alla. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. ℣. Dn̄i cōfirmata. ℟. Gl'ia pri. ℣. Sicut erat. tota d: a̅. Alla alla alla alla. qua dicta stati d: a̅. sup Magt. ab excellentiore post eū q̄ celebrauerit: sed nō pcātetur a choro ante pi intonationē nō thurificet altare neq; chorus a̅. Vespere aūt sabbati q̄ lucescit i prima sabbati: venit maria magdalene ꝛ alt'a maria videre sepulchrū alleluya. ps Magnificat. repetita a̅. dicat sacerdos. Dn̄s vobiscum. ꝛ Oremus. Oro.
Spiritum nobis domine tue caritatis infūde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti tua facias pietate concordes. Per dominum In vnitate eiusdē. Et sic missa ꝛ vespere simul finiantur dicente dyacono. Ite missa ē cum nota de Alleluya.



In die pasche Ad mis. Of.


Esurrexi & adhuc tecū sum allya: posuisti sup me manum tuam alleluya mirabilis facta est sciētia tua. alla alk. ps. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā. Gła. Oro.

DEus q hodierna die p vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nr̄a q̄ preueniēdo aspiras: etiā adiuuādo prosequere. Per e. Ad corin. j. v.

FRatres: Expurgate vetus fermētū: vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est christus. Itaq epulemur. Non in fermento veteri: neq in fermēto malicie et nequicie. Sed in azimis sinceritatis: et veritatis. Grad.

Hec dies quā fecit dñs exultemus & letemur in ea. ℣. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum mia eius. Alla. ℣. Pascha nostrum immolatus est christus. Sequentia.

FVlgens pclara rutilat p orbē hodie dies i qua christi lucida narrāt ouātes plia. De hoste superbo quē iesus triumphauit pulchre castra illius perimens teterrima. Infelix culpa eue/ qua caruimus oēs vita. Felix proles marie qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regē spoliātē tartara. Pollentē iā in ethera. Rex i eternum suscipe benignus pconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram. Victor vbiq morte superata atq triūphata polorū possidēs gaudia. O magna o celsa o pulchra clemētia xpi lucisflua o alma. Laus tibi honorq ac virtus q nostrā antiquā leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potēti virtute nostra q lauit facinora tribuēs dona fulgida. Stupēs valde i memet iā miror hodierna. Tanta idignis pandere nobis sacramēta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potēs surrexisti in gloria agnus visus es in

terra. Assidens olim arua regna petis supa iustis reddens premia in secula dignanter ouantia. Dic impie zabule quid valet nunc fraus tua. Igneis nexus loris a xpi victoria. Tribus lingue admiramini quis audiuit talia miracula. Ut mors morte sic superaret rei perciperent talem gratiam. Iudea incredula cur manes adhuc inverecunda. Perspice xpicolas qualiter leti canunt inclita. Redemptori carmina. Ergo pie rex xpe nobis dans premia. Solue nexorum vincula Electorum agmina. Ac tecum resurgere ad beatam gloriam. Digna rependens merita. Paracliti sancti consolationem piam. Expectamus secundum promissionem tuam. Peracta ascensionis sacra solennia. Qua es regressus ad celos nube tectus clara. Pollens laude eterna Secundum Marcum. xvi.

In illo tempore: Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata vt venientes vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorum/ veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem: ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem Erat quippe: magnus valde. Et introeuntes in monumentum: viderunt iuuenem sedentem in dextris/ coopertum stola candida et obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis nazarenum crucifixum: surrexit/ non est hic. Ecce locus: vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offert. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alleluya. Secreta.

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate misteriis ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per do. Prefatio. Et te qdem. Infra canonem. Communicantes. Hanc igitur. Cdio. Pascha nostrum immolatus est christus alleluia: itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alleluia alleluya alleluya. Postcdio.

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus saciasti: tua facias pietate concordes. Per dominum. Feria secunda. Ad missam. Officium.



Introduxit vos dominus in terram fluentem lac et mel alleluia: et vt lex domini semper sit in ore vestro alleluya alleluia

ps. Confitemini dño quoniã
am bonus quoniam in secu-
lum misericordia ei⁹. Oro.

Deus qui solẽnitate pa
schali mundo remedia
cõtulisti: populũ tuũ q̃s dñe
celesti dono psequere: vt & p
fectam libertatẽ cõsequi me-
reatur et ad vitã pficiat sem
piternam. Per dominum.

Lectio actuum apostolorum. x.

In diebus illis: Stans
petrus in medio plebis
dixit. Viri fratres: vos scitis
quod factũ est verbũ per vni-
uersam iudeam. Incipiens
eni a galilea post baptismũ
qđ pdicauit iohãnes iesum a
nazareth: quõ vnxit eũ deus
spũ sctõ & virtute. Qui ptran
siuit bñfaciẽdo & sanãdo om
nes oppressos a dyabolo qm
de⁹ erat cũ illo. Et nos testes
sumus oim que fecit in regi-
one iudeorũ & hierusalẽ quẽ
occiderũt suspẽdẽtes i ligno
Hunc deus suscitauit tertia
die: et dedit eum manifestũ
fieri nõ omni populo / sed te-
stib⁹ pordinatis a deo nobis
qui manducauimus et bibi-
mus cum illo postq̃ resurre-
xit a mortuis. Et precepit no
bis predicare populo & testifi
cari: quia ipse est qui cõstitu
tus est a deo iudex viuorum
et mortuorũ. Huic omnes p
phete testimonium perhibẽt
remissionẽ peccatorũ accipe
re per nomen eius: omnes q
credunt in eum. Grad. Hec
dies quã fecit dñs exultem⁹
et letemur i ea. ℣. Dicat nũc
israel quoniam bonus: quo-
niam in seculũ misericordia
eius. Alleluya. ℣. Nõne cor
nostrum ardẽs erat in nobis
de iesu dum loqueretur no-
bis in via. Sequentia.

Zyma vet⁹ expurgetur
vt sincere celebret noua
resurrectio. Hec est dies nře
spei hui⁹ mira vis dici legis
testimonio. Hec egyptũ spo
liauit & hebreos liberauit de
fornace ferrea. His i arto cõ
stitutis opus erat seruitutis:
lutum later palea. Iam di-
uine laus virtutis iam triũ-
phi iam salutis vox erumpat
libera. Hec est dies quam fe
cit dñs dies nostri doloris ter
minus dies salutifera. Lex
est vmbra futurorũ christ⁹ fi
nis promissorũ q consummat
oia. Christi sãguis igneam
hebetauit rumpheam: amo-
ta custodia. Puer nostri for
ma risus pro quo veruex est
occisus vite signat gaudium
Ioseph exit de cisterna ies⁹
redit ad superna post mortis
supplicium. Hic drachones
pharaonis / dracho vorat á
drachonis immunis malicia
Quos ignitus vulnerat hos
serpentis liberat enei presen
tia. Anguem forat in maxil
la christus hamus & armillã
in cauerna reguli. Manum

mittit ablactatus et sic fugit exturbatus vetus hospes seculi. Trisores helysei dum conscendit domum dei zelum calui sentiunt. Quid arrepticius hyrcus emissarius et passer effugiunt. In maxilla mille sternit & de tribu sua spernit samson matrimonium. Samson gaze seras pandit et asportans portas scandit montis supercilium Sic de iuda leo fortis fractis portis dire mortis die surgit tertia. Rugiente voce patris ad superne sinum matris: tot reuexit spolia. Cetus ionam fugitiuum veri ione signatiuum post tres dies reddit viuum de ventris angustia Botrus cypri reflorescit dilatatur & excrescit synagoge flos marcescit: et floret ecclesia. Mors et vita conflixere/ resurrexit christus vere/ et cum christo surrexere/ multi testes glorie. Mane nouum mane letum/ vespertinum tergat fletum: quia vita vicit letum tempus est leticie. Iesu victor iesu vita/ iesu vite via trita/ cuius morte mors sopita: ad paschalem nos inuita: mensam cum fiducia. Uiue panis viuax vnda/ vera vitis & fecunda/ tu nos pasce tu nos munda/ vt a morte nos secunda/ tua saluet gratia.



Secundum lucam. xxiiii.

In illo tempore Duo ex discipulis iesu: ibant ipsa die in castellum: quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem/ nomine emaus Et ipsi loquebantur ad inuicem: de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur & secum quererent: & ipse iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes: & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: & non cognouisti que facta sunt in illa his diebus. Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt De iesu nazareno qui fuit vir propheta: potens in opere & sermone coram deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes: & principes nostri in damnationem mortis; et

crucifixerunt eu̅. Nos autem sperabamus: q̄a ipse esset re de̅pturus israel. Et nu̅c sup hec o̅ia: tercia dies est hodie q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: q̄ ante luce̅ fuerunt ad monume̅tu̅. Et non inuento corpore eius: venerunt dice̅tes se etia̅ visionem angeloru̅ vidisse qui dicunt eu̅ viuere. Et abieru̅t quida̅ ex nostris ad monume̅tum: et ita inueneru̅t sicut mulieres dixerunt/ ipsum vero no̅ inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti/ et tardi corde ad crede̅dum: in o̅ibus q̄ locuti sunt ꝓphete. Nonne hec oportuit pati christu̅: et ita intrare in gloria̅ sua̅? Et incipiens a moyse et o̅ibus ꝓphetis: interpretabatur illis in o̅ibus scripturis q̄ de ipso era̅t. Et appropiquaueru̅t castello quo iba̅t: et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum: dice̅tes Mane nobiscum quonia̅ aduesperascit: et i̅clinata est ia̅ dies. Et intrauit cu̅ eis. Et factum est du̅ recumberet cu̅ illis: accepit pane̅ et be̅dixit ac fregit/ et porrigebat illis. Et stati aperti su̅t oculi eor̅: et cognouerunt eum. Et ipse euanuit: ex oculis eorum Et dixeru̅t adinuice̅. Nonne cor nr̅m arde̅s erat i̅ nobis: de iesu du̅ loq̄re̅t nobis in via/ et apiret nobis scripturas? Et surge̅tes ead̅e̅ hora regressi sunt i̅ hierusale̅ et inueneru̅t congregatos vndeci/ et eos q̄ cu̅ ipsis erant dicentes q̄ surrexit dn̅s vere et apparuit symoni. Et ipsi narraba̅t q̄ gesta era̅t i̅ via: et quomodo cognouerunt eu̅: in fractio̅e panis. ℂ Credo. Offer. Angelus dn̅i descendit de celo et dixit mulierib⁹: que̅ q̄ritis: surrexit sicut dixit all'a. Secreta.

Paschales hostias immolantes q̄s dn̅e: vt quod freque̅tamus actu: co̅prehe̅damus effectu per resurgentem a mortuis dn̅m nostrum iesum christu̅ filiu̅ tuu̅. Qui tecu̅. Co̅io. Surrexit dn̅s et apparuit petro all'a. Postco̅.

Impleatur i̅ nobis dn̅e q̄s sacramenti paschalis sacra libatio nosq̄ȝ de terrenis affectib⁹ ad celeste̅ tra̅sferat institutum. Per dn̅m.

ℂ Feria tercia. Officium.



Aqua sapientie potabit eos all'a firmabitur i̅ illis et non flectetur all'a et exaltabit eos i̅ eternu̅ all'a all'a. ps. Co̅fitemini dn̅o quonia̅ bonus: q̄m in seculum mia eius. Oratio.

Deus qui ecclesia̅ tuam nouo semper fetu multiplicas: co̅cede famulis tuis vt sacrame̅tum viuendo te=

ncāt qđ fide perceperūt. Per.
Lectio actuū apl'orū. xiij. ca.

IN dieb⁹ illis. Surgēs paulus: ⁊ manu silentium indicens / ait. Uiri fratres filij generis abrahā et qui in vobis timent deū: vobis verbū salutis hui⁹ missum est. Qui enim habitant hierusalem ⁊ principes eius ignorātes iesum ⁊ voces ꝓphetarum que per omne sabbatū leguntᷓ iudicantes iplenerūt. Et nullā causam mortis inuenientes in eo: petierūt a pylato vt interficerēt eum. Cūq; cōsummassent oia q̄ de eo scripta erant: deponentes eum de ligno / posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eū a mortuis tercia die: q̄ visus est per dies multos / his qui simul ascēderāt cum eo de galilea i hierusalem / qui vsq; nūc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis annūciamus eā q̄ ad patres nostros repromissio facta est qm̄ hanc deus adimpleuit filijs vrīs. Resuscitās iesum christum: dñm nostrū. Gr. Hec dies quā fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. V. Dicāt nūc q̄ redēpti sunt a dño quos redemit de manu inimici: de regiōib⁹ ꝫgregauit eos. Alla. V. Surgēs iesus dñs nr̄ stetit i medio discipl'orū suorū et dixit pax vobis. Seqn.

PRome casta cōcio cātica organa subnectēs hypodorica. Regi claustra deo tartarea rūpenti decāta nūc symphonia. Morte q̄ victa resurgens gaudia mūdo gestat colenda. Hec insolita mortātes ydita cochiti cōnnia. At spectant lumina intrāte illo vita beata. Terrore perculsa tremiscit demonū plebs valida. O āt suspiria. Hactenū alta. Repagula q̄s sic audax fregerit mirantur tūc fortia. Sic ad supera. Redit cum turma. Gloriosa: et timida reffouet discipulorum corda. Precelsa huius trophea admirātes flagitem⁹ nūc voce declina. Uirginū iter agmina mereamur preciosa colere vt pascha. Galilea inq; sacrata prefulgida contueri lucis exordia.



Secd̄m Lucam. xxiiij. Capi.

IN illo tēpore. Stetit iesus i medio discipu-

lorum suorum: et dixit eis. Pax vobis Ego sum: nolite timere Conturbati vero et conterriti: existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas et pedes meos: quia egoipse sum. Palpate et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet/ sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes Adhuc autem illis non credentibus: et mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et favum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis Et dixit ad eos Hec sunt verba que locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum. Quoniam necesse est impleri omnia: que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum. vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est: et sic oportebat pati christum et resurgere a mortuis die tercia Et predicare in nomine eius penitentiam: et remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offer. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum all'. Secr. Suscipe domine preces ecclesie tue redemptionis sue gratia exultantis vt presentium munerum fide et tue resurrectionis credulitate pascatur Qui vi. Com. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite all'a vbi christus est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite all'a. Postcom.

Sanctificent nos domine que sumpta mysteria: et paschalis obseruantie sufficientem nobis tribuant facultatem. Per

Feria. iiij. Officium.



Venite benedicti patris mei/ percipite regnum all'a quod vobis paratum est ab origine mundi all'. all'. al'. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propicius/ vt per temporalia festa que agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem. Lectio actuum apostolorum. iij

In diebus illis. Aperiens petrus os suum dixit Viri israelite: et qui timetis deum audite. Deus abraham et deus ysaac et deus iacob: deus patrum nostrorum/ glorificauit filium suum iesum. Quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pylati: iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis: et petistis virum homicidam donari vobis Auctorem vero vite interfeci=

stis quē de⁹ suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus Et nunc fratres: scio qa per ignorātiā fecistis sicut ꝛ principes vestri. Deus aūt qui p̄nunciauit per os oim pphetarum pati christū suū: impleuit sic. Penitemini igitur et cōuertimini: vt deleant peccata vr̄a. Gr̄. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. V. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me A lla. V. Surrexit dn̄s et occurrens mulieribus ait auete tunc accesserunt et tenuerūt pedes ei⁹ Sequētia

Concinat orbis cūctus alla. Uotis voce solēnia Celebrando paschalia. Insontum tenera cōgaudeat turma sacrofonte niuea. Spernēs flegetontis vndas Nos quoqꝫ laxas aptemus fibras arte musica. Uoce sonora modificātes prosis neumata. Uoce satis tinnula. Christus nāqꝫ mitis hostia. Factus nostra ob remedia. Crucis pertulit probra. Et iugis vita manēs subijt letalia. Fellis amara passus p̄libare pocula. Uulnera satis tolerauit dira transfixus clauis et lancea. Sic patiēdo mala gerens nostra descēdit ad yma tartarea. Hostis antiqui quo defringēs arma reuehit potēs ampla onādo trophea. Sicqꝫ deuicta morte ac resūpta carne resurgit victor die in tercia. Unde iocūdas ipsi canamus odas. Per quem nobis vita plausit eterna et ecli clara nobis patescit aula. Cui sit laus preclara.



Secundū iohannē. xxi. cap.

In illo tēpore. Manifestauit se iterū iesus discipulis suis ad mare tiberiadis: manifestauit autem sic. Erant autē simul symon petrus ꝛ thomas qui dicitur didimus: ꝛ nathanael q̄ erat a chana galilee. et filij zebedei ꝛ alij ex discipl'is ei⁹ duo Dixit ei symon petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus et nos tecum. Et exierunt et ascēderunt in nauī: ꝛ illa nocte nichil prēdiderunt. Mane aūt facto: stetid iesus ī littore / nō tamē cognouerunt discipuli quia iesus est Dixit ergo eis iesus Pueri: nunqd

pulmẽtariũ habetis? Respõ derũt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexterã navigii rethe: & invenietis. Miserunt ergo rethe: & iam nõ valebãt illud trahere pre multitudine piscium Dixit ergo discipulus ille quem diligebat iesus petro. Dñs est. Symon petrus cũ audisset quia dñs est: tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare. Alii autẽ discipuli: navigio venerunt. Non enim lõge erãt a terra: sed quasi cubitis ducentis trahẽtes rethe pisciũ. Ut ergo descẽderũt in terrã: viderũt prunas positas & piscẽ superpositum et panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nũc Ascẽdit symon petrus: & traxit rethe in terrã plenum magnis piscibus cẽtũquinquagintatribus. Et cũ tãti essent nõ est scissum rethe Dixit eis iesus. Venite prãdete. Et nemo audebat discũbẽtium interrogare eũ: tu quis es. scientes quia dñs est. Et venit iesus & accepit panem/ & dedit eis: et piscẽ similiter. Hoc iã tercio manifestatus est iesus discipulis suis: cũ resurrexisset a mortuis. Credo. Offr. Portas celi aperuit dominus & pluit illis manna vt ederẽt panem celi dedit illis: panẽ angelorum manducavit homo alleluya. Secreta.

SAcrificia dñe paschalibus gaudiis immolata nobis tue propiciatiõis munus obtineãt: quib' ecclesia tua mirabiliter pascitur et nutritur. Per. Cõio. Christus resurgens ex mortuis iã non moritur all'a mors illi vltra nõ dñabitur all'a all'a Postcõio

AB omni nos dñe q̃s vetustate purgatos: sacramenti tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam. Per dominum.

¶ Feria. v. Ad missam. Offi.



Ictricem manũ tuam dñe laudaverunt pariter all'a: quia sapiẽtia aperuit os mutum & linguas infãtium fecit disertas all'a all'a ps. Cõfitemini dño quoniam bonus quoniã in seculum misericordia eius. Oro.

DEus qui diversitatem gentiũ in confessione tui nominis adunasti: da vt renatis fonte baptismatis/ vna sit fides mentium & pietas actionum. Per dominũ.

Lctõ actuũ apostolorũ. viii.

IN dieb' illis Angelus dñi locutus est ad philippum dicẽs. Surge/ & vade cõtra meridianũ ad viã que descẽdit ab hirl'm i gazã: hec est deserta. Et surgẽs/ abiit. Et ecce vir ethiops eunuch'

potēs candacis regine ethiopū/qui erat super oēs gazas eius. venerat adorare ī hierusalē: ⁊ reuertebatur sedēs super currum suum/legēsq ysaiam pphetam. Dixit aūt spūs philippo. Accede:et adiunge te ad currū istū. Accurrens aūt philippus: audiuit eū legētem ysaiam prophetam/⁊ dixit Putas ne itelligis q̄ legis? Qui ait. Et quomodo possum itelligere si nō aliquis ostēderit michi. Rogauitq philippū vt ascēderet ⁊ sederet secū. Locus autem scripture quam legebat: hic erat. Tanq̄ ouis ad occisionē ductus est: ⁊ quasi agnus coram tōdente se sine voce/sic nō aperuit os suū. In humilitate:iudiciū eius sublatū est Generationē eius quis enarrabit: quoniā tollet de terra vita eius. Respōdēs aūt eunuchus:dixit philippo. Obsecro te de quo propheta dicit hoc: de se an de alio aliquo. Aperiens autē philippus os suum/⁊ incipiēs a scriptura ista: euāgelizauit illi iesum. Et dū irēt per viā: venerunt ad quandā aquā. Et ait enuchus. Ecce aqua. Quis phibet me baptizari? Dixit autē philippus. Si credis ex toto corde licet. Et respondēs ait. Credo filium dei: esse iesum christū. Et iussit stare currū: et descēderunt vterq ī aquā philippus ⁊ eunuchus/⁊ baptizauit eū. Cum autē ascēdissent de aqua: spūs dñi rapuit philippū/⁊ amplius nō vidit eū eunuchus. Ibat aūt per viam suā gaudens: philippus autem inuētus est in azoto Et pertrāsiens euāgelizabat ciuitatibus cūctis donec veniret cesaream:nomē dñi nostri iesu christi. Grad. Hec dies quam fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Lapidem quem reprobauerunt edificātes hic factus est in caput anguli: a dño factū est istud/et est mirabile ī oculis nostris. nō repetatur Gr. Alleluya ℣. In die resurrectiōis mee dicit dñs precedā vos in galileam. Sequētia.

Dic nobis quibus e terris noua. Cuncto mūdo nuncias gaudia. Nostrā cursus visitās patriam. Respondens placido vultu:clara voce dicit alla. Angelus michi de christo:idicauit pia miracula. Resurrexisse dominum syderum cecinit voce laudanda. Mox ergo pēnas volucris vacuas dirigēs leta per auras. Rediit famulis et dixit vacuatam legem veterem et nouam regnare gratiā Itaq plaudite famuli voce clara christus hodie redemit nos a morte dira. Pater filiū tradidit seruis vt interimerent pro salute nostra

Sponte subijt filius mortē ut nos redimeret morte ab eterna. Nunc requiem capere licet omnibus et vita frui perpetua Nunc colite pariter mecū famuli celebri laude sanctū pascha. Christus est pax nostra.



Scdm iohannem. xx. Capi.

IN illo tēpore. Maria stabat ad monumentū foris: plorās. Dum ergo fleret inclinauit se: et prospexit in monumētū Et vidit duos angelos i albis sedētes: vnū ad caput et vnum ad pedes/ vbi positū fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier: qd ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominū meum: et nescio vbi posuerūt eum. Hec cum dixisset conuersa est retrorsum et vidit iesum stantem/ et nō sciebat quia iesus est. Et dixit ei iesus Mulier/ quid ploras? Quem queris? Illa existimans qa ortulanus esset: dixit ei. Domine/ si tu sustulisti eū / dicito michi vbi posuisti eum: et ego eum tollā. Dixit ei iesus. Maria cōuersa illa: dixit ei. Rabboni: qd dicitur magister. Dixit ei iesus. Noli me tangere: nondum enim ascēdi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum et deū vestrum. Venit ergo maria magdalene annuncians discipulis: qa vidi dūm: et hec dixit michi. Credo. Offert. In die solennitatis vestre dicit dominus inducā: vos in terram fluentem lac et mel alleluya. Secreta.

SUscipe qs dñe munera populorum tuorum propicius: vt confessione tui nominis et baptismate renouati sempiternā beatitudinem consequātur. Cōio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluya qui vos de tenebris vocauit i admirabile lumen suum alleluya. Postcōmunio.

EXaudi domine preces nostras vt redemptionis nostre sacrosancta commercia: et vite nobis conferant presentis auxilium / et gaudia sempiterna concilient. Per dominum nostrū iesum christum filium tuū.

¶ Fer. vi. Ad missã. Officiũ.


Duxit eos dominus in spe alleluya: et inimicos eorũ operuit mare alleluya alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meã: inclinate aurem vestram i verba oris mei. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus q̃ paschale sacramentũ in recõciliationis humane federe cõtulisti: da mẽtibus nostris vt quod professione celebramus imitemur effectu. Per dominũ nostrũ.

Lectõ epl'e bti petri apl'i. i. iiij

Carissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est / iust⁹ pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidẽ carne viuificatos aũt spiritu. In quo et his qui in carcere conclusi erant spiritu veniens predicauit: qui increduli fuerãt aliquãdo qñ expectabãt dei patiẽtiam in diebus noe cũ fabricaret archa / in qua pauci id est octo aie salue facte sunt per aquã Quod et vos nũc similis forme saluos facit baptisma nõ carnis depositio sordium: sed cõscientie bone interrogatio in deũ. Per resurrectionẽ dñi nostri iesu christi: qui est in dextera dei. Grad. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. V. Bñdictus qui venit in noie dñi: deus dñs et illuxit nobis. nõ repetat gr. Alleluya V. Dicite i gẽtibus: quia dñs regnauit a ligno. Seqñ.

Victime paschali laudes imolẽt christiani. Agnus redemit oues christ⁹ innocẽs patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando / dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via? Sepulchrum christi viuentis et gl'iam vidi resurgẽtis Angelicos testes sudarium et vestes Surrexit christus spes nr̃a pcedet vos in galileã. Credẽdũ est magis soli marie veraci q̃ iudeorũ turbe fallaci. Scim⁹ christũ surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere.



Secũdũ Matheũ. xxviij. ca.

In illo tpe. Undecim discipuli abierunt in ga-

lileam: in montem ubi cõsti-
tuerat illis iesus. Et viden-
tes eũ adorauerũt: quidã au-
tem dubitauerũt. Et accedẽs
iesus: locutus est eis dicens.
Data est michi omnis pote-
stas in celo: ⁊ in terra. Euntes
ergo docete omnes gentes:
baptizantes eos in noĩe pa-
tris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Do-
centes eos seruare oĩa: que-
cunq; mandaui vobis. Et ec-
ce ego vobiscum sum oĩbus
diebus usq; ad cõsummatio-
nẽ seculi. Credo. Offr. Erit
vobis hic dies mẽorialis al-
leluya et diem festũ celebra-
bitis solẽnẽ dño in ꝓgenies
vestras legitimum sempiter-
num diem alleluya alleluya
alleluya. Secreta.

Hostias q̃sum⁹ dñe pla-
catus assume: quas ⁊ ꝓ
renatorum expiatione pecca-
ti deferim⁹: ⁊ pro acceleratio-
ne celestis auxilij. Per. Cõio
Data est michi omnis pote-
stas in celo ⁊ i terra alleluya
euntes docete omnes gentes
baptizantes eos: in nomine
patris et filij et spiritussancti
alleluya alleluya. Postcõio

Deus q̃ adoptionis tue
sobolem peccatorũ re-
missione genuisti: da ut cun-
cti fideles tui veraciter appre-
hendant/ que presentibus su-
sceperunt sacramentis. Per
dominum. ¶ Sabbato. Ad
missam. Officium.

Eduxit dñs po-
pulum suũ in
exultatiõe al-
leluya et ele-
ctos suos i le-
ticia alla all.
ps. Confitemini dño ⁊ inuo-
cate nomen eius: annũciate
inter gẽtes opera eius. Oro.

Concede q̃sumus omni-
potens deus: ut qui fe-
sta paschalia venerando egi-
mus ꝑ hec cõtingere ad gau-
dia eterna mereamur. Per d.
Lctõ epl'e btĩ petri apl'i. j. ij. c.

Carissimi: Deponentes
igitur omnem maliciã
et omnẽ dolum ⁊ simulatio-
nes ⁊ inuidias ⁊ omes detra-
ctiones/ sicut modo geniti in-
fantes rationabiles ⁊ sine do-
lo lac cõcupiscite ut in eo cre-
scatis in salutem. Si tamen
gustatis: quoniam dulcis est
dñs. Ad quem accedentes la-
pidem viuũ ab hoĩb⁹ quidẽ
reprobatum: a deo autem ele-
ctum ⁊ honorificatum. Et ip-
si tanq̃ lapides viui superedi-
ficamini domos spirituales ⁊
sacerdotiũ sctm/ offerẽtes spi-
ritales hostias acceptabiles
deo ꝑ iesum christũ. Propter
quod continet scriptura. Ec-
ce ponam in syon lapidẽ sũ-
mum angularem ꝓbatũ ele-
ctum preciosum: ⁊ omnis q̃ cre-
diderit in eum non confunde-
tur. Uobis igitur honor cre-
dentibus: non credentib⁹ au-

tem lapis quem reprobaue-
runt edificantes / hic factus
est in caput anguli. Et lapis
offensionis et petra scandali
his qui offendunt verbo / nec
credunt in quo et positi sunt.
Uos autem genus electum:
regale sacerdotium / gens
sancta / populus acquisitio-
nis: vt virtutes annuncietis
eius qui de tenebris vos vo-
cauit in admirabile lumē su-
um. Qui aliquando non po-
pulus dei: nunc autem popu
lus dei. Et qui non consecu-
ti misericordiam: nunc autē
misericordiam consecuti.
Duo pueri in superpelliceis
in pulpito dicant. Alleluya
℣. Hec dies quam fecit domi-
nus exultemus et letemur in
ea. non repetatur Alleluya
q̄a nūq̄ repetatur primū Alla.
post suum versū quando duo
Alleluya. habentur. sed se-
cūdum Alleluya, semper re
petatur post suum versum. si
militer fiat quando vnum so
lum Alleluya habetur. Dei-
de alij duo pueri ad gradum
chori in superpelliceis cantētc
hoc Alleluya. ℣. Laudate
pueri dominum: laudate no
men domini. Et finiatur a cho
ro: statim sequatur alius ℣.
ab eisdem pueris ℣. Sit no-
men domini benedictum ex
hoc nunc & vsq̄ in seculum.
similiter finiatur a choro.
Deinde repetatur Alleluya
sine neuma. Sequentia.

Mane prima sabbati sur
gens dei filius / nostra
spes & gloria. Uicto rege sce
leris redijt ab inferis cū sum
ma victoria. Cuius resurre-
ctio omni plena gaudio con
solatur omnia. Resurgētis
itaq̄ maria magdalene fa-
cta est prenuncia Ferēs chri
sti fratribus eius morte tristi
bus expectata gaudia. O bti
oculi quib⁹ regē seculi mor-
te iam deposita prima est itui
ta. Hec est illa femina cui⁹
cūcta crimina ad christi vesti
gia eius lauit gratia. Que
dum plorat & mēs orat facto
clamat qd cor amat iesū sup
omnia. Non ignorat quem
adorat quid precetur sed dele
tur quod mens timet cōscia.
O maria mat pia stella ma-
ris appellaris operum p me-
rita. Matri christi coequata
dum fuisti sic vocata sed ho-
nore subdita. Illa mūdi ipe
ratrix ista beata peccatrix le-
ticie primordia fuderunt in
ecclesia. Illa enim fuit por
ta per quam fuit lux exorta
hec resurgentis nuncia mun
dum replet leticia. O maria
magdalena audi vota laude
plena apud christum chorū
istum clementer cōsilia. Ut
fons summe pietatis qui te la
uit a peccatis seruos suos at
q̄ tuos mundet data venia.
Amen dicant omnia.



Secundum iohannem xx.ca

In illo tempore. Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonem petrum: et ad alium discipulum quem diligebat iesus / et dixit eis. Tulerunt dominū meum de monumento: et nescio vbi posuerūt eum. Exijt ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro / et venit prior ad monumentum. Et cum se inclinasset: vidit lintheamina posita / non tamen introiuit. Uenit ergo symon petr⁹ sequēs eum: et introiuit in monumētum. Et vidit lintheamia posita: et sudarium quod fuerat super caput eius nō cum lintheaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnū locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit et credidit. Nondum enim sciebāt scripturas: quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo. Offertoriū. Benedictus qui venit in nomine domini: benedicimus vobis de domo domini deus dominus et illuxit nobis alleluya alleluya. Secreta

Concede quesumus domine semper nos p hec misteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparatiōis operatio perpetue fiat nobis causa leticie. Per. Cō.

Omnes qui in christo baptizati estis christum induistis alleluya. Postcommunio.

Redemptiōis nostre munere vegetati q̄s dn̄e: vt hoc perpetue salutis auxilio fides semper vera proficiat. Per dominum nostrum.

¶ Dn̄ica in oc. pasche. Offi.

Resurrexi et adhuc tecū sum allya: posuisti sup me manum tuam alleluya mirabilis facta est sciētia tua. all'a all'. ps. Dn̄e pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et

resurrectionē meā. Gl'ia. Or. Deus q̄ hodierna. vt̄ in die pasche / 3 nulla fiet memo. de do. Ep'la. Expurgate vetus. q̄re supra i die pasche. Loco gr. 8 All'a. ℣ Pascha nr̄m i molat⁹ est xp̄s. Scd̄m All'. ℣ Angel⁹ dñi descēdit de celo et accedēs reuoluit lapidē et sedebat super eum. Sequētia.

Laudes saluatori voce modulemus supplici. Et deuotis melodijs celesti dño iubilemus messie. Qui seipsum exinaniuit vt nos perditos liberaret hoies Carne gloriā deitatis occulēs. Pānis tegit in p̄sepe miserās p̄cepti transgressorē pulsū patria padisi nudulū. Joseph marie symeoni subdit. Circuncidit ꝫ legali hostia mūdatur vt pctōr nr̄a q̄ solet relaxare crimina Serui subijt man⁹ baptizād⁹ ꝫ pfert fraudes tētatoris fugit p̄sequentiū lapides. Famē patit dormit ꝫ tristat ac lauat discipulis pedes de⁹ hō sūm⁹ hūilis. Sed tñ inter hec abiecta corporis. Eius deitas nequaq̄ quiuit latere signis varijs et doctrinis p̄dita. Aquam nuptijs dat saporis vinei. Cecos oculos claro lumine vestiuit: leprā luridam tactu fugat placido Putres suscitat mortuos mēbraq̄ curat debilia. Fluxū sanguinis cōstrinxit ꝫ saturauit q̄nq̄ de panibus q̄na milia. Stagnū pagrat fluctnans seu siccum litus vēto cedat Linguam reserat cōstrictam recludit aures priuatas vocibus febres depulit. Post hec mira miracula taliaq̄. Spōte sua comprehenditur et damnatur Et se crucifigi nō despexit. Sed sol eius mortem non asperit Illuxit dies quam fecit dñs Hostē deuastās et victor suis apparens dilectoribus viu⁹. Prio marie dehinc apostol'. Docens scripturas cor aperiens vt clausa de ipso reserarent. Faueāt igitur resurgenti christo cuncta gaudijs Flores segetes : rediuiuo fructu vernāt. Et volucres gelu tristi terso dulce iubilāt Lucet clarius sol ꝫ luna morte christi turbida. Tell⁹ herbida resurgenti christo plaudit que tremula eius morte se casurā minitat Ergo die ista exultemus qua nobis viā vite resurgēs patefecit ies⁹. Astra solum mare iocundentur et cuncti gratulentur i celis spiritales chori trinitati. Euangelium Offertorium. Secre. vt supra in die pasche Infra canonem. Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis dñi. et Hanc igitur oblatio. Cetera omnia sicut in die pasche dicuntur. ¶ Missa dominicalis per ebd. dr. Officiū.


Uasi mõ geniti infãtes allã. rationabiles siñe dolo lac cõcupiscite allã allã allã. Ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Non dr̃ Gloria i excelsis i ferijs p totũ annũ quando de fer. agit. nec. Ite missa est. Oratio.

Presta q̃s oĩpotens deus vt qui paschalia festa pegim⁹: hec te largiente moribus ⁊ vita teneam⁹ Per In oĩbus ferijs pascha. tpe et in oĩb⁹ festis triũ lec. sine regimine chori/ dñr tres collecte sicut in prima dñica aduẽt⁹ dñi ꝑnotatũ ẽ. ¶ Lectio epystole btĩ ioãnis apl'i. i. v. c

Arissimi: Omne qđ natũ est ex deo: vincit mũdũ. Et hec est victoria q̃ vicit mũdũ: fides nr̃a. Quis ẽ autẽ qui vicit mũdũ: nisi q̃ credit qm̃ iesus ẽ fili⁹ dei. Hic est q̃ venit per aquã et sanguinẽ: iesus christ⁹. Nõ in aqua solũ sed in aqua et sanguine. Et spũs est qui testificatur: qm̃ christ⁹ ẽ veritas. Qm̃ tres sũt q̃ testimoniũ dant i celo: pater verbũ et spũssanct⁹. et hi tres vnũ sunt. Et tres sũt qui testimoniũ dãt in terra: spũs aqua ⁊ sãguis/ ⁊ hi tres vnũ sũt. Si testimoniũ hoĩm accipim⁹: testimoniũ dei maius est. Qm̃ hoc ẽ testimoniũ dei qđ mai⁹ est: q₂ testificat⁹ est de filio suo. Qui credit i filiũ dei: habet testimoniũ dei in se. Loco gr. dicat hoc All'. V. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorũ suorũ ⁊ dixit pax vobis. All'a. V. Angelus dñi descẽdit de celo ⁊ accedẽs reuoluit lapidẽ et sedebat sup eũ. All'⁹ V. Rñdẽs aũt angel⁹ dixit mulierib⁹ quẽ q̃ritis/ ille aũt dixerũt/ iesum nazarenũ. Isti. ij. V. dñr p ebđ. alĩnis vicib⁹: ita tñ q V. Rñdens prior dr̃ qñ de fer. agit. Et si nulla fer p hãc ebđ. ad hoc vaca. tũc vltim⁹ V. eo ãno ꝑtermittat. Et notãđ. ẽ q oĩ die p hoc idẽ tp̃s dñr duo All'a. ad mis. de quocũq3 fiat seruitiũ except. vigiliis pasche/ ascẽsiõis/ et pẽth. ⁊ nisi i mis. q̃ i ꝓces. dñr



¶ Secundum ioannẽ. xx. c.

In illo tp̃e. Cũ esset sero die illo vna sabbato

rũ/ et fores essent clause vbi erant discipuli cõgregati ꝓpter metũ iudeorũ: venit iesus ⁊ stetit in medio / et dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis manus ⁊ latus. Gauisi sũt ergo discipuli: viso dño Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pr̃: et ego mitto vos. Hec cũ dixisset: insufflauit ⁊ dixit eis. Accipite spm̃ sctm̃: quorũ remiseritis pctã: remittuntur eis. Et quorũ retinueritis: retenta sunt. Thomas aũt vnꝰ ex duodeci q̃ dicitur didimus nõ erat cũ eis quãdo venit iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli. Uidimꝰ dñm. Ille aũt dixit eis. Nisi videro ĩ manibus eius fixurã clauorum/ ⁊ mittã digitum meũ in locum clauorũ/ et mittã manũ meã in latus eius: non credã. Et post dies octo iterũ erãt discipuli eius intus: ⁊ thomas cũ eis. Uenit iesus ianuis clausis: ⁊ stetit ĩ medio ⁊ dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitũ tuũ huc: et vide manꝰ meas. Et affer manũ tuã ⁊ mitte in latꝰ meũ: et noli esse incredulꝰ sed fidelis Respõdit thomas et dixit ei. Dñs meꝰ: et deus meꝰ. Dixit ei iesus. Q꞉ vidisti me thoma credidisti: bti q̃ non viderunt et crediderunt. Multa quidẽ et alia signa fecit iesus in cõspectu discipulorꝶ suorũ que non sunt scripta in libro hoc Hec autem scripta sũt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eiꝰ Offr. Angelus dñi descẽdit de celo ⁊ dixit mulieribꝰ: quẽ queritis.: surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe mũera dñe quesumus exultantis ecclesie: et cui causam tãti gaudij contulisti: perpetuũ fructum concede leticie. Per dominũ. Cõio. Mitte manũ tuã ⁊ cognosce loca clauorũ allã. et noli esse incredulus sed fidelis allã alleluya. Postcõio.

Quesumus dñe deus noster: vt sacrosancta misteria que pro reparatiõis nostre munimine contulisti: et presẽs nobis remediũ esse facias ⁊ futurũ. Per. ¶ Feria iiij. Ad corinthios. j. xv. cap.

Fratres: Si christus ꝑdicatur ꝙ resurrexit a mortuis quomodo quidã dicunt in vobis qm̃ resurrectio mortuorũ nõ est? Si autẽ resurrectio mortuorũ non est: neqꝫ christꝰ resurrexit. Si autem christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra/ inanis est ⁊ fides vestra. Inuenimur autẽ et falsi testes dei: quoniã testimonium diximus aduersus deum/ ꝙ suscitauerit christum: quẽ non suscitauit si mortui nõ resur

gunt. Nam si mortui non re
surgunt: neq; christus resur=
rexit. Quod si christus nō re=
surrexit: vana est fides vestra
Adhuc enim estis in peccatis
vestris. Ergo et qui dormie=
rūt in christo: perierūt. Si in
hac vita tātum in christo spe
rantes sumus: miserabilio=
res sumus omnibus homini
bus. Nunc autem christus re
surrexit a mortuis: primitie
dormientium. Quoniam qui
dem per hominem mors: et p
hominē resurrectio mortuo=
rum. Et sicut in adam om̄es
moriuntur: ita et in christo om
nes viuificabuntur. Unusquisq;
autem: in suo ordine. Per
iesum christum dominum no
strum. Secundū marcū. xvi.

In illo tēpore: Surgēs
iesus mane prima sab=
bati: apparuit primo marie
magdalene / de qua eiecerat
septē demonia. Illa vadens
nūciauit his qui cum eo fue=
rant: lugentibus et flentibus
At illi audiētes quia viueret
et visus esset ab ea: non credi
derunt. Post hec autem duo
bus ex his ambulantib⁹ ostē
sus est in alia effigie / eunti=
bus in villam. Et illi euntes
nunciauerūt ceteris: nec cre=
diderunt illis. ¶ Feria sexta
Ad hebreos. xiij. Capitulo.

Fratres Obedite prepo
sitis vestris: et subiace=
te eis Ipsi enim peruigilant
quasi rationē pro animabus
vestris reddituri vt cum gau
dio hoc faciant et non gemē
tes. Hoc enim nō expedit vo
bis: orate pro nobis. Confidi
mus enim quia bonam con=
scientiam habemus in omni
bus bene volentes conuersa
ri. Amplius autem deprecor
vos hoc facere: quo celerius
restituar vobis. Deus autem
pacis qui eduxit de mortuis
pastorem magnū ouium in
sanguine testamēti eterni do
minum nostrum iesum xp̄m
aptet vos in omni opere bo=
no: vt faciatis voluntatē ei⁹
faciens in vobis quod pla=
ceat coram se: per iesum chri
stū. Cui ē gloria i secula seculor.
Amē. Scd̄m matheū. xxviij.

In illo tempore: Exie=
runt mulieres de monu
mento: cum timore et gaudio
magno: currentes nunciare
discipulis eius. Et ecce iesus
occurrit illis dicens. Auete.
Ille autem accesserunt et te=
nuerunt pedes eius: et adora=
uerunt eum Tunc ait illis ie
sus. Nolite timere. Ite nun=
ciate fratribus meis vt eant
in galileam: ibi me videbūt
Que cum audissent / ecce qui
dam de custodibus venerunt
in ciuitatē et nunciauerunt
principibus sacerdotum om
nia que facta fuerant. Et cō=
gregati cum senioribus con
silio accepto pecuniā copio=

sam dederunt militibus dicẽ tes. Dicite quia discipuli ei⁹ nocte venerũt: ⁊ furati sunt eũ nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside nos suadebimus ei: ⁊ securos vos faciem⁹. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatũ est verbum istud apud iudeos: vsqꝫ in hodiernum diem. ¶ Sciẽdum est qꝫ in oĩ festo cũ regi. cho. ab oct. pasc. vsqꝫ ad ascẽ. dñi. scdm Alla. erit vnum de supscriptis: q̃bus dictis reincipiant: illa de ebdo. pas. videlicet de. iij. iiij. ⁊. v. fer. per ord. quib⁹ dictis reincipiant subscripta et sũt nouẽ in nũero. Alla. ℣⁹. Mane nobiscũ dñe q̃a declinata est iam dies ad vesperũ. Alla. ℣. Oportebat pati christũ ⁊ resurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriam suam Alla. ℣. Christus resurgens ex mortuis iã non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Alla. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro: q̃ pro nobis pependit in ligno Alla. ℣. Surrexit christ⁹ ⁊ illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo. Alla. ℣. Christus mortuus est propter delicta nostra: ⁊ surrexit ꝓpter iustificationem nostrã Alla. ℣. Surgens iesus dñs noster stetit in medio discipulorum suorũ et dixit pax vobis. Alla. ℣. Surrexit dñs ⁊ occurrens mulieribus ait auete. tunc accesserunt ⁊ tenuerũt pedes eius. Alla. ℣. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileã Si in hac dominica vel in sequentibus fiat seruitium de aliquo festo cũ regimine chori tunc ad missam secundum Alleluya. non erit de dñica/ sed vnum erit de nouem predictis per ordinem. ¶ Dñica secunda post pascha/ hac die et omnibus dñicis dieb⁹ vsqꝫ ad ascẽsionẽ dñi dicitur missa de resurrectione sicut i die pasche preter q̃. et Cõmunicantes ⁊ Hãc igitur sed nulla fiat memoria de dñica. ad missam de resurrectione: ⁊ semper dicit̃ sequẽs. Victime paschali. Et si festum alicuius sancti cum regimine chori in dñica euenerit tunc de sancto dicitur missa. et memoria de resurrectione. Sed non de dominica. ¶ Notandũ est qꝫ in omnibus dñicis a pascha vsqꝫ ad ascẽs. erit primum Alla. ℣. Pascha nostrũ. ⁊ scdm Alleluya de sua dñica scꝫ qd pl⁹ faciat mẽtionẽ de resur. qd ẽ vltimũ. Et semꝑ infra predictũ tẽpus de quocũqꝫ dr̃ missa fiat mẽo. de resur. cũ hac orõne. Deus q̃ p vnigenitũ. nisi i inuentione scẽ crucis. Missa vero dñicalis per ebdo. dr̃ cum prefa. quotid. Et si nulla feria per ebdo. vacauerit a

festo tunc in dominica in capitulo dicitur missa dñicalis ebdomade secunde. Officiũ.



Misericordia dñi plena est terra alleluia verbo dñi celi firmati sũt alleluya all'a. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui in filij tui humilitate iacentẽ mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuã cõcede leticiã: vt quos perpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eũdẽ do. Lcõ ep'le bti petri apli. j.ij.

Carissimi. Christus passus est ꝑ nobis vobis relinquẽs exemplum: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatũ nõ fecit nec inuẽtus est dolus in ore eius. Qui cũ malediceretẽ nõ maledicebat Cum pateretur: nõ cõminabatur. Tradebat autẽ iudicãti se iniuste q peccata nostra ipse pertulit i corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iusticie viuamus cui⁹ liuore sanati sum⁹ Eratis enĩ sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem ꝯ episcopũ: aiarũ vestrarum All'a v. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Alleluya. v. Surrexit pastor bonus qui posuit animã suam pro grege suo.



Scđm iohãnem. x. capitulo.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sũ pastor bonus. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Mercennarius aũt et q non est pastor: cuius nõ sunt oues proprie: videt lupũ venientẽ / ꝯ dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: ꝯ dispergit oues. Mercennarius aũt fugit quia mercennarius est ꝯ nõ pertinet ad eũ de ouib⁹. Ego sum pastor bon⁹. Et cognosco oues meas: ꝯ cognoscũt me mee Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrẽ. Et animã meã pono: ꝑ ouibus meis. Et alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere et vocẽ meam audient. Et fiet vnum ouile: et vnus pastor.

Offr. Deus de⁹ meus ad te de luce vigilo et in nomine tuo leuabo manus meas alleluya. Secreta.

BEnedictionē nobis domine cōferat salutarē sacra semp oblatio vt quod agit mysterio virtute pficiat Per dñz. Cō. Ego sum pastor bonus all'a: et cognosco oues meas et cognoscūt me mee all'a alleluya. Postcōio

PResta nobis oīpotens et misericors deus: vt viuificationis tue gratiā cōsequētes: in tuo semper munere gloriemur. Per dominū

¶ Feria quarta. Lectio epistole beati petri apli. j. j. cap.

CArissimi. Sciētes φ nō corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra cōuersatiōe paterne traditionis: sed pcioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati christi. Precogniti quidem antē mundi constitutionem manifestati autē nouissimis tēporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deum. Qui suscitauit eū a mortuis & dedit ei gloriā: vt fides vestra et spes esset in deo. Aias vestras castificantes: in obedientia caritatis in fraternitatis amore simplici ex corde attētius inuicem diligite/ renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili/ p verbum dei viui et permanētis in eternū Quia ois caro vt fenū: & ois gloria eius tāφ flos feni. Exaruit enim fenum: & flos eius decidit. Verbū aūt domini: manet in eternum.

Scdm Lucam. xxiiij. caplo.

IN illo tempore. Una sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentū: portātes que parauerant aromata. Et inuenerūt reuolutum lapidē a monumento: et ingresse non inuenerunt corpus domini iesu. Et factum est dum mente consternate essēt de isto: ecce duo viri steterūt iuxta illas i veste fulgenti. Cū timerent autē et declinarent vultū in terrā: dixerunt ad illas Quid queritis viuentem cū mortuis Nō est hic: sed surrexit Recordamini qualiter locutus est vobis: cū adhuc i galilea esset dicens. Quia oportet filium hois tradi in man⁹ hominū peccatorū et crucifigi: et tertia die resurgere. Et rememorate sunt verborū eius et regresse a monumento nūciauerunt hec oia illis vndecim & ceteris oibus Erat aūt maria magdalene et iohāna et maria iacobi: & cetere que cum eis erant que dicebāt ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentū verba ista: et non credebant illis. Petrus autem surgens

cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit lintheamina sola posita. Et abijt secum mirans: quod factum fuerat.

¶ Feria.vi. Ad romanos. v.

Fratres Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius obeditionem iusti constituuntur multi. Lex autem subintrauit: vt abundaret delictum. Ubi autem abundauit delictum: superabundauit et gratia. Ut sicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iusticiam in vitam eternam. Per iesum christum dominum nostrum.

Secundum Matheum. ix. cap.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum discipuli iohannis dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere: quandiu cum illis est sponsus? Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis: in vestimentum vetus. Tollet enim plenitudinem eius a vestimento et peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres et vinum effunditur: et vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.

¶ Missa dominicalis ebdomade tercie. Officium.



Iubilate deo omnis terra alleluia. psalmum dicite nomini eius alleluia date gloriam laudi eius alleluia alleluya alleluya. Ps. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine in multitudine virtutis tue. Oratio.

Deus qui errantibus vt in viam possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Lectio epystole beati petri apostoli. j.ij. Capitulo.

Carissimi. Obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desiderijs que militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum in die

CArissimi In hoc scim⁹ qm̄ cognouimus deū: si mādata eius obseruamus. Qui dicit se scire eū: ꝫ māda ta eius nō seruat mēdax est/ et in hoc veritas non est. Nā qui custodit verbū eius: vere in hoc caritas dei perfecta est In hoc scimus: qm̄ i ipso su mus Qui dicit se i xp̄o mane re debet quemadmodum ille ambulauit: ꝫ ipse ambulare Scd'm matheum. xvij. cap.

IN illo tp̄e. Interroga uerūt discipuli iesum dicētes. Quid scribe dicūt: ꝙ helyam opoꝛteat pꝛimū ve nire? At ille respōdēs: ait eis Helyas quidē venturus est: et restituet oia. Dico autem vobis ꝙa helyas iā venit: et nō cognouerunt eū/ sed fece runt in eo quecūꝗ voluerūt Sic ꝫ fili⁹ hois: passurus est ab eis. Tunc intellexerūt di scipuli: ꝙa de iohāne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eum homo genibus pꝛouolutus ante eū dicēs. Domine miserere filio meo: ꝙa lunaticus est ꝫ male patitur. Nā sepe cadit i ignē ꝫ crebꝛo in aquam: et obtuli eum discipulis tuis/ ꝫ nō po tuerūt curare eum. Respon dens autē iesus: ait. O gene ratio incredula et peruersa: quousꝗ ero vobiscum/ vsꝗ quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eum iesus: et exijt ab eo de monium: et curatus est puer ex illa hoꝛa.

¶ Dñica. v. Ad mis. Officiū.



Exaudi dñe vo cem meā qua clamaui ad te: adiutoꝛ meus esto ne derelinquas me neꝗ despi cias me deus salutaris meus ps. Dñs illuminatio mea: et salus mea quē timebo Gl'ia patri. Sicut erat. Oꝛatio.

DA nobis quesumus do mine vt et mundi cur sus pacifice nobis tuo oꝛdi ne dirigatur: et ecclesia tua trāquilla deuotione letetur. Per dominū nostrum iesum chꝛistū filium tuum. Lectio epistole beati petri apl'i. j. iij.

CArissimi. Omnes vna nimes in oꝛatiōe esto te: compacientes fraternita tis amatoꝛes/ misericoꝛdes/ modesti humiles. Non red dentes malum pꝛo malo: vel maledictum pꝛo maledicto/ sed econtrario benedicentes Quia in hoc vocati estis: vt benedictionē hereditate pos sideatis. Qui enim vult vi tā diligere et videre dies bo nos coerceat linguam suam a malo/ et labia eius ne lo

quātur dolum. Declinet aūt a malo ꝛ faciat bonū: inquirat pacem et sequatur eam. Quia oculi dñi super iustos et aures eius in preces eorū. Vultus autem dñi: super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini ꝓpter iusticiā beati. Timorē autem eorum ne timueritis: vt nō conturbemini. Dominū autē christū sanctificate: in cordibus vestris. Gr. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Dñe deus virtutū exaudi preces seruorū tuorum. Alla. V. In te dñe speraui nō cōfundar ineternū: in tua iusticia libera me ꝛ eripe me inclina ad me aurem tuā accelera vt eripias me.

Secūdum Lucam. v. capitē.

In illo tēpore. Cū turbe irruerēt ad iesum vt audirēt verbū dei: ꝛ ipse stabat secus stagnū genezaret. Et vidit duas naues stantes secus stagnū: piscatores aūt descēderāt / et lauabāt retia. Ascendēs aūt in vnā nauim q̄ erat symonis: rogauit eū. vt a terra reduceret pusillū. Et sedēs docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui: dixit ad symonē. Duc in altū: et laxate retia vestra in capturā. Et respōdens symon: dixit illi. Preceptor / p totā noctem laborātes nichil cepimus: i verbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent cōcluserūt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur aūt rete eorū: ꝛ annuerūt socijs qui erant in alia naui vt venirēt / ꝛ adiuuarēt eos. Et venerunt / et impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cū videret symon petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me dñe: quia homo peccator sum. Stupor enim circūdederat eum: et oēs qui cum illo erāt in captura pisciū quam ceperāt. Similiter aūt iacobum et iohānem filios zebedei: qui erant socij symonis. Et ait ad symonē iesus. Noli timere: ex hoc iā homines eris capiēs. Et subductis ad terrā nauibus: relictis oībus secuti sunt eum. Offr. Benedicam dñm qui tribuit michi intellectū: prouidebā deum in ꝯspectu meo semper quoniam a dextris est michi ne commouear. Secreta.

Ascendant q̄s dñe p̄ces humilitatis nostre in conspectu clemētie tue et descēdat super hec oblata virtus tue diuinitatis: quā nostris quoqꝫ purificandis mētibus largiaris. Per d. Cōio. Vnā petij a dño hāc requirā vt inhabitem a domo dñi oībus dieb⁹ vite mee. Postcōio

Misteria nos dñe quesumus sancta purificent: et suo munere tueātur. Per.

¶ Fer. iiij. Ad timotheū. i. ij.

Carissime. Obsecro primū omniū fieri obsecrationes / orationes / postulationes / gratiarū actiones: pro oībus hominibꝰ. Pro regibus et oībus q̄ in sublimitate sunt cōstituti: vt quietā & tranquillā vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est & acceptū coram saluatore nostro deo: q̄ oēs homines vult saluos fieri et ad agnitionē veritatis venire. Unus eni deus vnus & mediator dei & hominū / homo christus iesus qui dedit redēptionem semetipsum p̄ oībus. Cuius testimoniū tēporibus suis ꝯfirmatū est: i quo positus sum ego p̄dicator & apostolus. Ueritatem dico nō mentior: doctor gentium in fide et veritate.

Secūdum Lucam. viij. cap.

In illo tēpore. Factum est in vna dierꝫ: & iesus ascendit in nauiculā et discipuli eiꝰ. Et ait ad illos. Trāsfretemus trans stagnum. Et ascēderunt. Nauigantibus aūt illis: obdormiuit. Et descēdit procella vēti i stagnū: et cōpellabātur fluctibus & periclitabantur. Accedentes autē: suscitauerunt eū dicētes. Preceptor / perimus. At ille surgens increpauit vētū & tēpestatem aque: & cessauit. Et facta est trāquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timētes: mirati sunt adinuicē dicētes. Quis putas hic est. Quia vētis imperat & mari: et obediunt ei.

¶ Dñica. vj. Ad mis. Officiū



Dominus fortitudo plebis sue & ptector salutarium christi sui est: saluū fac populum tuum dñe et bn̄dic hereditati tue / & rege eos vsq; in seculum. ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me & assimilabo descendētibus in lacū. Oratio.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia p̄parasti: īfunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in oībus & super oīa diligentes: promissiōes tuas que oē desideriū superāt ꝯsequamur Per. Ad Romanos. vj. capi.

Fratres. Quicunq; baptizati sumus i christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti eni sumus cū illo per baptismum in mortē: vt quomodo surrexit christus a mortuis p̄ gloriam patris / ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus

similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus Hoc sciẽtes/ qa vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati: vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autẽ mortui sumus cũ christo: credimus qa simul etiam viuemus cum christo Scientes qȝ christus resurgẽs ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dñabitur. Quod enĩ mortuꝰ est pctõ: mortuus est semel. Quod autẽ viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidẽ esse pctõ viuẽtes autẽ deo. In christo iesu: dño nostro. Gr. Conuertere dñe aliquãtulum ⁊ deprecare sup seruos tuos. V. Dñe refugium factus es nobis a gñatiõe et progenie. Alla. V. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me.

Scdm matheum. v. capitu.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis qz nisi abũdauerit iusticia vestra plusq̃ scribarum ⁊ phariseorũ: nõ itrabitis in regnũ celorum. Audistis qa dictũ est antiquis: nõ occides. Qui autẽ occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: qa ois q̃ irascitur fratri suo / reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo racha: reus erit ɔcilio. Qui aũt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris qa frater tuus habet aliqd aduersum te / relique ibi munus tuũ ante altare / ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo. Et tũc veniẽs: offeres munus tuũ. Offr. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ cõmoueãtur vestigia mea: inclina autẽ tuam et exaudi verba mea: mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperantes in te dñe. Secreta.

Propiciare dñe supplicatiõibꝰ nostris: ⁊ has oblationes famulorũ tuorũ benignus assume: vt qđ singuli obtulerũt ad honorem tui nois / cũctis pficiat ad salutẽ. Per. Cõio. Circuibo ⁊ immolabo ĩ tabernaculo eiꝰ hostiam iubilationis cãtabo ⁊ psalmũ dicã dño. Postcõio.

Quos celesti dono dñe saciasti psta q̃s / vt a nfis mũdemur occultis: et ab hostiũ liberemur insidijs. Per.

¶ Feria. iiij. Lctõ epl'e beati iohãnis apostoli. i. ij. capit.

Carissimi. Non scripsi vobis quasi ignorãtibus veritatẽ: sed quasi scietibus eã / qm omne mẽdacium ex veritate non est. Quis est mẽdax / nisi is qui credit: qm iesus nõ est christus? Hic est antichristus: q̃ negat patrẽ ⁊

filiũ. Oĩs qui negat filiũ: nec patrẽ habet. Qui aũt cõfitetẽ filiũ: et patrẽ habet. Uos qđ audistis ab initio: i vobis p̃maneat. Quia si i vobis permãserit qđ audistis ab initio: et vos i filio et patre p̃manebitis. Et hec est repromissio: quã ipse pollicitus est nobis vitã eternã. Scḋm marcũ. x.

In illo tp̃e. Cũ egressus esset iesus in via: p̃currẽs quidã genuflexo ante eũ: interrogabat eũ dicẽs. Magister bone: quid faciã vt vitã eternã p̃cipiã? Jesus aũt dixit ei. Quid me dicis bonũ Nemo bon⁹: nisi solus deus. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres / ne occidas / ne fureris / ne falsum testimoniũ dixeris / ne fraudẽ feceris: honora patrẽ tuũ et matrẽ Et ille r̃ñdẽs: ait illi. Magister bone hec oĩa obseruaui a iuuẽtute mea. Jesus aũt ĩtuitus eũ dilexit eũ: et dixit ei. Unum tibi deest. Uade / vẽde oĩa q̃cũq̃ habes et da pauperibus: ⁊ habebis thesaurũ i celo: et veni seq̃re me. ¶ Dñica. viij. Officium.



Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit p̃plos nobis: ⁊ gẽtes sub pedib⁹ nr̃is. Oro

Deus virtutum cui⁹ est totũ quod est optimũ insere pectoribus nostris amorem tui nois / et presta in nobis religionis augmentum: vt q̃ sũt bona nutrias ac pietate studio q̃ sunt nutrita custodias. P. Ad romanos. vij.

Fratres. Humanũ dico propter ĩfirmitatẽ carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete membra vestre seruire iusticie i sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis: tunc i illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ: mors est: Nũc vero liberati a peccato: serui aũt facti deo. Habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ: finem vero vitã eternam. Stipendia eni peccati: mors. Gratia autẽ dei: vita eterna. In christo iesu: dño nostro. Gr. Uenite filij audite me: timorem domini docebo vos. V⁹. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non cõfundentur. Alla. V. Te decet hymn⁹ de⁹ in syon: ⁊ tibi reddet votũ in hierusalẽ. Scḋm marcũ. viij.

In illo tẽpore. Cũ turba multa esset cũ iesu nec haberẽt qđ mãducarent: cõuocatis discipulis ait illis

Misereor super turbā: quia ecce iam triduo sustinēt me/ nec habent quid māducent. Et si dimisero eos ieiunos i domū suam: deficient in via Quidā enim ex eis: de longe venerūt. Et respōderūt ei: discipuli sui. Unde istos poterit qs hic saturare panib' in solitudie. Et iterrogauit eos Quot panes habetis. Qui dixerūt. Septē. Et precepit turbe: discūbere super terrā. Et accipiēs septē panes: gratias agēs fregit et dabat discipulis suis/ vt apponerent Et apposuerūt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit & iussit apponi. Et māducauerūt: et saturati sunt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmētis septem sportas. Erant aūt qui māducauerāt: quasi quattuor milia: & dimisit eos. Offer.

Sicut in olocaustū arietū & taurorum & sicut in milibus agnorum pinguiū sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt complaceat tibi quia nō est confusio cōfidētibus in te dñe. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblatiōes populi tui benignus assume: & vt nullius sit irritū votum nullius vacua postulatio: presta qs: vt quod fideliter petim': efficaciter consequamur. Per. Cōio.

Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. Postcōio.

Repleti dñe muneribus tuis tribue qs: vt & emundemur effectu/ & muniamur auxilio. Per dominum.

¶ Fer. iiij. Ad romanos. viij

Fratres. Nichil nūc dānationis est his q sunt in christo iesu: qui nō secūdū carnem ambulāt. Lex enim spiritus vite in christo iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nā quod impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnem deus filiū suum mittēs in similitudinē carnis peccati. Et de peccato damnauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. qui nō secundū carnē ambulamus/ sed scdm spiritum. Qui enim secūdum carnē sunt: q carnis sunt sapiūt. Qui vero scdm spiritū sunt: q sunt spiritus sentiūt. Nam prudētia carnis: mors est. Prudentia autē spiritus: vita et pax. In christo iesu: dño nro. Scdm matheū. xij.

In illo tpe. Abijt iesus sabbato per sata: discipuli autē eius esurientes/ ceperunt euellere spicas & māducare. Pharisei aūt videntes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciūt: quod nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nō legistis quid fecerit dauid quādo esurijt: & qui cū

illo erant? Quomodo intravit in domum dei: & panes propositionis comedit quos non licebat ei edere/ neqꝫ his qui cum eo erant: nisi solis sacerdotibus. Aut nõ legistis in lege: qꝫ sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violãt/ & sine crimine sunt? Dico autem vobis quia templo maior est hic. Si aũt sciretis quid est misericordiam volo & nõ sacrificium: nũqꝫ cõdẽnassetis inocẽtes. ¶ Dñica. viij. Offm.



Uscepim⁹ de⁹ misericordiã tuam i medio templi tui secundũ nomẽ tuum de⁹ ita et laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sctõ ei⁹

Deus cuius pui- Oro. dẽtia i sui dispositione nõ fallitur te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas & omnia nobis profutura concedas. Per.

Ad romanos. viij. Capitulo.

Fratres: Debitores sumus nõ carni: vt secũdũ carnẽ viuamus. Si enim secũdum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicũqꝫ eni spiritu dei agũtur: hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ dei/ in quo clamam⁹ abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro: qꝫ sumus filij dei. Si aũt filij: & heredes. Heredes quidẽ dei: coheredes aũt christi. Gr. Esto michi in deũ protectorem et in locũ refugij vt saluũ me facias. ℣. Deus in te speraui dñe non confundar ineternũ. Alla. ℣. Attẽdite popule meus in legem meam.

Secundum matheum. vij.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis/ q̃ veniunt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecus autẽ sũt lupi rapaces. A fructibus eorũ: cognoscetis eos. Nunqd colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit. Mala autẽ arbor: fruct⁹ malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala fruct⁹ bonos facere. Ois arbor q̃ nõ facit fructũ bonum excidetur et in ignẽ mittet. Igitur ex fructibus eorũ: cognoscetis eos. Non ois qui dicit michi dñe dñe/ intrabit in regnũ celorũ sed qui facit voluntatem patris mei qui i celis est: ipse intrabit in regnũ celorũ. Offr. Populũ humilem saluũ fa-

cies dñe et oculos. superborũ humiliabis quoniã quis de⁹ preter te dñe. Secreta.

Deus qui legalium differentias hostiarũ vni⁹ sacrificij perfectione sanxisti accipe sacrificium a deuotis tibi famulis oblatum: ⁊ pari benedictiõe sicut munera iusti abel sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem / cunctis pficiat ad salutem. Per. Cõio.

Gustate et videte quoniã suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo. Postcommunio.

Tua nos dñe medicinalis operatio ⁊ a nostris peruersitatibus clementer expediat: ⁊ ad ea que sunt recta perducat. Per dominum.

Feria. iiij. Ad romanos. v. c.

Fratres: Cõmendat de⁹ suam caritatem in nobis: qm̃ si cũ adhuc pctõres essemus secũdum tempus xp̃s pro nobis mortuus est: multo igit̃ magis iustificati nũc in sanguine eius salui erim⁹ ab ira per ipsum. Si enim cũ inimici essemus reconsiliati sumus deo per mortẽ filij ei⁹ multomagis reconsiliati salui erimus in vita ipsius. Nõ solum autẽ: sed ⁊ gloriamur in dño. Per iesum xp̃m: dñm nostrum. Secundũ marcũ. ix.

In illo tẽpore: Dixerũt discipuli ad iesum Magister / vidim⁹ quẽdam in nomine tuo eijcientem demonia et prohibuimus eum: qui nõ sequitur nos. Jesus autẽ ait illis. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo: ⁊ possit cito male loqui de me. Qui enim nõ est aduersum vos: p vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicẽ aque frigide in nomine meo quia christi estis: amen dico vobis nõ perdet mercedẽ suam. Et quicũq; scandalizauerit vnũ ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circũdaretur mola asinaria collo eius et in mare mitteretur Et si scãdalizauerit te man⁹ tua: abscide illam. Bonũ est tibi debilem itroire in regnũ dei: q̃ duas manus habẽtem ire in gehennam in ignem inextinguibilẽ / vbi vermis eorum non moritur / ⁊ ignis nõ extinguitur. Et si pes tu⁹ scãdalizat te: amputa illum Bonum est tibi claudum introire in vitam eternam: q̃ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis vbi vermis eorum non moritur / ⁊ ignis nõ extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eũ. Bonũ est tibi luscum itroire in regnum dei: q̃ duos oculos habẽtem mitti in gehẽnam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur.

Dñica.ix: Ad missã Offm.

Ecce deus adiuuat me ⁊ dominus susceptor ẽ anime mee: auerte mala inimicis meis ⁊ in veritate tua disperde illos protector meus domine. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et i ṽtute tua libera me. Or.

Largire nobis dñe quesumus semper spiritum cogitandi que recta sunt propicius ⁊ agendi: vt qui sine te esse non possumus: scd'm te viuere valeamus. Per.

Ad corinthios. j.x. Capitl'.

Fratres: Non simus concupiscentes malorũ: sicut ⁊ illi concupierunt. Neq₃ ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis quẽadmodũ scriptum est. Sedit populus mãducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerũt ludere. Neq₃ fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sũt et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq₃ tentemus christum: sicut quidam eorũ tentauerunt/ ⁊ a serpẽtibus perierunt. Neq₃ murmuraueritis sicut quidã eorũ murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia: in figura cõtingebãt illis. Scripta sunt autem hec ad correptionem nostrã: i quos fines seculorum deuenerũt. Itaq₃ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apprehẽdat: nisi humana. Fidelis autem deus est q̃ nõ patietur vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cum temptatione etiam prouentũ: vt possitis sustinere. Gr. Domine dñs noster q̃ admirabile ẽ nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniam eleuata est magnificẽtia tua sup celos. Alleluya. V. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob/ sumite psalmum iocundum cum cythara.

Secundum lucam. xvj. cap.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidã erat diues qui habebat villicum: ⁊ hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem villicationis tue. Iam enim non poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se Quid faciam: q₂ dñs meus aufert a me villicationẽ. Fodere non valeo: mẽdicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione recipiãt me i domos suas. Cõuocatis itaq₃ singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quantum debes dño meo? At ille dixit. Centũ cados olei. Dixitq₃ illi. Accipe cautionem tuam ⁊ sede ci.

to: & scribe quinquaginta. Dein de alio dixit. Tu vero quantū debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas & scribe octogita. Et laudauit dñs villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi: prudentiores filijs lucis in generatiōe sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ut cū defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offer. Iusticie dñi recte letificātes corda et dulciora sup mel & fauum nā & seru⁹ tuus custodiet ea.

Suscipe munera Secreta quēs dñe que tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosancta misteria gratie tue operante virtute & presentis vite nos conuersatione sāctificent: & ad gaudia sempiterna pducant. P. Cōio. Primum qrite regnū dei: & oia adijcientur vobis dicit dñs. Postcōio

Sit nobis quesum⁹ dñe reparatio mentis & corporis celeste mysteriū: vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per dñm.

Lect. iiij. Ad romanos. vj. c

Fratres: Nescitis quoniā cui exhibuistis vos seruos ad obediendum serui estis eius cui obedistis. Siue peccati ad mortem: siue obeditionis ad iusticiā. Gratias autem deo q fuistis serui peccati: obedistis autē ex corde in eam formā doctrine i qua traditi estis. Liberati autem a peccato: serui facti estis iusticie. In christo iesu: dño nostro. Secundū lucam. xvj. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiore fidelis est. Et qui i modico iniquus est: & in maiori iniquus est. Si ergo i iniquo māmona fideles non fuistis quod verum est: quis credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis quod vestrū est: quis dabit vobis? Nemo seruus: potest duob⁹ dñis seruire. Aut enim vnum odiet & alterum diliget: aut vni adherebit & alterū contēnet. Nō potestis deo seruire: & māmone. Audiebant enim hec oia pharisei qui erant auari & deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corā hominibus: deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est: abominatio est ante deum.

Dñica. xj. Ad missā. Offm.



Dum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquāt michi & humiliauit eos qui est ante secula & manet i eternum: iacta cogitatum tuū in

dño ⁊ ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationem meā et ne despexeris deprecationē meam; intēde michi ⁊ exaudi me. Oratio.

Pateant aures misericordie tue dñe precibus supplicantium: ⁊ vt petentibus desiderata cōcedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum.

Ad corinthios. j.xij. Capit.

Fratres Scitis qm̄ cum gentes essetis: ad simulachra muta put ducebamini eūtes. Ideo notum vobis facio ꝙ nemo in spiritu dei loquens: dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem autē spiritus. Et diuisiones ministrationum sūt: idē autē dñs. Et diuisiones operationum sunt: idē vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiꝗ autē datur manifestatio spiritus: ad vtilitatem. Alij quidē per spiritū datur sermo sapientie: alij autē sermo scientie secūdū eūdem spiritū. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatū: in vno spiritu. Alij operatio virtutum / alij ꝓphetia: alij discretio spirituū / alij genera linguarum / alij īterpretatio sermonū. Hec autē oīa operatur vnꝰ atꝗ idē spūs: diuidens singulis put vult. Grad. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuarū ꝓtege me. ℣. De vultu tuo iudicium meū ꝓdeat: oculi tui videant equitatem. Alla. ℣. Dñe deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coram te.

Secundum lucam. xix. Cap.

In illo tempore: Cū appropiquasset iesus hierusalem: videns ciuitatē fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu. Et quidē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nunc autē abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te: ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo / et circūdabūt te / ⁊ coangustabūt te vndiꝗ / et ad terrā prosternēt te / ⁊ filios tuos qui in te sūt. Et nō relinquent in te lapidē super lapidē: eo ꝙ non cognoueris tempus visitatiōis tue. Et ingressus in tēplū: cepit eiicere vēdentes in illo ⁊ emētes / dicens illis. Scriptū est: q̄a domus mea domus oratiōis est. Uos autē fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in tēplo. Offer. Ad te dñe leuaui animā meam deus meus in te confido non erubescam: neꝗ irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non cōfundentur. Secreta.

Concede nobis hec quesumꝰ dñe digne frequētare misteria: quia quotiens huius hostie commemoratio

celebratur: opus nostre redẽ=ptionis exercet. Per d. Cõio. Acceptabis sacrificium iusti cie oblatiões ꝛ olocausta su=per altare tuũ dñe. Postcõio.

Tui nobis dñe cõio sa=cramenti: ꝛ purificatio nem conferat, et tribuat vni=tatem. Per dominũ. ¶ Feria quarta ad corinthios. j. xv.

Fratres: Non ois caro eadẽ caro: sed alia ho=minũ, alia pecorũ, alia volu crũ, alia aũt pisciũ, et corpa celestia ꝛ corpa terestria. Sed alia qdem celestiũ glia: alia aũt terrestriũ Alia claritas so lis, alia claritas lune: ꝛ alia claritas stellaꝝ. Stella aũt a stella differt in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuorũ. Seiat in corruptione: surget in icor ruptione. Seminatur i igno bilitate: surget in gloria. Se minatur in infirmitate: sur=get in virtute. Seiatur corpꝰ animale: surget corpus spiri tale Si ẽ corpꝰ aiale ẽ ꝛ spiri tale. Sicut scriptũ est Factus est primus homo adam in a=nimam viuentem nouissimꝰ adam in spiritũ viuificantẽ. Sed non prius quod spirita=le est: sed quod animale, dein de quod spiritale. In christo iesu: dño nostro. S. luca. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite vobis ne forte gra uentur corda vestra in crapu la et ebrietate, et curis huius vite: ꝛ superueniat in vos re pẽtina dies illa. Tanꝗ laqueꝰ eni supueniet in oẽs: q sedẽt sup faciẽ ois terre. Uigilate itaqꝫ orãtes omni tẽpore: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: ꝛ sta re ante filium hominis.

¶ Dñica vndecima. Officiũ.



Deus i loco sã cto suo deus q inhabitare fa cit vnanimes in domo ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi sue. Ps. Exurgat deus ꝛ dissipentur inimici eius: ꝛ fu giant qui oderunt eum a fa=cie eius. Oratio.

Deus qui omnipotentiã tuam parcẽdo maxime et miserãdo manifestas: mul tiplica sup nos gratiã tuã: vt ad tua pmissa currẽtes cele=stium bonorũ facias esse con sortes. P. Ad corithios. j. xv.

Fratres: Notũ facio vo bis euãgelium quod p=dicaui vobis, quod ꝛ accepi=stis: in quo ꝛ statis, per quod et saluamini. Qua ratione p dicauerim vobis si tenetis: ni si frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod ꝛ accepi: qm̃ christꝰ iesus mor=tuus est pro peccatis nostris scdm scripturas: ꝛ qa sepultꝰ est ꝛ q resurrexit tertia die se

eūdū scripturas. Et q꞉ visꝰ est
cephe: ⁊ post hec vndeci. Dei
de visus est plusq̄ qngētis fra
tribus simul: ex quibꝰ multi
manēt vsq̄ adhuc q̄dā aūt doꝛ
mierūt. Deinde visus est iaco
bo: deinde aplīs oībꝰ. Nouis
sime aūt oim tanq̄ aboꝛtiuo:
visus est ⁊ michi. Ego eni sū
minimꝰ aploꝛū q̄ nō sum di
gnus vocari apl's: qm̄ psecu
tus sum ecclesiā dei. Gr̄a aūt
dei sū id qđ sum: ⁊ gr̄a eiꝰ in
me vacua nō fuit. Grad. In
deo sperauit coꝛ meū ⁊ adiu
tus sum: ⁊ refloꝛuit caro mea
et ex volūtate mea cōfiteboꝛ
illi. ℣. Ad te dn̄e clamabo deꝰ
meus ne sileas ne discedas a
me. Alla. ℣. Dn̄e refugiū fa
ctus es nobis a gn̄atione ⁊ p
genie. Scđm lucam. xviij. ca

In illo tempoꝛe: Dice
bat iesus ad quosdam
qui in se confidebant tanq̄ iu
sti: et aspernabantur ceteros
parabolam istā dicens. Duo
homines ascenderunt in tem
plum vt oꝛarent: vnus phari
seus ⁊ alter publicanꝰ. Pha
riseus autem stans: hec apud
se oꝛabat. Deus gratias ago
tibi: quia non sum sicut cete
ri hominum/raptoꝛes/iniu
sti/adulteri velut etiā hic pu
blicanus. Ieiuno bis in sab
bato: decimas do omniū que
possideo. Et publicanus a lō
ge stans/nolebat nec oculos
ad celū leuare: sed pcutiebat
pectus suum dicens. Deus p
picius esto michi peccatoꝛi.
Amē dico vobis: descēdit hic
iustificatus in domum suam
ab illo. Quia oīs qui se ex
altat humiliabitur: ⁊ q̄ se hu
miliat exaltabit. Offr. Exal
tabo te dn̄e qm̄ suscepisti me
nec delectasti inimicos meos
super me dn̄e clamaui ad te ⁊
sanasti me. Secreta.

Tibi dn̄e sacrificia dica
ta reddātur: q̄ sic ad ho
noꝛem nominis tui deferēda
tribuisti: vt eadē remedia no
stra fieri prestares. Per dn̄m.
Cō. Honoꝛa dn̄m de tua sub
stantia et de pꝛimitijs frugū
tuarum vt impleant hoꝛrea
tua saturitate ⁊ vino toꝛcula
ria redundabunt. Postcōio.

Quesumus dn̄e deus no
ster vt quos diuinis re
parare non desinis sacramen
tis: tuis nō destituas benignꝰ
auxilijs. Per. ¶ Feria quarta
Ad coꝛinthios. j. vj. Capit.

Fratres: Nescitis qm̄ coꝛ
poꝛa vr̄a mēbꝛa sūt xp̄i
Tollens ergo mēbꝛa xp̄i fa
ciens mēbꝛa meretricis? Absit
An nescitis qm̄ q̄ adheret me
retrici: vnum coꝛpus efficit?
Erūt eni (inq̄t) duo in carne
vna. Qui autē adheret deo:
vnus spiritus est. Fugite foꝛ
nicationem. Omne enim pec
catum quodcunq̄ fecerit ho
mo: extra coꝛpus est. Qui au
tem foꝛnicatur i coꝛpus suū

peccat An nescitis qm mēbra vestra templū est spiritussancti qui in vobis est: quē habetis a deo: & non estis vestri? Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deum: in corpore vestro.

Secundum lucam. xviij. ca.

IN illo tēpore: Dicebat iesus discipulis suis: parabolam hanc. Qm oportet semper orare: et non deficere dicēs. Judex quidam erat in quadam ciuitate qui deū nō timebat: & hominē non reuerebatur Vidua autē quedam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduersario meo Et nolebat per multū tēpus. Post hec autē: dixit intra se. Et si deū nō timeo nec hominē reuereor: tñ qa molesta est michi hec vidua vindicabo illā ne in nouissimo veniēs suggillet me. Ait autē dñs. Audite / quid iudex iniqtatis dixit Deus autē nō faciet vindictā electorū suorum clamātiū ad se die ac nocte: & patientiā habebit i illis? Dico aūt vobis: qa cito faciet vindictā illorum.

Dñica. xij. Ad missā Offm.



Deus in adiutoriū meū itēde dñe ad adiuuandū me festina / cōfūdāt et reuereāt inimici mei q̄ q̄rūt aīam meā. ps. Auertātur retrorsum & erubescant: q̄ volunt michi mala. Oratio.

OMnips sempiterne de⁹ qui abūdātia pietatis tue et merita supplicū excedis & vota effunde sup nos miam tuā vt dimittas q̄ ↄsciētia metuit & adijcias qd ora nō psumit. Per. Ad corinthios. ij. iij. ca.

FRatres: Fiduciā talem habemus p xpm ad deū nō q sufficiētes sim⁹ cogitare aliqd a nobis quasi ex nobis / sed sufficiētia nra ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamēti: nō littera / sed spū Littera eni occidit: spūs aūt viuificat. Qd si ministratio mortis litteris deformata in lapidib⁹ fuit i gl'ia: ita vt nō possent intēdere filij israel in faciē moysi / pter gl'iam vult⁹ ei⁹ q̄ euacuat: quō nō magis ministratio spūs erit i gl'ia? Nā si ministratio dānatiōis i gl'ia est: multomagis abūdat ministeriū iusticie i gl'ia. Gr. Benedicā dñm i oī tpe sēp laus ei⁹ in ore meo. V. In dño laudabit aīa mea: audiāt māsueti & letent. All'a. V. Venite exultem⁹ dño iubilem⁹ deo salutari nro, Alius V⁹. Preoccupemus faciē ei⁹ in confessione et in psalmis iubilemus ei. Isti duo. V. dñr p ebdo. alt'nis vicibus: ita tñ q V. Preoccu. primo dicitur quando de feria

agitur. Et si nulla fer. p ebd. ad hoc vacauerit: tunc vltimus h. eo ano olno pretermittatur. Scdm Marcu. vij.ca.

In illo tpe. Exiens iesus de finibus tyri: venit p sydone ad mare galilee iter medios fines decapoleos. Et adducut ei surdum et mutu: et deprecabatur eu vt imponat illi manu. Et apprehendens eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius. Et expuens: tetigit linguam eius. Et suspiciens in celum: igemuit/ et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures ei: et solutu est vinculu lingue eius/ et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quato aute eis precipiebat: tatomagis plus pdicabat/ et eo amplius ammirabant dicentes. Bene oia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui. Offer. Precatus est moyses i cospectu dni dei sui et dixit. Precatus est moyses i ospectu dni dei sui et dixit. quare dne irasceris i populo tuo parce ire anime tue memento abraha ysaac et iacob quibus iurasti dare terra fluentem lac et mel. et placatus factus est dns de malignitate qua dixit facere populo suo. Secreta.

Respice qs dne nostram propicius seruitute: vt qd offerimus sit tibi munus acceptum: sitque nostre fragilitatis subsidium. Per. Cōio De fructu operum tuorum dne satiabitur terra vt educas panem de terra et vinum letificet cor hois/ vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hominis confirmet. Postcōio.

Sentiamus dne qs tui perceptione sacramenti subsidium metis et corporis: vt i vtroque saluati celestis remedij plenitudie gloriemur. Per dnm. ¶ Feria. iiij. Epla Ad corinthios. ij. iiij. capi.

Fratres. Non nosmetipsos predicamus: sed iesum christum dnm nostru. Nos autem seruos vestros: per iesum. Quonia deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: illuxit in cordib nostris ad illuminatione scientie claritatis dei/ i facie christi iesu. Habemus aute thesauru istu in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei: et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed no angustiamur. Aporiamur: sed no destituimur. Persecutione patimur: sed no derelinquimur. Humiliamur: sed no cofundimur. Deijcimur: sed non perimus. Semper mortificatione iesu christi in corpore nostro circunferetes: vt et vita iesu i corporibus nostris manifestetur.

Secundu Matheu. xi. capi.

IN illo tpe. Cepit iesus exprobrarecciuitatibus in quib⁹ facte sunt plurime virtutes eius: qa nõ egissent penitẽtiã. Ve tibi corosaim: ve tibi bethsaida. Quia si in tyro ⁊ sydone facte essent virtutes q̃ facte sunt i vobis: olim in cynere et cilicio penitẽtiã egissent. Veruntamen dico vobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit in die iudicij q̃ vobis. Et tu capharnaũ: nũqd vsq3 in celũ exaltaberis? Usq3 in infernum descendes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes q̃ facte sunt in te: forte mãsissent vsq3 in hunc diem. Veruntamen dico vobis: qa terre sodomorum remissius erit in die iudicij: q̃ tibi.

¶ Dñica. xiij. Ad missã. Offi.



Espice dñe in testamentum tuum: et aias pauperũ tuorũ ne derelinquas i finem: exurge domine iudica causam tuã et ne obliuiscaris voces q̃rẽtium te. Ps. Ut quid deus repulisti in finẽ: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Oro.

OMnipotẽs ⁊ misericors deus de cui⁹ munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiaẽ: tribue nobis q̃s umus: vt ad promissiones tuas sine offẽsione curramus. Per dñm.

Ad Galathas. iij. Capitulo.

FRatres. Abrahe dicte sunt p̃missiones. et semini eius. Non dicit ⁊ seminib⁹ quasi i multis: sed quasi in vno ⁊ semini tuo q̃ est christus. Hoc autẽ dico testamẽtum confirmatum a deo: que post quadringẽtos et trigita annos facta est lex: nõ irritũ facit ad euacuãdam promissionem. Nam si ex lege esset hereditas: iam nõ est ex promissiõe Abrahe aũt: p repromissionẽ donauit deus. Quid igitur lex. Propter trãsgressionẽ posita est: donec veniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius non est: deus aũt vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura oia sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi: daretur credẽtibus Gr. Respice domine in testamentũ tuum: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. V⁹. Exurge dñe et iudica causã tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Alla. V. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnem terram.

Secundum Lucam. x. Cap.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enī vobis: q multi prophete & reges voluerūt videre que vos videtis et nō viderūt. & audire que auditis & nō audierūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit: tētans illum et dicēs. Magister: qd faciēdo vitam eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille aūt rńdens dixit. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. & ex omnib⁹ viribus tuis / et ex omni mēte tua. et proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac: & vives. Ille autē volens iustificare seipsum: dixit ad iesum Et quis est meus proximus? Suspiciens autē iesus dixit. Homo quidā descendebat ab hierusalē in hierico. et incidit in latrones. Qui etiā despoliauerunt eū: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidam descēderet eadē via: et viso illo preteriuit. Similiter & leuita cū esset secus locum et videret eū: pertrāsijt. Samaritanus autē qdā iter faciens / venit secus eū: & vidēs eū mia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius: infundēs oleū et vinū. Et imponēs illum in iumentum suū: duxit in stabulū et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario / & ait. Curam illius habe: et quodcūq; supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi Quis horū triū videtur tibi proximus fuisse illi q incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miam in illū. Et ait illi iesus. Vade: & tu fac similiter. Offr. In te speraui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias quesumus dn̄e propicius intēde: quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dent honorem. Per dominum. Cōio

Panem de celo dedisti nobis domine habentem omne delectamētum & omnem saporem suauitatis. Postcōio.

Viuificet nos domine quesumus huius participatio sācta mysterij: & pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dn̄m nr̄m iesum christū. ¶ Fer. iiij. Ad thessalonicenses. j. ij. ca.

Fratres. Memores estis laborum nostroꝝ / et fatigationum nocte et die operātes: ne quē vr̄m grauarem⁹. Predicauim⁹ enī i vobis: euāgeliū dei Uos enī testes estis & deus q̄ scē et iuste

et sine qrela vobis q credidi-
stis affuim⁹ sicut scitis. Qua
liter vnūquemq vestrū tāq̄
pater filios suos deprecantes
vos et cōsolantes: testificati
sumus. Ut āmbularetis digne
deo: qui vocauit vos i regnū
suum et gloriā. Ideo et nos
gratias agimus deo sine iter-
missione: quoniā cum acce-
pissetis a nobis verbū audi-
tus dei. Accepistis illud non
vt verbum hominum: sed si-
cut est vere verbum dei: qui
operat̄ in vobis q credidistis
Scdm Matheum. xij. capi.

IN illo tēpore. Abeun-
tes pharisei cōsiliū fa-
ciebāt aduersus iesum: quo-
modo eum perderent. Jesus
autē sciens: recessit inde. Et
secuti sunt eū multi: et cura-
uit eos oēs. Et pcepit eis ne
manifestum eum facerēt: vt
adimpleretur quod dictū est
per ysayā pphetam dicentē.
Ecce puer meus quem elegi
dilectus meus i quo bene cō-
placuit aie mee. Ponā spiri-
tum meū super eū: et iudiciū
gētibus nunciabit. Non cō-
tēdet neq clamabit: neq au-
diet aliquis i plateis vocem
eius. Arundinem quassatam
non confringet: & linum fu-
migans nō extinguet/ donec
eiciat ad victoriam iudiciū.
Et in nomine eius: gentes
sperabunt.

¶ Dñica.xiiij. Ad mis. Offi.



PRotector no-
ster aspice de⁹
s respice i fa-
ciē christi tui
qa melior est
dies vna i a-
triis tuis sup
milia. ps. Quā dilecta taber-
nacula tua dñe virtutum: cō
cupiscit & deficit anima mea
in atria domini. Oratio.

OMnipotēs sempiterne
deus: da nobis fidei spei
et caritatis augmētum: et vt
mereamur assequi quod pro
mittis: fac nos amare quod
pcipis. Per. Ad galathas. v.

FRatres. Spiritu āmbu-
late: & desideria carnis
nō perficietis. Caro eni con-
cupiscit aduersus spiritū: spi
ritus autē aduersus carnem
Hec enim sibi inuicē aduer-
santur: vt nō quecūq vultis
illa faciatis. Quod si spiritu
ducemini: non estis sub lege
Manifesta autē sunt opera
carnis: que sunt fornicatio/
immundicia/ auaricia/ ipu-
dicitia/ luxuria/ ydolorū ser
uitus. Ueneficia/ inimicicie/
contētiones/ emulationes/
ire/ rixe/ dissentiones/ secte/
inuidie/ homicidia/ ebrieta-
tes/ comessatiōes: & his simi-
lia. Que predico vobis: sicut
predixi. Quoniam qui talia
agūt: regnum dei nō conse-
quētur. Fructus aūt spiritus
est: caritas/ gaudiū/ pax/ pa-

tientia/ lõganimitas/ boni-
tas/benignitas/mãsuetudo/
fides/modestia/cõtinẽtia/ca-
stitas: aduers⁹ huiuscemodi
nõ est lex. Qui autẽ sunt xpi:
carnem suã crucifixerunt: cũ
vicijs ꝛ concupiscentijs. Gr.
Bonũ est cõfiteri dño: ꝛ psal
lere nomĩ tuo altissime. ℣. Ad
annũciandum mane miam
tuã et veritatem tuã per no-
ctem. Alla. ℣. Confitemini
dño et inuocate nomen eius
annũciate inter gẽtes opera
eius. Scdm Lucam. xvij. ca.
IN illo tẽpore. Cũ iret
iesus in hierusalẽ: trã-
sibat per mediã samariam ꝛ
galileã. Et cum ingrederetur
quoddã castellũ: occurrerũt
ei decẽ viri leprosi. Qui ste-
terunt alonge: ꝛ leuauerunt
vocem suam dicentes. Iesu
preceptor: miserere nr̃i. Quos
vt vidit: dixit. Ite: ostendite
vos sacerdotibus. Et factum
est dum irent: mundati sunt.
Unus autem ex illis vt vidit
quia mũdatus est: regressus
est cũ magna voce magnifi-
cãs deũ. Et cecidit in faciem
ante pedes ei⁹: gratias agẽs.
Et hic erat samaritanus. Re
spõdens aũt iesus: dixit. Nõ-
ne decẽ mũdati sunt: ꝛ nouẽ
vbi sunt? Non est inuẽtus q̃
rediret ꝛ daret gloriam deo:
nisi hic alienigena. Et ait il-
li. Surge/ ꝛ vade: quia fides
tua: te saluum fecit. Offer.

Immittit ãgelũ dñs ĩ circui
tu timentium eum et eripiet
eos gustate et videte quoniã
suauis est dñs. Secreta.
PRopiciare dñe populo
tuo propiciare mune-
ribus: vt hac oblatione pla-
catus et indulgẽtiam nobis
tribuas: et postulata ꝯcedas.
P. Cõ. Panis quẽ ego dedero
caro mea ẽ p sc̃li vita. P⁹cõ.
SUmptis dñe celestibus
sacramentis: ad redem
ptionis eterne q̄s p̄ficiamus
augmentum. Per dominũ.
Fer. iiij. Ad corinthios. ij. vj.
FRatres Nolite iugum
ducere cũ infidelibus:
sed cum fidelibus. Que enim
participatio iusticie cũ iniq-
tate? Aut q̃ societas luci ad
tenebras? Que autẽ cõuẽtio
christi ad belial? Aut q̃ pars
fideli cum infideli? Quis aũt
cõsensus tẽplo dei cum ydo-
lis? Uos autẽ estis templum
dei viui: sicut dicit deus. Quo
niã inhabitabo in illis et in-
ambulabo inter eos: et ero il-
lorũ dñs/ et ipsi erunt michi
populus. Propter quod exi-
te de medio eorum: ꝛ separa
mini dicit dñs. Uos qui por-
tatis vasa dñi: et immũdum
ne tetigeritis. Et ego recipiã
vos et ero vobis in patrem:
et vos eritis michi in filios ꝛ
filias/ dicit dñs oĩpotẽs Has
igitur promissiones habẽtes
carissimi: mũdemus nos ab

omni inquinamēto carnis & spiritus. Perficiētes sanctificationem: in timore dei.

Secūdum Lucam. xij. Capl.

In illo tempore. Ait ad iesum quidā de turba. Magister / dic fratri meo: vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. Homo / q̄s me cōstituit iudicē aut diuisorem supra vos? Dixitq̄ ad illos. Videte / et cauete ab oī auaricia: quia nō in abundantia cuiusq̄ vita eius est ex his q̄ possidet. Dixit autē similitudinē ad illū dicēs. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicēs. Quid faciam: q̄ non habeam quo cōgregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruā horrea mea et maiora faciā: & illuc ꝯgregabo oīa q̄ nata sunt michi / et bona mea / & dicam anime mee. Aīa habes multa bona posita ī annos plurimos: requiesce. comede. bibe. & epulare. Dixit aūt illi deꝰ. Stulte / hac nocte aīam tuā repetent a te: q̄ aūt parasti cuius erit? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deo diues. Dixitq̄ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse aīe vestre quid māducetis: neq̄ corpori vestro q̄d induamini Aīa plus est q̄ esca: & corpus plusq̄ vestimētū. Cōsiderate coruos / q̄a nō semināt neq̄ metūt: quibus nō est celariū neq̄ horreum: et deus pascit illos.

Dñica. xv. Ad missā Offi.

Inclina dñe aurem tuā ad me et exaudi me saluū fac seruū tuū deꝰ meus sperantē in te. miserere michi dñe q̄m ad te clamaui tota die. ps Letifica animā serui tui: q̄m ad te dñe animā meā leuaui. Oratio.

Custodi dñe q̄s ecclesiā tuā propiciatione perpetua: et q̄a sine te labitur humana mortalitas tuis sēper auxiliis / et abstrahat̄ a noxiis: & ad salutaria dirigat̄. Per do. Ad Galathas vj. ca.

Fratres. Si spiritu viuimus: spū & ambulemus Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē prouocantes / īuicē inuidētes Fratres & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spūales estis huiuscemodi īstruite in spū lenitatis. Cōsiderās teipsum: ne & tu tēteris Alter alteriꝰ onera portate: et sic adimplebitis legē xp̄i. Nā si q̄s se existimat aliquid esse cū nichil sit: ipse se seducit Opus aūt suū pbet vnusquisq̄: & sic ī semetipso tantū gloriā habebit / & nō ī altero Vnusq̄sq̄ eni: onus suū por-

tabit Cõicet aũt is q̃ catheci-
zat verbo: ei q̃ se cathecizat ĩ
oĩbus bonis. Nolite errare:
deus non irridet. Que eni se-
minauerit homo: hec et me-
tet. Qm̃ qui seminat ĩ carne
sua: de carne et metet corru-
ptionẽ. Qui autẽ seminat in
spũ: de spũ metet vitã eternã.
Bonũ aũt faciẽtes nõ deficia
mus: tpe enim suo metemus
nõ deficiẽtes. Ergo dũ tẽpus
habemus: operemur bonum
ad oẽs. Maxime aũt: ad do-
mesticos fidei. Gr. Bonũ est
cõfidere in dño q̃ cõfidere in
hoĩe. ℣. Bonũ est sperare ĩ dño
q̃ sperare in pricipib⁹. Alla
℣. Paratum cor meum deus
paratum cor meũ cantabo ⁊
psallam tibi in gloria mea.
Secũdum Matheũ. vj. ca.

In illo tpe. Dixit iesus
discipulis suis. Nemo
potest: duobus dñis seruire.
Aut eni vnũ odio habebit et
alterũ diliget: aut vnũ susti-
nebit ⁊ alterum cõtẽnet. Nõ
potestis deo seruire: ⁊ mãmo-
ne. Ideo dico vobis: ne solli-
citi sitis aĩe vestre quid mã-
ducetis/ neq̃ corpori vestro
q̃d induamini. Nõne aĩa plus
est q̃ esca: ⁊ corp⁹ plus q̃ vesti
mentũ? Respicite volatilia
celi/ q̃m nõ serũt neq̃ metũt.
neq̃ cõgregãt ĩ horrea: ⁊ pa-
ter vester celestis pascit illa.
Nõne vos magis pluris estis
illis? Quis autẽ vestrũ cogi-
tãs potest adijcere ad staturã
suã cubitũ vnũ? Et de vesti-
mẽto q̃d solliciti estis? Cõsi-
derate lilia agri quomodo cre
scunt. Non laborãt. neq̃ nẽt
Dico aũt vobis: q̃m nec salo
mon in oĩ gl'ia sua/ coop'tus
est sicut vnũ ex istis. Si autẽ
fenũ agri q̃d hodie est ⁊ cras
in clibanũ mittitur deus sic
vestit: q̃tomagis vos mini-
me fidei? Nolite ergo sollici
ti esse dicẽtes: q̃d mãducabi-
mus aut quid bibemus. aut
quo operiemur Hec eni oĩa
gẽtes inquirunt. Scit eni pa
ter vester: quia his oĩbus in-
digetis. Querite ergo primũ
regnũ dei: ⁊ iusticiam eius: ⁊
hec omnia adijciẽtur vobis.
Offr. Expectans expectaui
dñm et respexit me: ⁊ exaudi
uit deprecationẽ meã et im-
misit in os meũ cãticũ nouũ
hymnũ deo nostro. Secreta.

Concede nobis dñe q̃s
vt hec oblatio saluta-
ris ⁊ nr̃or fiat purgatio pctõ
rũ ⁊ tue ꝓpiciatio pietatis P.
Cõ Qui mãducat carnẽ meã
⁊ bibit sãguinẽ meũ ĩ me ma
net ⁊ ego ĩ eo dicit dñs. P⁹cõ

Purificẽt semper ⁊ mu-
niant tua sacramenta
nos deus et ad perpetue du-
cãt saluationis effectũ. Per.
¶ Fer. iiij. Ad thimotheũ. j.

Carissime. Scimus aũt
quia bona est lex: si q̃s
ea legitime vtatur. Sciẽtes

hoc quia iusto nō est lex po-
sita: sed iniustis & nō subditis
impijs et peccatorib⁹/ scele-
ratis et cōtaminatis patrici-
dis & matricidis/homicidis:
fornicarijs/masculorū cōcu
bitoribus/plagiarijs/ mēda
cibus/et periuris. Et si quid
aliud sane doctrine aduersa-
tur: que est scdm euāgelium
glorie beati dei quod creditū
est michi Gratias ago ei qui
me cōfortauit in christo iesu
dño nro/ qa fidelē me existi-
mauit ponēs i ministerio: q
primus fui blasphemus & p-
secutor & cōtumeliosus. Sed
miam dei cōsecutus sum: qa
ignorans feci in incredulita
te. Superabūdauit aūt gra-
tia dñi nostri cū fide & dilectio
ne: q est i christo iesu dño no-
stro. Scdm Lucam. xx. capi.

IN illo tpe. Factum est
in vna dierum docēte
iesu populū in tēplo & euan
gelizāte: cōuenerūt pricipes
sacerdotū et scribe cū senio-
ribus/& aiunt dicētes ad illū
Dic nobis in qua potestate
hec facis: aut quis est q dedit
tibi hanc potestatē? Respō-
dens aūt iesus: dixit ad illos
Interrogabo vos & ego vnū
sermonem: respōdete michi.
Baptismus iohānis de celo
erat: an ex hoibus? At illi co-
gitabant intra se: dicentes.
Quia si dixerimus de celo: di
cet nobis. Quare ergo nō cre
didistis illi? Si aūt dixerim⁹
ex hoibus: plebs vniuersa la
pidabit nos. Certi sunt eni
iohānem pphetā esse. Et re-
sponderunt se nescire: vnde
esset. Et iesus ait illis. Neqȝ
ego dico vobis: in qua pote-
state hec facio.

Dñica. xvj. Ad missā. Offi.



MIserere mi-
chi dñe quo-
niā ad te cla-
maui tota die
qa tu dñe sua
uis ac mitis
es & copiosus
in misericordia oibus inuo-
cantibus te. Ps. Inclina dñe
aurem tuā et exaudi me: qm
inops & paup sum ego. Oro.

ECclesiam tuam dñe qs
miseratio continuata
mundet et muniat: & qa sine
te nō potest salua consistere
tuo semp munere guberne-
tur. Per dn. Ad ephesios. iij.

FRatres. Obsecro vos
ne deficiatis in tribula
tiōibus meis pro vobis: que
est glia vestra. Hui⁹ rei gra-
tia/flecto genua mea ad pa-
trem dñi mei iesu christi: ex
quo ois paternitas in celis &
in terra noiatur. Ut det vo-
bis/secundum diuitias glie
sue virtutē corroborari: per
spiritum eius i interiori ho-
mine christum habitare per
fidem in cordibus vestris. In
caritate radicati et fundati:

vt possitis cõprehẽdere cũ om-
nibus sanctis q̃ sit latitudo / lon
gitudo / & sublimitas & ꝓfun
dũ. Scire etiã supeminẽtem
scientie caritatẽ xp̄i: vt implea
mini in oẽm plenitudinẽ dei.
Ei aũt q̃ potẽs est oĩa facere
supabũdãter q̃ petimus aut
intelligimus secundũ virtu-
tem q̃ operatur in nobis ipsi
gloria in ecclesia: & in xp̄o ie-
su. In oĩs gñationes: seculi
seculoꝝ amẽ. Gr. Timebũt
gentes nomen tuũ dñe: & oẽs
reges terre gloriã tuã. ℣. Qm̃
edificauit dñs syon & videbitur
in maiestate sua. Alla. ℣.
Qui timẽt dñm sperẽt in eũ:
adiutor & protector eorũ est.

Secundum Lucam. vij. Ca.

In illo tẽpore: Ibat ie-
sus in ciuitatẽ q̃ vocatur
naym: & ibant cũ eo discipuli
eius / & turba copiosa. Cũ au-
tẽ appropinquauit porte ciui
tatis: ecce defunctus efferebatur
filius vnicus matris sue. Et
hec vidua erat: & turba ciuita
tis multa cum illa. Quã cum
vidisset iesus: mia motus sup
eã dixit illi. Noli flere. Et ac
cessit: & tetigit loculũ. Hi aũt
qui portabãt: steterũt. Et ait.
Adolescens: tibi dico surge.
Et resedit q̃ erat mortuus: et
cepit loqui: & dedit illũ matri
sue. Accepit aũt oẽs timor: et
magnificabant deũ dicentes
Quia ꝓpheta magnus surre-
xit in nobis: & quia deus visita
uit plebem suã. Offr. Dñe in
auxiliũ meũ respice: cõfundan
tur & reuereant q̃ querũt ani
mã meã vt auferant eã. Secr.

Tua nos dñe q̃sumus sa-
cramẽta custodiãt: & cõ
tra dyabolicos tueantur sem
per incursus. Per. Cõio. Do
mine memorabor iusticie tue
solius deus docuisti me a iu-
uentute mea / & vsq; in sene-
ctam et senium deus ne dere-
linquas me. Postcõmunio.

Mentes nostras & corpo-
ra possideat q̃s dñe done
celestis operatio: vt non no-
ster sensus in nobis / sed ingi
ter eius preueniat effectus. Per.

Fer. iiij. ad colossenses. ij.

Fratres Uidete ne quis
vos decipiat p philoso
phiam & inanem fallaciã se-
cundũ traditionẽ hoĩm: scd̃m
elemẽta mũdi et nõ secũdum
christũ. Qz in ipso inhabitat
oĩs plenitudo diuinitatis cor
poraliter: & estis i illo repleti
q̃ est caput oĩs principatus et
potestatis. In quo & circũcisi
estis circũcisione nõ manufa
cta in expoliatione corporis
carnis: sed in circũcisiõe xp̄i.
Cõsepulti ei in baptismo: in
quo & resurrexistis per fidem
operationis dei / qui suscita-
uit illũ a mortuis. Et vos cũ
essetis mortui i delictis & i pre
putio carnis vestre: cõuiuifi-
cauit cum illo: donãs vobis
oĩa delicta Per iesũ xp̄m: dñm

nostrũ. Secdm marcum. viij.

In illo tempore. Venit iesus bethsaidã: et adducunt ei cecum. Et rogabãt eum vt illũ tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculis eius: impositis manibus suis interrogauit eum si quid videret. Et aspiciens ait Video homines velut arbores: ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos ei⁹: ⁊ cepit videre. Et restitut⁹ est: ita vt videret clare omnia. Et misit illum in domum suam: dicens. Vade in domũ tuã: ⁊ si in vicum introieris: nemini dixeris.

¶ Dñica. xvij. Ad missã Offm



Iustus es dñe et rectum iudicium tuũ: fac cũ seruo tuo secundum misericordiã tuã ps. Beati immaculati i via: qui ambulãt in lege domini. Oratio.

Tua nos dñe q̃s grã semper ⁊ p̄ueniat ⁊ sequat̃ ac bonis operibus iugiter p̄stet esse intentos. Per dñm.

Ad ephesios. iiij. Capitulo.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis / vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate ⁊ mansuetudine: cum patientia supportantes inuicẽ in caritate Sollicẽti seruare vnitatẽ spiritus: in vinculo pacis Unum corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestre. Un⁹ dñs: vna fides / vnũ baptisma. Un⁹ deus et pater oim: q̄ est sup oẽs / ⁊ p oia / ⁊ i oibus nobis. Qui est benedictus i secula seculorum amẽ.

Grad. Beata gens cuius est dñs de⁹ eorũ pp̄ls quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt ⁊ spũ oris ei⁹ ois virt⁹ eor. Alla. ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ / dextera dñi exaltauit me.

Secundum lucam. xiiij. cap.

In illo t̃pore: Cum introisset iesus i domũ cuiusdam principis phariseorũ sabbato manducare panem: et ipsi obseruabant eũ. Et ecce hõ quidã ydropic⁹: erat ante illũ. Et respõdens iesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos / dicẽs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehẽsum sanauit eũ ac dimisit. Et respõdẽs ad illos. dixit. Cui⁹ vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet: et nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterãt ad hec respõdere illi. Dicebat aũt ⁊ ad inuitatos parabolã: intẽdẽs quõ p̄mos accubit⁹ eligerẽt / dicẽs ad illos. Cũ inuitat⁹ fueris ad nuptias: nõ discũbas i p̄mo loco ne forte honoratior

te sit inuitatus ab illo. Et ve
niẽs is q̃ te ⁊ illũ vocauit: di=
cat tibi / da huic locũ. Et tũc
incipias cũ rubore nouissimũ
locũ tenere. Sed cũ vocatus
fueris: vade recũbe in nouis
simo loco. Ut cũ venerit q̃ te
inuitauit dicat tibi. Amice:
ascende superius. Tunc erit
tibi gloria: corã simul discũ=
bentibus. Qꝛ oĩs q̃ se exaltat
humiliabit̃ ⁊ qui se humiliat
exaltabitur. Offr̃. Oraui deũ
meũ ego daniel dicẽs. Exau
di dñe p̃ces serui tui: illumina
faciẽ tuã sup sanctuariũ tuũ
et ꝓpicius itẽde sup populũ
istũ super quem inuocatum
est nomen tuũ de⁹ me⁹. Secr.

Munda nos q̃s dñe sacri
ficij p̃sentis effectu ⁊ p=
fice miseratus i nobis: vt ei⁹
mereamur esse participes. P
Cõio. Uouete ⁊ reddite dño
deo vestro oẽs q̃ in circuitu
ei⁹ affertis munera. terribili
⁊ ei q̃ aufert spm̃ p̃ncipũ ter=
ribili apd̃ oẽs reges t̃re. p⁹cõ

Uiuifica quesumus do
mine mentes nr̃as be=
nignus ⁊ renoua celestib⁹ sa
cramentis: vt consequẽter et
corpoꝝ p̃sens pariter et fu=
turum capiam⁹ auxiliũ. Per
dominum. ¶ Feria quarta.
Epistola Si ei vnius. Euã.
Cum venisset iesus et disci.
Require in fer.iiij. post domi
nicam.xxiij. fol.clxviij.
Dñica.xviij. Officium.


Da pacẽ dñe su
stinẽtibus te
vt ꝓphete tui
fideles inueni
antur exaudi
p̃ces serui tui
⁊ plebis tue is
rael. ps. Letat⁹ sum in his q̃
dicta sunt michi in domũ do
mini ibimus. Oratio

Da q̃s dñe ppl'o tuo dya
bolica vitare contagia
et te solum deum pura men=
te sectari. Per dominum.
Ad corinthios. i.i. Capit.

Fratres: Grãs ago deo
meo semper pro vobis
in gratia dei q̃ data est vobis
in christo iesu. Qꝛ in oĩb⁹ di=
uites facti estis i illo: i oĩ vbo
et in oĩ sciẽtia. Sicut testimo
niũ xp̃i cõfirmatũ est i vobis
ita vt nichil vobis desit in vl
la grã expectãtib⁹ reuelatio=
nẽ dñi nostri iesu xp̃i. Qui et
cõfirmabit vos vsq; in finẽ si
ne crimine: in die aduentus
dñi nr̃i iesu xp̃i. Gr̃. Letat⁹
sũ in his q̃ dicta sũt michi i do
mũ dñi ibim⁹. ℣. Fiat pax in
virtute tua: ⁊ abũdãtia i turri=
b⁹ tuis. Alla. ℣. Letat⁹ sũ i
his q̃ dicta sũt mihi i domum
dñi ibim⁹. ℣. Stãtes erãt pe=
des nr̃i in atrijs tuis hierusa=
lem. Isti duo ℣. dicuntur per
ebdo. alternis vicibus: ita ta
men q; ℣. Stantes. primo d̃r
qñ de fer. agit̃. Et si nulla fe
ria per hanc ebdo. ad hoc va

cauerit/tūc vltimus d. eo an
no omnino pretermittatur.
Secundum matheum. xxii.
In illo tēpore: Accesse-
runt ad iesum pharisei
et interrogauit eum vnus ex
eis legisdoctor tentans eum.
Magister: quod est mandatū
magnum in lege? Ait illi ie-
sus. Diliges dñm deum tuum
ex toto corde tuo: & i tota ani
ma tua/ & in tota mente tua.
Hoc est maximum & primum
mandatum. Secūdum autē:
simile est huic. Diliges proxi
mum tuū: sicut teipsum. In
his duob⁹ mandatis: vniuer
sa lex pendet & prophete. Cō
gregatis autem phariseis: in
terrogauit eos iesus dicens.
Quid vobis videtur de chri-
sto: cuius filius est? Dicunt ei
Dauid. Ait illis. Quomō er-
go dauid in spiritu vocat eū
dñm dicens? Dixit dñs domi
no meo: sede a dextris meis:
donec ponam inimicos tuos
scabellum pedū tuorum. Si
ergo dauid vocat eum dñm:
quomodo filius ei⁹ est? Et ne
mo poterat respondere ei ver
bum: neq; aus⁹ fuit quisq̄ ex
illa die: eum ampli⁹ interro-
gare. Offer. Sctificauit moy
ses altare dño offerens super
illud olocausta / & immolans
victimam fecit sacrificiū ve-
spertinum in odorem suaui-
tatis domino deo in conspe-
ctu filiorum israel. Secreta.

Maiestatē tuā dñe suppli
citer deprecamur vt hec
sancta que gerimus: et a pre-
teritis delictis nos exuant et
futuris. Per. Cōio. Tollite
hostias & introite in atria ei⁹
adorate dñm i aula sctā eius.
Sanctificationi Postcō.
bus tuis oīps de⁹ / et vi-
cia nostra curētur: & remedia
nobis eterna proueniāt. Per.
Feria. iiii. Ad romanos. xv
Fratres: Obsecro vos p
dñm nostrum iesū chri
stum. & per caritatem scti spi-
ritus / vt adiuuetis me in ora
tionib⁹ vřis p me ad deū: vt
liberer ab infidelibus qui sūt
in iudea & obsequij mei obla
tio fiat accepta in hierosoly-
ma sctis vt veniā ad vos i gau
dio per voluntatem dei vt re
frigerer vobiscum. De⁹ autē
pacis sit cū oibus vobis amē
Secundum matheum. xiii. c.
In illo tēpore: Dixit ie-
sus discipulis suis: pa-
rabolam hanc. Simile factū
est regnum celorū granum si
napis. Quod accipiēs homo
seminauit in agro suo quod
minimum est omnibus semi
nibus. Cum aūt creuerit: ma
ius est omnibus oleribus. Et
fit arbor: ita vt volucres celi
veniāt & habitēt in ramis ei⁹
Aliam parabolam locut⁹ est
eis. Simile est regnum celo-
rum fermento: quod acceptū
mulier abscōdit in farine sa-

tis tribus donec fermētatum
est totum. Hec omnia locut⁹
est iesus in parabolis ad tur=
bas: ⁊ sine parabolis non lo=
quebatur eis / vt adimpleret
quod dictum est per prophe=
tā dicentem. Aperiā in para=
bolis os meum: eructabo ab=
scondita: a constitutione mū
di. Dñica.xix. Officium.



Alus ppl'i ego
sum dicit dñs:
de quacūq; tri
bulatione cla
mauerint ad
me exaudiam
eos: ⁊ ero illo
rum dñs i perpetuū. ps. Attē=
dite popule meus legem me=
am: inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nostra q̄s
dñe tue miserationis o=
peratio: quia tibi sine te pla=
cere non possumus. Per.
Ad epheseos. iiij. Capitulo.

Fratres: Renouamini
spiritu mentis vestre: ⁊
induite nouum hominem: q
secundum deum creatus est i
iusticia ⁊ sanctitate veritatis
Propter quod deponētes mē
dacium: loquimini veritatē
vnusquisq; cū proximo suo qm̄
sumus inuicem mēbra. Ira=
scimini ⁊ nolite peccare. Sol
non occidat super iracundiā
vestram. Nolite locum dare
dyabolo Qui furabatur iam
non furetur. Magis autē la=
boret operando manib⁹ suis
quod bonū est: vt habeat vn=
de tribuat necessitatē patien
ti. Gr. Dirigatur oratio mea
sicut incensum in cōspectu tuo
dñe. V. Eleuatio manuū mea=
rum sacrificiū vespertinum.
Alla. V. Qui cōfidūt in dño
sicut mons syon non commo
uebitur ineternū qui habitat
in hierl'm. Secūdū matheū. ix

In illo tēpore: Ascēdēs
iesus in nauiculā: trās=
fretauit ⁊ venit in ciuitatem
suam. Et ecce offerebāt ei pa
raliticum: iacentem in lecto.
Videns autē iesus fidē illoꝝ di
xit paralitico. Confide fili: re
mittuntur tibi peccata tua. Et
ecce quidam de scribis: dixe=
runt intra se Hic blasphemat
Et cum vidisset iesus cogita
tiones eorū: dixit. Vt quid co
gitatis mala in cordibus ve=
stris? Quid est facilius dice=
re / remittuntur tibi peccata
tua: an dicere surge ⁊ ambu=
la? Vt autem sciatis quia fi=
li⁹ hominis habet potestatē i
terra dimittendi peccata: tūc
ait paralitico Surge / tolle le
ctum tuum: et vade in domū
tuam. Et surrexit: ⁊ abijt i do
mum suam. Videntes autem
turbe: timuerunt. Et glorifi=
cauerunt deum: qui dedit po
testatem talem: hominibus.
Off. Si ambulauero in me
dio tribulationis viuificabis
me dñe / ⁊ super irā inimicorū

meo℞ extẽdes manũ tuam: ⁊ saluũ me fecit dextera tua.

Deus qui nos Secreta. per huius sacrificij venerãda cõmercia vnius sũmeq; diuinitatis pticipes effi cis: psta q̃s / vt sicut tuam cognoscimus veritatẽ: sic eã dignis mentibus ⁊ moribus assequamur. Per. Cõ. Tu mã dasti mandata tua custodiri nimis: vtinã dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõio.

Gratias tibi referimus dñe sacro munere vegetati tuã misericordiã dep̃cantes: vt dignos nos eius participatiõe pficias. Per. ¶ Feri. iiij. Ad thessalonicẽses. ij. ij.

Fratres: State ⁊ tenete traditiones quas didicistis: siue p sermonẽ / siue p epistolã nostrã. Ipse aũt dñs noster iesus xps ⁊ deus ⁊ pater noster q dilexit nos / ⁊ dedit cõsolationẽ eternã et spẽ bonã i gratia: cõsolet corda vr̃a / ⁊ cõfirmet in oi opere et sermone bono. De cetero fratres orate p nobis: vt sermo dñi currat ⁊ clarificet vbiq; sicut et apud vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium: est fides. Fidelis autẽ deus est: qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus aũt de vobis in dño: qm̃ q̃ pcipim⁹ ⁊ facitis ⁊ facietis Dñs aũt dirigat corda ⁊ corpa vr̃a in caritate dei: ⁊ patientia christi.

Scdm matheũ. xiij. Capi.

In illo tempore. Accesserũt ad iesum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri? Qui respõdẽs: ait Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager autẽ: est mundus. Bonũ semẽ: hi sũt filij regni. zizania autẽ: filij sunt neq̃. Inimicus autem q seminauit ea: est dyabolus. Messis vero cõsummatio seculi est Messores aũt: angeli dei sunt. Sicut ergo colligũtur zizania ⁊ igni cõburũtur sic erit in cõsummatione seculi. Mittet filius hois angelos suos: ⁊ colligẽt de regno eius oia scandala: ⁊ eos q faciunt iniquitatẽ. Et mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Tũc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Dñica. xx. Ad missã. Offm.

Omnia q fecisti nobis dñe i vero iudicio fecisti: quia peccauim⁹ tibi ⁊ mãdatis tuis nõ obediuimus / sed da gloriam nomini tuo ⁊ fac nobiscũ secundũ multitudinem mie tue ps. Magnus

dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

OMnipotens et misericors deus vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude vt mente et corpore pariter expediti: quae tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dñm.

Ad ephesios. v. Capitulo.

FRatres: Uidete itaque quomodo caute ambuletis. Non quasi insipientes sed quasi sapientes. Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quae sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis/ hymnis/ et canticis spiritalibus/ cantantes et psallentes in cordibus vestris dño. Gratias agentes semper pro omnibus: in nomine dñi nostri iesu xpi deo et patri. Subiecti inuicem: in timore xpi. Gr. Oculi omnium in te sperant dñe et tu das illis escam in tempore oportuno. V. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Alleluya. V. De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocem meam.

Secundum matheum. xxij.

IN illo tempore Loquebatur iesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias et nolebant venire. Iterum misit alios seruos: dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata/ venite ad nuptias Illi autem neglexerunt Et abierunt alius in villam suam: alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos/ et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant: non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos/ et implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali/ et ait illi. Amice/ quomodo huc intrasti: non habemus vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fle-

tus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offer. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Secreta

Hec munera quesumus dñe que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per. Co. Memẽto verbi tui seruo tuo dñe in quo michi spem dedisti: hec me cõsolata est in humilitate mea. Postcõio.

Tua nos dñe medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et tuis semp faciat inherere mandatis. Per. Feria iiij. Ad tymotheum. ij. ij. Cap.

Carissime: Confortare in gratia que data est tibi in christo iesu: et que audisti a me p multos testes. Hec commenda fidelibus hominibus qui ydonei erunt: et alios docere. Labora sicut bonus miles christi iesu. Nemo militans deo: iplicat se negocijs secularibus vt ei placeat qui se pbauit. Nam et qui certat in agone: non coronabit nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolã: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit enĩ tibi dñs: in omnibus intellectum. Secundũ lucam. xiiij.

In illo tempore: Dicebat iesus cuidam principi phariseorum. Cum facis prandiũ aut cenã: noli vocare amicos tuos. neq fratres tuos. neq cognatos neq vicinos. neq diuites. ne forte et ipsi te reinuitent. et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium / voca pauperes / debiles / claudos et cecos. Et beatus eris: quia nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enĩ tibi: in resurrectione iustorũ. Hec cum audisset: quidam de simul discumbẽtibus dixit illi. Beatus qui mãducabit panẽ in regno dei. Dñica. xxi Ad missam. Officium.



In voluntate tua domie vniuersa sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue: tu enim fecisti omnia celum et terram et vniuersa que celi ambitu continentur dñs vniuersorũ tu es. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria. Oratio.

Largire quesumus domine fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacẽ vt pariter ab omnibus mundentur offensis: et secura tibi mente deseruiant. Per dñm. Lectio epistole btĩ pauli apostoli. Ad ephesios. vj. Capit.

Fratres: Cõfortamini in domio: et in potentia

virtutis ei⁹. Induite vos ar=
maturam dei: vt possitis sta=
re aduersus insidias dyaboli.
Quoniā nō est nobis collu=
ctatio aduersus carnē ⁊ san=
guinem: sed aduersus princi=
pes et potestates / aduersus
mūdi rectores tenebrarū ha=
rū contra spiritualia nequi=
cie in celestibus. Propterea
accipite armaturā dei: vt pos
sitis resistere in die malo ⁊ in
oībus perfecti stare. State er
go succincti lūbos vestros in
veritate: ⁊ induti loricā iusti
cie / ⁊ calciati pedes in prepa=
rationem euāgelij pacis. In
oībus sumētes scutum fidei:
in quo possitis oīa tela nequis
simi ignea extinguere. Et ga=
leam salutis assumite: ⁊ gla
dium spūs: quod est verbum
dei. Gr. Dñe refugiū factus
es nobis a generatiōe ⁊ pro=
genie. V. Priusq̄ montes fie=
rent aut formaretur terra et
orbis: a seculo et in seculū tu
es deus. Alla. V. Lauda aīa
mea dñm laudabo dñm in vi
ta mea psallā deo meo q̄ diu
ero. Secundū iohannē. iiij.

In illo tempore. Erat
quidā regulus: cui⁹ fi=
lius infirmabatur capharna
um. Hic cū audisset quia ie=
sus adueniret a iudea in gali
leam: abijt ad eum et roga=
bat eum vt descēderet et sana
ret filium ei⁹. Incipiebat enī
mori. Dixit ergo iesus ad eū.
Nisi signa et prodigia vide=
ritis: nō creditis. Dixit ad eū
regulus. Dñe: descēde priusq̄
moriatur filius meus. Dixit
ei iesus. Uade: filius tuus vi
uit. Credidit homo sermoni
quem dixerat ei iesus: ⁊ ibat.
Jam autem eo descendente:
serui occurrerūt ei. et nūciaue
runt dicētes / quia filius eius
uiueret. Interrogabat ergo
horam ab eis: in qua melius
habuerat Et dixerūt ei: quia
heri hora septima reliquit eū
febris. Cognouit ergo pater
q̄a illa hora erat: ī qua dixit
ei iesus / filius tuus viuit. Et
credidit ipse: et domus eius
tota. Off. Uir erat in terra
noīe iob simplex et rectus ac
timens deum quē sathan pe=
tijt vt tētaret / ⁊ data est ei po
testas a deo ī facultate ⁊ car=
ne eius: perdiditq̄ omnē sub
stantiam ipsius et filios: car=
nem quoq̄ eius graui vlcere
vulnerauit. Secreta.

Celestem nobis prebeant
hec mysteria q̄s dñe
medicinā: et vicia cordis no=
stri expurgent. Per dominū.
Cōio. In salutari tuo aīa
mea ⁊ in verbū tuū speraui:
quādo facies de persequētib⁹
me iudicium / iniqui persecu
ti sunt me adiuua me dñe
deus meus. Postcōio.

Ut sacris dñe digni red
damur munerib⁹: fac
nos q̄s tuis semper obedire

mādatis Per dñz nrm iesum chzistū filiū tuū. ¶Fer.iiij

Ad thessalonicenses.j.j.cap.

FRatres Scientes dilecti a deo dilectionē vestram/quia euāgeliū nostrū nō fuit apud vos in sermone tantum:sed in virtute et spiritu sctō et in plenitudie multa sicut scitis / quales fuerimus in vobis pzopter vos. Et vos imitatozes mei facti estis et dñi: excipiētes verbū in tribulatiōe multa cū gaudio spūssancti. Ita vt facti sitis fozma omnibus credētibus:i macedonia et i achaya A vobis enim diffamatus est sermo dñi / nō solum in macedonia ꝛ i achaia: sed ꝛ i omni loco fides vestra que est ad deum pzofecta est/ita vt non sit nobis necesse quicꝙ loqui Ipsi enim de nobis annūciāt qualem introitum habuerimus ad vos/et quomodo cōuersi estis ad dñm a simulachzis seruire deo viuo ꝛ vero ꝛ expectare filium eius de celis. Quem suscitauit ex moztuis : iesum chzistū dñm nostrū. Scdm Lucam.vj.Cap.

IN illo tempoze. Factū est vt intraret iesus in synagogam ꝛ doceret: ꝛ erat ibi homo/ꝛ manus eius dextra erat arida. Obseruabant autē scribe et pharisei si sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent illum Ipse vero sciebat cogitatiões eoꝝ et ait homini q̄ habebat manum aridam. Surge ꝛ sta in medio. Et surgens:stetit. Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos. si licet sabbatis benefacere an male: aiam saluam facere an perdere? Et circunspectis omnibus:dixit homini. Extende manū tuā. Et extendit. Et restituta est: manus eius. Ipsi autē repleti sunt insipiētia:et colloquebātur adinuicem : quidnam facerent de iesu.

¶Dñica.xxiij. Officium.

SI iniquitates obseruaueris dñe/dñe quis sustinebit:qa apud te ppiciatio est deꝰ israel.ps. De pzofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Glozia patri. Ozatio

FAmiliam tuā q̄sumus domine continua pietate custodi vt a cūctis aduersitatibus te pzotegente sit libera:ꝛ i bonis actibꝰ tuo noi sit deuota. Per dominū nostrū iesum chzistū filiū tuū.

Ad philippenses.j.capitulo.

FRatres. Cōfidimus in domino iesu: quia qui cepit in vobis opus bonum/ perficiet vsqꝫ in diem chzisti iesu. Sicut enim est michi istum hoc sentire ꝑ omnibus

vobis: eo q habeam vos in corde et in vinculis meis/et in defensione et cōfirmatiōe euangelij socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiā vos omnes esse in visceribus iesu christi Et hoc oro: vt caritas vr̄a magis ac magis abundet in omni sciētia: et in omni sensu. Ut probetis potiora: vt sitis sinceres & sine offensa in diem christi. repleti fructu iusticie Per iesum christum: in gloriam et laudem dei. Gr. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguentum in capite quod descēdit in barbam barbam aaron. Alius V. Mandauit dominus benedictionē et vitam vsq; in seculum. Isti duo V̄sus dicuntur alternis vicibus per ebdo. quotiens de feria agitur et si nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit/tunc secūdus versus. omnino pretermittatur. Alleluya. V. Qui sanat contritos corde et alligat cōtritiones eorum.

Secūdum Matheum. xviij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis Et cum cepisset rationē ponere: oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem nō haberet vnde redderet: iussit eum dominus eius venundari/et vxorem eius/& filios/& omnia que habebat/et reddi Procidēs autē seruus ille: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddā tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egressus autē seruus ille: inuenit vnū de conseruis suis qui debebat ei centum denarios. Et tenēs: suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens cōseruus eius: rogabat eum dicens Patiētiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt & misit eum in carcerem/donec redderet debitum. Uidentes autem conserui eius que fiebant contristati sunt valde: et venerunt et narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi Serue neq̄: omne debitum dimisi tibi/quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui: sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eū tortorib⁹ quoadusq; redderet vniuersum debitū. Sic & pr̄ meus celestis faciet vobis: si nō remiseritis vnus

quisq fratri suo: de cordibus vestris. Off. Recordare mei dñe oipotentatui dominans da sermonem rectũ & beneso nãtem in os meũ: vt placeãt verba mea in cõspectu princ-ipum. Secreta.

SUscipe dñe ꝓpicius hostias quibus & te placari voluisti & nobis salutẽ potenti pietate restitui. Per do. Cõio. Dico vobis gaudium est ãgelis dei sup vno pctõre penitẽtiam agẽte. Postcõio.

IMmortalitatis alimoniã cõsecuti qs dñe: vt quod ore pcepimus pura mẽte sectemur. Per. ¶ Fer. iiij. Ad romanos. iij. Capitulo.

FRatres. Scimus quoniã quecunq lex loquitur his qui i lege sunt loquitur / vt omne os obstruat et subditus fiat ois mũdus deo / quia ex operibus legis nõ iustificabitur ois caro corã illo Per legẽ enim: cognitio peccati. Nũc autẽ sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege & ꝓphetis. Justicia autẽ dei per fidẽ iesu christi in oẽs: & super oẽs qui credunt in eũ. Nõ eni est distinctio. Omnes eni peccauerũt: et egent gloriã dei. Justificati gratis per grãm ipsius per redẽptionẽ que est in christo iesu: quẽ proposuit deus propiciatorẽ per fidẽ in sanguie ipsius ad ostẽsionem iustitie sue. ꝓpter remissionẽ pcedẽtiũ delictorũ i sustẽtatiõe dei. ad ostẽsionẽ iusticie ei⁹ i hoc tpe. Ut sit ipse iustus et iustificãs eũ: q ex fide est iesu christi. Secundũ Marcũ. xj. cap.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia si quis dixerit huic mõti / tollere & mittere in mare / et nõ hesitauerit in corde suo. sed crediderit q̃a quodcũq dixerit fiat / fiet ei. Propterea dico vobis. Oia quecunq orãtes petitis: credite q̃a accipietis / et eueniẽt vobis. Et cũ stabitis ad orãdũ: dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ / vt et pater vester qui i celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra. ¶ Dñica vicesimatercia. Offi.



DIcit dñs ego cogito cogitatiões pacis & nõ afflictionis / innocabitis me et ego exaudiã vos et reducã captiuitatẽ vestrã de cunctis locis. Ps. Benedixisti domie terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Gloria patri. Sicut erat. Oratio

DEus refugium nostrũ et virtus adesto pijs ecclesie tue pcibus auctor ipse

pietatis/ et presta vt quod fideliter petim⁹/ efficaciter cõsequamur. Per dñm nostrũ. Ad philippenses.iij.capitulo.

Fratres. Imitatores mei estote: & obseruate eos qui ita ambulãt sicut habetis formã nostram. Multi enim ambulãt/ quos sepe dicebã vobis: nũc autẽ & flens: dico inimicos crucis christi. Quorũ finis interitus: quorũ deus venter est. & gloria i cõfusione eorũ qui terrena sapiunt. Nostra aũt conuersatio: in celis est. Unde etiã saluatorẽ expectamus dñm nostrũ iesum christũ: qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre cõfiguratum corpori claritatis sue/ secũdũ operationem qua possit etiã subijcere sibi oia. In christo iesu: dño nostro. Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos & eos qui nos oderunt cõfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo cõfitebimur i secula. Alleluya. ℣. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te.

Secũdum Matheum. xxij.

In illo tẽpore Abeũtes pharisei cõsiliũ inierũt: vt caperent iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos: cũ herodianis dicẽtes. Magister/ scim⁹ quia verax es: et viã dei in veritate doces/ & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis: personam hominũ. Dic ergo nobis: quid tibi videtur? Licet censum dari cesari/ an non? Cognita aũt iesus nequicia eorũ ait. Quid me tẽtatis hypocrite? Ostẽdite michi numisma census? At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec: et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. Offr. De pfundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam. Secreta.

Sacris nos dñe his seruitijs fac intentos: & vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur quales esse precipis ipse nos pfice. Per dominũ. Cõio. Amen dico vobis quicqd orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcõmunio.

Sumpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecantes vt que in tui commemoratiõe nos facere precepisti: in nostre proficiãt infirmitatis auxilium. Per.

¶ Feria.iiij. Ad romanos. v.

Fratres. Si eni vnius delicto mors regnauit per vnũ hoiem: multomagis abũdantiã gratie & donationis et iusticie accipientes in vita regnabũt per vnum hominẽ iesum christũ. Igitur

sicut per vnius delictū in oēs hoies in ɔdēnationē mortis: sic ⁊ per vnius iusticiā in oēs homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobediētiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi: ita et per vnius obeditionē iusti constituūtur multi. Lex eni subintrauit: vt abundaret delictū Ubi autem abundauit delictū: superabundauit et gratia. Ut sicut regnauit peccatū in mortem: ita et gratia regnet per iusticiam in vitam eternā. Per iesum christum dominū nostrum.

Secūdum Matheū. xvij. ca.

In illo tpe. Cū venisset iesus et discipuli eius capharnaum: accesserūt qui didragmā accipiebant ad petrum / ⁊ dixerūt ei. Magister vester non soluit didragmā? Ait. Etiam. Et cum intrasset domum: preuenit eum iesus dicens. Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum: a filijs suis / an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autem nō scandalizemus eos: vade ad mare et mitte hamū: et eū piscē qui primus ascenderit tolle / et aperto ore eius inuenies staterem. Illum sumens; da eis pro me ⁊ te ¶ Dominica xxiiij. Ad missam Officium.



Dicit dñs ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis / inuocabitis me et ego exaudiā vos ⁊ reducam captiuitatē vestrā de cunctis locis. ps. Benedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatē iacob. Oro.

Absolue q̄s dñe tuorū delicta populorū: et a peccatorū nostrorū nexibus que pro nostra fragilitate cōtraximus / tua benignitate liberemur. Per dñm nostrum.

Ad Colocenses. j. Capitulo.

Fratres. Nō cessamus pro vobis orātes ⁊ postulātes: vt ipleamini agnitione volūtatis dei. In omni sapiētia et intellectu spūali: vt ambuletis digni deo per ola placētes. In omni opere bono fructificantes: ⁊ crescētes in scientia dei. In omni virtute cōfortati: secūdū potētiam claritatis eius. In oī patientia: et longanimitate cum gaudio. In christo iesu dño nostro Grad. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos et eos qui nos oderunt cōfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die et nomini tuo confitebimur ī secula. Alleluya. ℣ Dñe deus meus ī te speraui saluū me fac ex oib⁹ persequentibus me ⁊ libera me.

Secūdum Matheum. ix. ca.

In illo tpe Loquēte ie-
su ad turbas: ecce pri-
ceps vnus accessit/ et adora-
uit eū dicens. Dñe/ filia mea
modo defuncta est: sed veni
impone manum tuam super
eā/ & viuet. Et surgens iesus
sequebatur eum: et discipuli
eius Et ecce mulier que san-
guinis fluxū patiebatur du-
odecim annis: accessit retro &
tetigit fimbriam vestimenti
eius. Dicebat enim intra se.
Si tetigero tantum vestimē
tum eius: salua ero. At iesus
cōuersus et videns eam: dixit
Confide filia: fides tua te sal-
uam fecit. Et salua facta est
mulier: ex illa hora. Offerto.
De profūdis clamaui ad te
domine: domine exaudi orati
onem meam Secreta.

Purificet nos domine q̄s-
sumus muneris pñtis
oblatio: et dignos sacra par-
ticipatiōe pficiat. Per. Cōio

Amē dico vobis q̄cq̄d peti-
tis credite quia accipietis et
fiet vobis. Postcōio.

Sumentes domine dona
celestia q̄s: vt nō nobis
peruenire ad iudicium patia
ris quod tuis fidelibus ad re-
medium prouidisti. Per do.

Fer. iiii. Ad corinthios.

Fratres Nolo fieri vos
socios demoniorū. Non
potestis calicē dñi bibere & ca
licem demoniorum. Non po
testis mense dñi participes
esse: et mense demoniorū. An
emulamur dñm? Nunquid
fortiores illo sum⁹? Omnia
michi licent: sed nō oīa expe
diunt. Oīa michi licent: sed
nō omnia edificant. Nemo
quod suum est querat: sed qđ
alterius. Omne quod in ma-
cello venit mādūcate: nichil
interrogantes propter cōsci-
entiam. Dñi est terra: et ple-
nitudo eius Si q̄s vocat vos
infideliū ad cenam et vultis
ire: omne quod vobis appo-
nitur manducate/ nichil in-
terrogantes propter cōscien
tiam. Si quis autem dixerit
hoc immolatum est ydolis:
nolite mādūcare propter il-
lum qui indicauit/ & propter
conscientiam. Conscietiam
autem dico: non tuam sed al
terius Ut quid enim libertas
mea: iudicatur ab aliena cō-
scientia? Si eni ego cū gra-
tia participo: quid blasphe-
mor pro eo q̄ gratias ago?
Siue ergo manducatis siue
bibitis vel aliud quid faci-
tis: oīa in gloriam dei facite.

Scdm Matheum. xxi. capi.

In illo tempore. Dixit
iesus turbis iudeorum.
Homo quidā habebat duos
filios: et accedens ad primū/
dixit Fili/ vade hodie opera
ri: in vineam meā. Ille autē
respōdens ait. Nolo. Postea
autē penitētia motus: abijt.

Accedēs autē ad alterū: dixit similiter. At ille respondens ait. Eo dñe: & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amen dico vobis: q̄a publicani & meretrices precedēt vos in regno dei. Venit enim ad vos iohānes in via iusticie: & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices: crediderunt ei. Vos autē videntes: nec penitentiam habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat.

¶ Dominica proxima ante aduentum domini. Officium.



Dicit dñs ego cogito cogitatiōes pacis & nō afflictionis inuocabitis me et ego exaudiā vos & reducam captiuitatem vestram de cūctis locis. Ps. Benedixisti dñe terrā tuā auertisti captiuitatē iacob. Oro.

Excita q̄s dñe tuorū fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequentes: pietatis tue remedia maiora pcipiāt. P.

Lctō hieremie pphete. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dñs. et suscitabo dauid germen iustum: et regnabit rex et sapiēs erit/ & faciet iudicium & iusticiā in terra In diebus illis saluabitur iuda & israel habitabit confidēter Et hoc est nomē quod vocabunt eum: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs: et nō dicent vltra. viuit dñs q̄ eduxit filios israel de terra egypti. Sed viuit dñs qui eduxit et adduxit semen domus israel de terra aquilonis: & de cūctis terris/ ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra sua. Dicit dñs oīpotēs. Gr. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos/ et eos q̄ nos oderūt confudisti. V. In deo laudabimur tota die & nomini tuo cōfitebimur in secula. Alla. V. Timebunt gentes nomen tuum dñe: et oēs reges terre gloriam tuā. Per ebd. quādo de feria agitur dicitur istud Alla. V. In exitu israel de egipto/ domus iacob de populo barbaro. vel Alla. V. Confitebor tibi domine in toto corde meo et in conspectu angelorum psallā coram te.

Scdm iohannem. vj. capi.

In illo tempore. Cum subleuasset oculos iesus & vidisset quia multitudo maxima venit ad eū: dixit ad philippū. Unde ememus panes: vt mādUcēt hi? Hoc aūt dicebat: tentans eū. Ipse enī sciebat: quid esset facturus. Respōdit ei philippus. Ducentorū denariorū panes nō

sufficiũt eis: vt vnusquisq; modicũ qd accipiat. Dixit ei vn⁹ ex discipulis ei⁹: andreas frater symõis petri. Est puer vn⁹ hic: q habet qnq; panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec qd sunt inter tãtos? Dixit ergo iesus. Facite hoies discũbere. Erat aũt: fenũ multum in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi qnq; milia. Accepit ergo iesus panes: et cũ gratias egisset / distribuit discũbentib⁹. Similiter ꝫ ex piscibus: qñtum volebant. Ut aũt impleti sũt: dixit discipulis suis. Colligite que supauerunt fragmẽta: ne pereãt. Collegerunt ergo / ꝫ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ: ex quinq; panibus ordeaceis ꝫ duobus piscibus / q superfuerunt his qui manducauerãt. Illi ergo homines cũ vidissent qd fecerat signum: dicebant. Quia hic est vere ppheta: qui ventur⁹ est in mundũ. Offer. De pfũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationẽ meã. Secreta

Sacrificium tibi dñe celebrandũ placatus intende: qd ꝫ nos a vicijs nostre cõditionis emũdet et tuo nomi reddat acceptos. Per. Cõm. Amen dico vobis qcqd orãtes petitis credite: quia accipietis ꝫ fiet vobis. Postcõis.

Anime nostre qs omps deus diuino munere satiate hoc potiantur desiderio vt a tuo spiritu inflãmati ante cõspectũ venientis xpi filij tui velut clara luminaria: fulgeamus. Qui te. ¶ Cũ plirũ fuerit tps inter iceptionẽ hystorie. De⁹ oim. et aduẽtũ dñi. Offi. Dicit dñs. Per tres dñicas cantet̃ vt ĩ notatũ est. Cũ vo breue fuerit tps / sẽp prima do. añ aduentũ qñ de dñica agit̃ cantet̃ Dicit dñs. cũ orõe Excita qs. Ep̃la. Ecce dies veniunt. Euange. Cũ subleuasset. Si vo dñica nõ vacauerit: tũc i fer. primo lo p ebd. cantet̃. Cetere vo do. q remãserint in ferialib⁹ dieb⁹ cantent̃. ¶ Fer. iiij. qttuor teporũ mensis septẽbris. Offm

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmum iocundũ cum cythara: canite initium mensis tuba quia p̃ceptum in israel est ꝫ iudiciũ deo iacob. ps. Testimonium in ioseph posuit illud: cũ exiret de terra egypti. nõ bz vlterius offo sine Dñs vo. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Misericordie tue remedijs quesum⁹ dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditione atteritur: tua clementia reparetur. Per d.

Lectio amos prophete. ix.

HEc dicit dominus. Ecce dies veniunt/et comprehendet arator messorem: et calcator uve / mittentem semen Et stillabunt mōtes dulcedinem: et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel: & edificabunt ciuitates desertas/et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas et bibent vinum earum. Et facient ortos: & comedent fructus eorum. Et plantabunt eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua. quam dedi eis. Dicit dominus: omnipotens. Grad. Uenite filij audite me timorem domini docebo vos. V. Accedite ad eū et illuminamini: & facies vestre non confundentur. Non repetatur grad. Hic dr̄ Dn̄s vobiscū. & Oremus. Oratio.

PResta quesum⁹ dn̄e familie tue supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet: a vicijs quoq̄ mēte ieiunent. Per dn̄m. Hic dicuntur memorie consuete.

Lectio libri esdre. ij. viij. cap.

IN diebus illis: Cōgregatus est ōis populus quasi vir vnus ad plateam: que est ante portam aquarū. Et dixerūt esdre scribe. vt afferret librū legis moysi quē precepit dominus israeli. Attulit autem esdras sacerdos librum coram multitudie virorum ac mulierum cunctisq̄ qui poterant intelligere: in die prima mensis septimi Et legit in eo aperte. in platea que erat ante portam aquarum a mane vsq̄ ad mediā diē: in cōspectu virorum ac mulierū & sapientum. Et aures omnis populi erant erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba supra gradum ligneum. quem fecerat ad loquendum: et steterunt iuxta eum. Et aperuit esdras librū coram omni populo: sup vniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum: stetit omnis populus & benedixit esdras domino deo voce magna. Et respōdit omnis populus: amen. Eleuantes autem omnes populi manus suas/incuruati sunt / et adorauerunt deum proni in terram Porro leuite silentiū faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt i libro legis dei/distincte & aperte ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur. Dixit autem neemias sacerdos & esdras scriba & leuite: interpretantes vniuerso populo Dies sanctificatus est domino deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Flebat enim omnis populus: cū audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia

et bibite mulsum / et mittite partes eis qui nō preparaue-runt sibi quia sanctus dies do-mini est / et nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo vestra. Grad. Quis sicut dominus deus noster q in altis habitat et humilia re-spicit in celo et in terra. V. Su-scitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Repetatur grad.

Secundum Marcum. ix. ca.

IN illo tempore Respō-dens vnus de turba: di-xit ad iesum. Magister / attu-li filium meum ad te haben-tem spiritum mutum: q vbi-cunq eum apprehenderit: al-lidit eum / et spumat et stridet dentibus et arescit. Et dixi di-scipulis tuis vt eijcerent illū et non potuerunt. Qui respō-dens eis: dixit. O generatio i-credula q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eum. Et cum vidisset eum: statim spi-ritus cōturbauit eum. Et eli-sus i terram: volutabat spu-mans. Et interrogauit iesus patrem eius. Quantum tem-poris est ex quo ei hoc accidit At ille ait. Ab īfantia. Et fre-quenter eum in ignem et in aquam misit: vt eum perde-ret Sed si quid potes adiuua nos: misertus nostri. Jesus au-tem ait illi. Si potes credere omnia possibilia sunt creden-ti. Et continuo exclamās pa-ter pueri: cum lachrimis aie-bat Credo dn̄e adiuua: incredu-litatem meam. Et cū videret iesus concurrentem turbam comminatus est spiritui im-mundo / dicens illi. Surde et mute spiritus: ego tibi preci-pio exi ab eo / et amplius ne i-troeas in eum. Et clamans et multum discerpēs eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mor-tuus: ita vt multi dicerent / quia mortuus est. Jesus au-tem tenens manum eius / ele-uauit eum: et surrexit. Et cū introisset in domum: discipu-li eius secreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuimus eijcere eū? Et dixit illis. Hoc genus i nullo potest exire: ni-si in oratione et ieiunio. Offr.

Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde et leuabo ma-nus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

DEus qui de his terre fru-ctibus tua sacramenta constare voluisti: presta que sumus / vt per hec opem no-bis et presentis vite conferas et eterne. Per. Communio.

Comedite pinguia et bibi-te mulsum et mittite partes eis qui non preparauerunt; sibi sanctus enim dies domi-ni est nolite cōtristari gau-dium etenim domini est for-titudo vestra. Postcōio.

Sumentes domine do-

na celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerim⁹ dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum. ¶ Feria. vi. quattuor temporum. Offm.

L Etetur cor querentium dominum querite dominum et confirmamini, querite faciem eius semper. ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera ei⁹. Oro.

P Resta qs omnipotens de⁹ vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dominum no.

Lectio osee prophete. xiiij. Ca.

H Ec dicit dominus: Conuertere israel ad dominum deum tuum: quia corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, et conuertimini ad dominum et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem et accipe bonum: et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos Super equum non ascendemus nec dicemus vltra: dij nostri opera manuum nostrarum, quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo contritiones eorum: diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus: ab eis. Ero quasi ros: et israel germinabit sicut lilium. Et erumpet radix eius: vt libani erunt rami eius Et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmbra ei⁹ viuent tritico et germinabunt quasi vinea Memoriale eius: sicut vinum libani. Ego exaudiam et dirigam eum: ego vt abietem virentem ex me fructus tu⁹ inuentus est. Quis sapiens et intelliget ista: intelligens et sciet hec? Quia recte vie domini: et iusti ambulabunt in eis. Gr. C onuertere domine aliquantulum et deprecare super seruos tuos. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Repetatur gr.

Secundum Lucam. vij. Ca.

I N illo tpe. Rogabat iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. vt cognouit quod iesus accubuit i domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes domini: lachrymis cepit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem pharise⁹ qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta: sciret vtique que et qualis est mulier que tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et re-

spondit ei iesus. Duo debito
res erant: cuidam feneratoꝛi
Unus debebat denarios qui
gentos: ꝛ alius quinquaginta.
Non habentibus illis vnde
redderent: donauit vtrisqꝫ.
Quis ergo eū plꝰ diligit? Re
spondens autē symon dixit.
Estimo quia is cui plus dona
uit. At ille dixit ei. Recte iudi
casti. Et conuersus ad mulie
rem dixit symoni. Uides hāc
mulierē. Intraui in domum
tuā: aquā pedibꝰ meis nō de=
disti. Hec autē lachꝛymis ri=
gauit pedes meos: ꝛ capillis
suis tersit. Osculū michi non
dedisti: hec autē ex quo intra
ui/non cessauit osculari pe=
des meos. Oleo caput meum
non vnxisti: hec autē vnguē
to vnxit pedes meos. Propter
quod dico tibi. Remittuntur
ei peccata multa: quoniā di=
lexit multum. Cui autem mi
nus dimittitꝛ: minus diligit.
Dixit autē ad illam dn̄s. Re
mittuntur tibi: peccata tua.
Et ceperunt qui simul discū=
bebant: dicere intra se. Quis
est hic: qui etiam peccata di=
mittit? Dixit autē ad mulie=
rem. Fides tua te saluam fe=
cit: vade in pace. Offr. Bene
dic aīa mea dn̄o ꝛ noli obliui
sci omnes retributiones eius
et renouabitur sicut aquile iu=
uentus tua. Secreta.
Accepta tibi sint dn̄e qs
nostri dona ieiunij: que
expiando nos tua gratia di=
gnos efficiant: ꝛ ad sempiter
na ꝑmissa perducant. Per d.
Cōio. Aufer a me oppꝛobꝛi
um ꝛ contemptum: quia man=
data tua exquisiui dn̄e: nam
et testimonia tua meditatio
mea est. Postcommunio.
Quesumus omp̄s deus:
vt de perceptis munerī
bus gratias exhibētes: bene=
ficia potioꝛa sumamꝰ. Per.

Sabbato q̄tuoꝛ tpm. Offm.

Venite adoꝛe=
mus deū ꝛ p=
cidamus ante
dn̄m ploꝛemꝰ
ante eum qui
fecit nos quia
ipse est dn̄s de
us noster. ps. Uenite exulte=
mus dn̄o iubilemus deo salu
tari nostro. Oēs orōnes p̄ter
vltimā dicūtur sine Dn̄s vo. sed
tantum cum Oremus. Orō.
Omnip̄s sempiterne deꝰ qui
per continentiam salu=
tarem ꝛ coꝛpoꝛibus mederis
et mentibus maiestatem tuā
suppliciter exoꝛamus: vt pia
ieiunantiū depꝛecatione pla
catus: ꝛ pꝛesentia nobis sub=
sidia p̄beas ꝛ futura. Per do
minum. Omnes lectiones cū
suis titulis legantur. Discur
rent lec. ꝛ grad. hincinde vt su
pꝛa in quattuoꝛ tpibꝰ aduē.
dn̄i. Lectio libri leuitici. xxiij.
In diebus illis: Locutꝰ
est dn̄s ad moysē dicēs

Decimo die mensis huius se ptimi: dies expiationum erit celeberrimus & vocabitur sanctus. Affligetisque animas vestras in eo: & offeretis olocaustum domino. Omne opus servile non facietis in tempore diei huius quia dies expiationis est ut propicietur vobis dominus deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiam fecerit: delebo eam de populo suo Nichil ergo operis: facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: affligetisque aias vestras. Die nono mensis huius a vespere usque ad vesperum: celebrabitis sabbata vestra. Dicit dominus: omnipotens. Grad. Propicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adiuva nos deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Non repetatur grad. Oratio.

Da nobis quesumus omnipotens deus ut ieiunando tua gratia satiemur: & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum nostrum

Lectio libri levitici. xxiij. ca.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicens Quintodecimo die mensis septimi: quando congregaveritis omnes fructus terre vestre / celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo et die octavo: erit sabbatum id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrime: spatulasque palmarum et ramos ligni densarum frondium / et salices de torrente / & letabimini coram domino deo vestro. Celebrabitisque solemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit vobis: in cunctis generationibus vestris Mense septimo festa celebrabitis: & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est. manebit in tabernaculis: ut discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios israel / cum educerem eos de terra egypti. Ego dominus: deus vester. Gr. Protector noster aspice deus: & respice super servos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces servorum tuorum.

Da quesumus domine Oro. fidelibus tuis beneficiis gratulari suppliciter implorantis: et qui ieiuniis te venerantur exhibitis: honorum tuorum copiis impleantur. Per dominum nostrum iesum.

Lectio michee prophete. vij. c.

Domine deus noster pasce populum tuum in virga tua: gregem hereditatis tue habitantes solos in

salutem iuxta dies antiquos Videbunt gentes: et confun dentur super omni foꝛtitudi ne sua. Quoniam quis deus similis tui: qui aufers iniqui tatem / ꝛ transfers peccatum reliquiarum hereditatis tue Nō immittet vltra furoꝛem suum: quoniā volens miam est Et reuertetur: ꝛ miserebit nostri. Deponet omnes iniq̄ tates nostras: ꝛ pꝛoijciet in ꝓ fundum maris omnia pecca ta nostra Dabis veritatem ia cob: misericoꝛdiam abꝛahā que iurasti patribus a dieb⁹ nostris antiquis: domine de⁹ noster. Gꝛad. Dirigatur oꝛa tio mea sicut incensum in cō spectu tuo domine. ℣. Eleua tio manuum mearum sacri ficium vespertinum. Oꝛatio

PResta quesum⁹ domi ne sic nos ab epulis ab stinere carnalib⁹: vt a vicijs irruentibus / pariter ieiune mus. Per dominum nostrū. Lectio zacharie ꝓphete. viij.

IN diebus illis Factum est verbum domini ad me dicens. Hec dicit domin⁹ deus exercituum. Sicut cogi taui vt affligerem vos: cum ad iracundiam pꝛouocassent me patres vestri / et non sum misertus: sic conuersus cogi taui in dieb⁹ istis. vt bene fa ciam hierusalem ꝛ domui iu da. Nolite timere. Hec sunt enim verba: que facietis. Lo quimini veritatem vnusquis q̄ cum pꝛoximo suo. Verita tem ꝛ iudicium pacis: iudica te in poꝛtis vestris. Et vnus quisq̄ malū contra amicum suum ne cogitetis in coꝛdib⁹ vestris: et iuramentum men dax ne diligatis. Omnia enī hec sunt que odi dicit domi nus Et factum est verbum do mini exercituum ad me: di cens. Hec dicit dominus deus exercituum. Ieiunium pꝛi mi ieiunium quarti / ieiuniū quinti / et ieiunium septimi / et ieiunium decimi: erit do mui iude in gaudium et leti tiā / et solēnitates pꝛeclaras Veritatem tantum et pacem diligite: dicit dominus exer cituum. Gꝛad. Saluum fac populum tuum domine: ꝛ be nedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacū. Oꝛo

UT nobis domie tribuis solenne tibi deferre ie iunium: sic nobis quesumus indulgentie pꝛesta subsidiū. Per dominum nostrum iesū Lectio quinta. Angelus do mini descendit cum azaria. folio.cxlij. tota legatur sicut in sabbato quattuoꝛ tempo rum in ebdomad. pentheco stes. Duo clerici de secunda foꝛma in suppellicijs ad gra dum choꝛi simul dicāt sequē tem tractum. Tractꝰ

Omnipotētem sēper adorāt. Et benedicunt ōne ꝑ euum. Chorus idē repetat Clerici. ỽ. Astra polorū cūcta hoim gens solꝙ sororꝙ luia celi. Chorus. Omnipotētem Clerici ỽ. Sic quoꝙ limphe q̄ꝙ superne ros pluuieꝙ spiritus ois. Cho. Et benedicūt. clerici ỽ. Ignis et estus cauma geluꝙ frigus ꝛ ardor atꝙ pruina. cho. Oipotē. clerici. ỽ. Nix glaciesꝙ noxꝙ diesꝙ lux tenebreꝙ fulgura nubes cho. Et bnd̄. cle. ỽ. Arida mōtes germina colles fluia fontes ponthus et vnde. chorus. Oipoten. Clerici ỽ. Omnia viua que vehit equor vegetat aer terraꝙ nutrit chorus Et be. clerici ỽ. Cūcta hoim gens isrl̄ ipse christicole seruuli quiꝙ. chorus. Oipoten. clerici ỽ. Sancti humilesꝙ corde benigno tresꝙ pusilli exuperantes cho. Et be. clerici ỽ Rite camini ignei flāmas iniusa tirāni tēnere prōpti. chor. Oipoten. clerici ỽ. Sit genitori laus genitoꝙ lausꝙ btā flamini sacro. chor⁹ Et. Cle. incipiant tractū. Oipoten. et perca̅tetur a choro. Sequit̄ Dn̄s vobiscū. et Orem⁹. Orō

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius / vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominum nostrum iesū chri.

Hic dicuntur memorie consuete. Ad hebreos ix.

Ego quasi vitis fructifi=caui suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pul chre dilectionis & timoris/ et magnitudinis: et sancte spei. In me gratia omnis vie & ve ritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Trāsite ad me om nes qui concupiscitis me: & a generationibus meis imple=mini. Spiritus eni meus sup mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauū. Memoria mea: in gñatione seculorum Qui edunt me adhuc esuriēt et qui bibunt me adhuc sitiēt Qui audit me non confunde tur: et qui operātur in me nō peccabunt. Qui elucidāt me: vitam eternā habebunt. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intē de prospere procede & regna. Alla. ℣. Cōceptio gloriose virgis marie ex semine abra he orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Sequentia.

Dies iste celebrē i quo pie recensetur cōceptio marie. Virgo mater genera tur concipitur & creatur recta vena venie. Ade de vet⁹ exiliū et ioachim opprobrium hinc habent remedia. Hoc pphe=te preuiderunt patriarche p=senserunt inspirante gratia. Virgo florē conceptura stel la solem paritura hodie con=cipitur. Flos de virga pces=surus sol de stella nasciturus christus intelligitur. O q̄ fe=lix et pclara nobis grata deo cara fuit hec conceptio. Ter minatur miseria datur mise=ricordia luctus cedit gaudio. Noua mater nouam plem noua stella nouū solem no=ua profert gratia. Genitorē genitura creatorem creatura patrem parit filia. O miran da nouitatem nouā quoq3 di gnitatē ditat matris castita=tē filij conceptio. Gaude vir go gratiosa virga flore spe=ciosa mat ple generosa ple=ne plena gaudio. Quod pre cessit in figura nube latet sub obscura hoc declarat genitu ra semel matris virgo pura pariendi vertat iura fusa mi rante natura deitatis pluuia Triste fuit in eua ve sed ex eua formans aue versa vice sed nō praue intus zelans in

conclaue: verbum bonum et suaue nobis mater virgo faue tua frui gratia. O mnis homo sine mora laude plena sol uens ora istam colas ipsam ora omni die omni hora. S it mens supplex vox condra sic supplica sic ipsorum huius patrocinia. T u spes certa miserorum vere mater orphanorum tu leuamen oppressorum medicamen infirmorum omnibus es omnia. T e rogamus voto pari laude digna singulari vt errantes in hoc mari nos in portu salutari tua sistat gratia.

Initium sancti euangelii Secundum matheum. i. Capl.

L Iber generationis iesu xpi filii dauid: filii abraham. Abraham autem genuit ysaac. Isaac autem: genuit iacob. Jacob autem: genuit iudam et fratres eius. Judas autem: genuit phares et zaram de thamar. Phares autem: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason autem: genuit salmon. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit iesse. Jesse autem: genuit dauid regem. Dauid autem rex: genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomon autem: genuit roboam. Roboam autem: genuit abiam. Abia autem: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Josaphat autem: genuit ioram. Joram autem: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioatham. Joatham autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassem. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Josias autem: genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post transmigrationem babilonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel: zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Eliachim autem: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit matham. Matham autem: genuit iacob. Jacob autem: genuit ioseph / virum marie. De qua natus est iesus: qui vocatur christus. Credo. Offr. D iffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Secr.

U Nigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatem matris non minuit sed sacrauit: in conceptionis eius solemniis a nostris nos piaculis exuens: oblationem nostram sibimet faciat esse acceptam iesus christus dominus noster. Qui tecum. Prefatio. Et te in conceptione. Com. V era

fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet. Postcōio.

Sumpsimus dñe celebritatis annue votiua sacramenta: presta q̄sumus: vt intercedente btā maria semp virgine: & tēporalis vite nobis remedia prebeant & eterne. Per dñm nō dr Ite missa est

¶ Sancte lucie virginis et martyris. Officium.



Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie pre cōsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Glia pr̄ Ōro

Exaudi nos deus salutaris noster vt sicut de btē lucie virginis tue & martyris festiuitate gaudemus: ita pie deuotiōis erudiamur affectu Per dñm. Epl'a. Dñe deus meus. In cōi fo. xviij. Grad. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē ꝟ. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. All'a. ꝟ. Emulor enim vos dei emulatione despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo

Sequētia. Exultemus i hac die. In cōi fo. xiiij. Euāgel. Simile est regnū celorū thesauro i cōmuni. fo. xx. Offer. Offerent regi virgines post eam proxime eius offerētur tibi. Secreta

Gratanter dñe q̄s munera dicanda intuere: que nos tuo pro solennitate sancte lucie virginis tue et martyris suppliciter imolamus. Per. Cōio. Diffusa est gr̄a in labijs tuis, propterea benedixit te deus i eternū. Postcō

Sancte lucie virginis et martyris tue nos dñe q̄s precatio tibi grata conciliet: vt per hec sancta q̄ sumpsimus: salutaria sētiamus. Per dñm. ¶ In vigilia sācti thome apostoli: quere oīa in vigilia vni⁹ apostoli. Si hec vigilia in dñica, vel in. iiij. feria, vel in. vj. feria, vel in sabbato quattuor tēporum euenerit: nichil ad missā fiat de vigilia preter memoriam sed in quacūq alia feria contigerit de eadē vig. dicat mis.

¶ In die sctī thome. Officiū.



Michi autē nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorū. Ps. Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meā. Gloria patri. Oratio.

Da nobis q̄sumus domine beati thome apostoli tui ita solēnitatibus gloria-

ei vt eius semp̄ ꝙ patrociniis sublleuemur: ꝙ fidem cōgrua deuotiōe sectemur Per dn̄m. Epistola Iam non estis. In cōi. fo. ii. Gr. Nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorū. V. Dinumerabo eos et super arenā multiplicabuntur. All'a. V. In omnē terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. Sequentia. Clare sanctorū In cōi. fo. ii. Scdm iohānem. xx.

In illo tempore: Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nō erat cum eis quando venit iesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli Vidimus dominū. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum: et mittam digitum meum in locum clauorū / ꝙ mittā manum meam in latus eius: nō credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus / et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis: ꝙ stetit in medio / et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitū tuum huc ꝙ vide manus meas: et affer manum tuam et mitte in latus meum / et noli esse icredulus sed fidelis. Respōdit thomas: et dixit ei. Dn̄s meus: et deus meus Dixit ei iesus Quia vidisti me thoma credidisti: bti qui non viderunt: et crediderunt. Credo. Offr. Constitues eos pricipes super oēm terram: memores erunt nois tui in omni progenie ꝙ generatione. Secreta.

Debitum dn̄e nostre redditimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragiis beati thome apostoli tui i nobis tua munera tuearis: cuius honorando confessionem laudis tibi hostias immolamus. Per dn̄m. Prefatio. Et te dn̄e. Cō. Mitte manū tuā ꝙ cognosce loca clauorū all'a. et noli esse incredulus sed fidelis all'a all'a. Postcō.

Prosūt plebi tue misericors deus diuini percè ptio sacramēti: et intercessio beati thome apostoli tui vt saluationē mētis ꝙ corporis et icessabiliter expetat et affluenter accipiat. Per dn̄m.

Sancti felicis episcopi et martyris. Officium.



Sacerdotes dei bn̄dicite dn̄m sancti ꝙ humiles corde laudate deum ps. Bn̄dicite oia opera dn̄i domino: laudate et superexaltate eum in secula. Gl'ia patri. Gloria in excelsis. Et dicitur in omni festo sctōrū extra aduentum: et a lxx. vsqꝫ ad pascha: preterꝗ̄ in festo sancte petronille virginis cum post

oct. sancte trinitatis et corporis christi euenerit et in festo scti bertini abbatis: et sancte tecle virginis et scti romani episcopi et cōfessoris in quibus dicitur nocturnus. Oratio.

Concede qs omnipotens deus: vt ad meliorē vitā sancti felicis martyris tui atqꝫ pontificis exēpla nos ꝓuocent quatenus cuius solēnia celebramus: etiam actus imitemur. Per. Epla. Testi ficor. in cōi fo. v. Gr. Iurauit dns et nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū secūdū ordinē melchisedech. V. Dixit dns dno meo sede a dextris meis. All'a. V. Inueni dauid seruū meū oleo sctō vnxi eū. Euāge. Qui vos audit. In cōi. fo. vi. Offer. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eū super opera manuum tuarum dne. Secreta.

Hostias tibi dne beati felicis martyris tui atqꝫ pontificis dicatas meritis benignus assume et ad ꝑpetuū nobis tribue prouenire subsidiū Per. Cō. Posuisti dne i capite eiꝰ coronā de lapide precioso. Postcōmunio.

Tua sācta sumētes dne suppliciter deprecamur vt beati felicis martyris tui atqꝫ pontificis: cuius celebramus solennitatē: sentiamus protectionem. Per dnm nrm

¶ Sciēdum est qꝫ si aliquod festū triū lect. vel octa sine regimine chori ab oct. epyphā. vsqꝫ ad xl. et ab octabis pasc. vsqꝫ ad primā dnicā ante ascēsionē dni et rursum ab inceptiōe Deus omniū. vsqꝫ ad aduentū dni in sabbato cōtigerit vel per totius anni spacium in dnicis siue i ieiunijs quattuor tēporū vel in vigilia eueniat: nichil fiat ad missā de sctis: nisi tantū memo. nisi qñ dr missa de aliquo sctō vel oct. in capitulo vnde aliquod ꝓpriū habetur: et tūc non dr ad missā de die de eis memo. In sabbato eni solet fieri totū seruitiū de sctā maria. nisi fe. ix. lec. vel. iij. cū ꝓprijs R. vel lau. vel vigilia vel ieiunia quattuor tēporū vel oct. cū regimine chori ipedierint tunc eni fiat in aliqua feria ipsius ebdo. In dnicis autē diebus missa dnicalis cantat nisi ieri festū vel oct. cū regimine chori ipediāt: tamen si in ipsa do. noua hysto. inchoanda fuerit: festū si simplex fuerit: differatur: et missa de dnica dr nisi sit fe. trāslatiōis scti emūdi epi vel scti barnabe apli vel petri ad vincula: vel decollationis scti iohannis bap. vel aliqd tale festū. ix. lect. et si hystoria nō fuerit duratura nisi per vnā ebdo. et in ipsa ebdo. tot ferie non vacauerint in quibus possit hystoria percātari festū diffe.

ratur: et missa de do. dr. In vigilia vero et quattuor tempo-ribus semper dr missa de ieiunio cu moderatione tame que est supra i vigilia sctí andree Quod si festu. ix. lectionu ibi euenc. missa de festo post terciá dr missa vero de ieiunio post sextá vtraqz ad pricipale altare: ita tame q dyaconus et subdiaconus sunt albis cu amictibus induti absqz tunicis vl casulis ad illá missam de ieiunio: vtantur etiá clerici i choro capis nigris: et fiat prostratio post Sáctus, more solito et dicuntur preces feriales licet, duplex festu fuerit ipso die. Excipiuntur tame quedam festiuitates triu lectionum scilicet sanctorum iohannis et pauli ypoliti sociorumqz eius scti bricij epi et vndecim miliu virginu scdm antiquu ordinale: q si in sabbato contigerint missa de eis dr: et missa de cóceptione bte marie in aliqua feria ipsius ebdo. celebretur. Si vero qda istarum festiuitatu vt est sanctoru iohannis et pauli: ypoliti et scti bricij in dnica euenerint: missa dnicalis i capitulo nisi forte vt sup. dictum est noua hystoria in ipsa dnica inchoáda fuerit: tunc eni missa de dominica dicitur et huiusmodi festa in crastinu differenter. ¶ Sancti mauri abbatis et cófessoris. Officiu



Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plátatus in domo dni: i atrijs domus dei nostri. ps. Bonu est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Deus qui eterne glorie participé beatu mauru leuitá atqz abbatem fieri concessisti: cócede nobis ppicius ipso intercedéte aditu regni celestis cuius ad bene viuendum informamur exemplis. Per. Epla. Iustus cor suu. In cói fo. xvij. Gr. Os iusti meditabitur sapientiá et lingua eius loquet iudiciu. ℣. Lex dei eius in corde ipsius/ et nó supplátabuntur gressus eius. Alla. ℣. Amauit eum dns et ornauit eu/ stola glie induit eu. Euágeliu. Nemo accédit. In cói. fo. xvij. Offr. Desideriu ale eius tribuisti ei dñe/ et voluntate labioru eius nó fraudasti eu posuisti in capite eius coronam de lapide preciosa. Secreta.

Ecclesie tue dñe munera propiciatus sanctifica et cócede: vt per hec veneranda cómercia intercedente btó mauro cófessore tuo atqz abbate pane celi reffici mereamur. Per dñz. Cóio. Magna est gloria eius i salutari tuo

gloriã et magnũ decorẽ im-
pones super eũ dñe. Postcõ.

Supplices te rogamus omnipotens deus/ vt intercedente beato mauro cõfessore tuo atq abbate ꝫ tua i nobis dona multiplices: ꝫ tempora nostra disponas Per dominum. ¶ Sancti marcelli pape et martyris. Officium.



Statuit ei dñs testamẽtũ pacis/ et pricipẽ fecit eũ/ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ ps. Misericordias domini: in eternũ cantabo. Oratio.

Preces populi tui qs domine clemẽter exaudi: vt bti marcelli martyris tui atq pontificis meritis adiuuemur cuius passione letamur. Per dñz. Epla. Omnis pontifex. In cõi. fo. vij. Gr. Inueni dauid seruũ meum oleo sancto vnxi eũ/ manus cui mea auxiliabit ei et brachium meũ cõfortabit eũ. V. Nichil proficiet inimicus in eo/ et filius iniquitatis non nocebit eũ. Alla. V. Elegit te dñs sibi i sacerdotẽ magnũ in populo suo. Enãgelium. Vigilate qa nescitis. In cõi fo. xv. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Ut nostre saluti munera oblata proficiãt scti marcelli martyris tui atq põtificis dñe qs obtineat intercessio salutaris. Per. Cõio. Domine quinq talẽta tradidisti michi: ecce alia quinq superlucratus sum. euge serue fidelis quia i pauca fuisti fidelis supra multa te constituam/ intra in gaudium domini tui. Postcõio.

Refecta qs dñe: vt sacramenti tui participatione vegetati sancti quoq marcelli martyris tui atq pontificis pcibus adiuuemur. Per ¶ Sãcti sulpicij epi et cõfes.



Sacerdotes dei benedicite dñm/ sãcti ꝫ humiles corde laudate deum. ps. Bñdicite oia opera dñi dño: laudate ꝫ sup exaltate eum in secula. Oro.

Da qs oipotens deus/ vt qui beati sulpitij cõfessoris tui atq pontificis depositionem colimus: eius apud te itercessiõibus adiuuemur. Per. Epla Iustum deduxit. In cõi fo. xiiij. Gr. Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis placuit deo. V. Nõ est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi Alla V. Posui adiutoriũ super potẽtem et exaltaui electũ de plebe mea. Euang. Homo quidam peregre. In cõi. fo. xv.

Offe. Inveni david servum meū et i oleo sancto vnxi eū/ manus enim mea auxiliabi-tur ei/ et brachium meū con-fortabit eum. Secreta.

Supplicationibus nostris tibi domie grata pari-ter existat oblatio quā pro sā-cti sulpicij cōfessoris tui atq; pōtificis cōmemoratione de-ferimus: atq; indulgentiam nobis eius suffragijs largia-ris. Per. Cōio. Fidelis ser-uus et prudēs quem cōstituit dñs super familiā suam: vt det illis i tempore tritici mē-suram. Postcōmunio.

Prestent nobis dñe tua sancta presidiū que in-teruētionibus beati sulpicij cōfessoris tui atq; pontificis et meritis nos ab oīb⁹ absol-uāt pctis. Per. ¶ Scte prisce virginis et martyris. Officiū

Loquebar de te stimonijs tuis in cōspectu re-gum et nō cō-fūdebar ⁊ me ditabar i mā-datis tuis q̄ di-lexi nimis. ps. Beati imaculati i via q̄ ābulāt i lege dñi. Oro

Da q̄s oīpotens deus: vt qui beate prisce virgi-nis et martyris tue natalicia colimus ⁊ annua solēnitate letemur: et tante fidei pficia-mus exēplo. Per. Epl'a. Dñe deus meus. i cōi fo. xviij. Gr.

Specie tua ⁊ pulchritudine tua intēde prospere procede ⁊ regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinem ⁊ iusticiā deducet te mirabiliter dexte-ra tua. Alleluya. ℣. Spe-cie tua et pulchritudine tua intende prospere pcede et re-gna. Euangeliū Simile est regnum celorū thesauro. Ju cōi fo. xx. Offe. Filie regū in honore tuo astitit regia a dex-tris virtutis i vestitu deaura-to circūdata varietate Secr.

Munera nostra q̄s domi-ne gratanter assume: ⁊ per interuentionē beate pri-sce virginis tue et martyris: omniū nostrum corda ad cul-tum vere religionis cōuerte. Per dñm. Cōio. Feci indi-cium et iusticiam dñe non ca-lumniētur michi superbi ad omnia mandata tua dirige-bar omnem viam iniquitatis odio habui. Postcōmunio.

Adiuuent nos dñe q̄s et hec mysteria sācta que sumpsimus et btē prisce vir-ginis tue et martyris inter-cessio veneranda. Per dñm. ¶ Si festum alicuius sancti ix. lectionū ab octa. epypha-nie vsq; ad septuagesimā et ab octauis pasche vsq; ad pē-thecostē: a Deus omnium. vsq; ad aduentum domini in dominica cōtigerit: fiat ser-uitium de ipso sancto: cetera notātur in die sancti andree.

¶ Sancti wlstani episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: ut intercedente beato wlstano confessore tuo atque pontifice tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per do. in unitate eiusdem. Epystola.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus. In com. fo. xiij. Gr.

Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam petijt et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum. Sequentia de com. fo. xv. Euangelium. Homo quidam peregre. In com. fo. xv. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe quesumus domine clementer familie tue munus oblatum: et quod rea sperare non audet conscientia: intercedente beato wlstano tua nobis largiatur indulgentia. Per dominum. Co. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem. amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Salutaris tui domine mysterio satiati supplices imploramus clementiam tuam: ut pro nobis eius non desit oratio cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per dominum nostrum.

¶ Sanctorum fabiani et sebastiani martyrum. Ad missam. Offi.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Deus qui beatos martyres tuos fabianum et sebastianum virtute constantie in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per. Epistola. Sancti per fidem. In com. fo. viij. Gr.

Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute / dextera manus tua confregit inimicum. Alla. V. Sancti tui domine benedicent te / gloriam regni tui di-

cent ¶ Ubi hoc festū ante lxx. euenit. vt sequentia de cōi. Si vero infra non dicitur Alle. nec sequen. sed tract. qd in oibus festis. ix lect. obseruet vsq ad passionē dñi. In fes. vero sine regimine chori nunq dr tract. sed gr. repetatur. In festis autē dupl. tā infra passionē q extra: dicit tractus nisi in festis purifi. et annuntiā. btē marie/ et dedicatiōis. Tr.

Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. V. Euntes ibant et flebāt mittentes semina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione portātes manipulos suos. Euangel. Descendens iesus de monte. In cōi. fo. xi. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo qs dñe nostre deuotionis oblatio: et eorū nobis fiat supplicatione salutaris pro quorū passione defertur. Per do. Cōio. Multitudo lāguentiū et qui vexabantur a spiritibus imūdis veniebant ad eum/ quia virt⁹ de illo exibat et sanabat oēs. Postcōio.

Sacramentorū tuorū dñe benedictione satiati et beatorū martyrum tuorū fabiani et sebastiani gliosa confessiōe muniti te suppliciter exoramus: vt per hec eadē a cunctis viciis emundemur. P

do. ¶ Scte agnetis virginis et martyris. Ad missā. Officiū.



Me expectauerūt peccatores vt pderent me testimonia tua dñe intellexi/ omnis consūmationis vidi finem latum mandatum tuū nimis. Ps Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/ qui infirma mundi eligis: vt fortia queq confundas: concede propicius vt q beate agnetis martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per dominum. Epistola. Confitebor. In cōi. fol. xviii. Grad. Diffusa est gratia i labiis tuis ppterea benedixit te deus incternum. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua alle. V. Veni electa mea et ponam te in thronum meum quia concupiuit rex speciem tuam. Sequētia Exultemus. In cōi folio. xix Si infra septuagesi. Tract⁹.

Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea benedixit te deus incternū. V. Specie tua et pulchritudie tua intende psperere pcede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiā et dedu

cet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. Euang. Simile est regnum celorum the. In com. fol. xx. Offer. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

Suscipe quesumus domine sacrificium cuius te voluisti dignanter immolatione placari: et presta / vt intercedente beata agnete virgine tua et martyre huius operatione mandati: beneplacitum tibi nostre mentis seruitium offeramus. Per d. Com. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam christo domino. Postcom.

Diuino refecti libaminibus quesumus domine deus noster: vt intercedente beata agnete virgine tua et martyre: presentis nobis vite subsidium / et eterne tribuas reperire leticiam. Per.

¶ Sancti vincentii marty. Officium



Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oro.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati vincentii martyris tui intercessione liberemur Per. Epistola. Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iusticia meditabitur. In com. fol. v. Grad. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alla. ℣. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Sequentia.

Stola iocunditatis alleluia Induit hodie dominus militem suum vincentium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium Hodie martyr insignis hostiam deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis Grauissimis non refugit exhibere membra genis. Ante ducem accersitur et de fide conuenitur communis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emollitus aut tormentis eius pertinacie. Illuditur dacianus dum sustinet martyr sanus penarum angustias. Dat minister caritatis hosti bis exuperatis gratiarum copias Aurit igitur perfectus paratur et ardens letus insultantis viscera crates vrit aspera. Sudat mar

tyr in agone spe mercedis et
corone que datur fidelibus p
xpo certātib⁹. De cui⁹ mili=
tia celi gaudet curia. Quia
vicit hodie ministros nequi=
cie Ut hūc ergo p patronum
cōsequamur vite donū. In il
lius die festo chor⁹ noster le=
tus esto. Iocūdū in ecclesia.
Peccātans all'a. Si infra lxx
euenerit. Tractus.
Desiderium aie ei⁹ tribui=
sti ei ꝫ in voluntate la=
biorū eius non fraudasti eū.
℣. Qm̄ pūenisti eū i bñdictio=
ne dulcedinis. ℣. Posuisti su
per caput ei⁹ coronā de lapi=
de pcioso. Euāg. Nisi granū
i cōi. ko. vj. Offer. Gl'ia ꝫ hono
re coronasti eū ꝫ cōstituisti eū
sup opa manuū tuaꝝ dñe. Sec
Gloriosi martyris tui vi=
centij dñe q̄s interuētio=
ne hostiam quam offerimus
tibi placitā effice ꝫ acceptam
Per. Cōio. Qui vult venire
post me abneget semetipsum
et tollat crucem suā ꝫ sequa=
tur me. Postcommunio.
Beati vincētij martyris
tui dñe suffragijs exora
t⁹ percepti sacramēti nos q̄s
virtute defēde Per ¶ In con
uersiōe scti pauli apli. Offic.

Etemur oēs in do
mino hodiernum
diē solēniter cele
brātes i quo btūs
paulus cōuersiōe
sua plēte mūdū decorauit. ℣.

De illustratione sancte predi
dicationis: et de conuersione
beati pauli. Oratio.
Deus qui uniuersū mū=
dum beati pauli apo=
stoli tui predicatione docui=
sti: da nobis q̄sum⁹ vt qui ei⁹
hodie cōuersionē colim⁹: per
eius ad te exēpla gradiamur
Per dñm. ¶ Memoria de scō
preiecto martyre. Oratio.
Sancti preiecti martyris
tui nos q̄s dñe interuen
tio gloriosa cōmendet: vt qd
nostris actibus nō meremur:
eius pcib⁹ assequamur. Per.
Lectio actuum apostoloꝝ. ix.
In diebus illis: Saul⁹
adhuc spirans minarū
et cedis in discipulos domini
accessit ad principem sacerdo
tum et petijt ab eo epystolas
in damascum ad synagogas
vt si quos inueniret hui⁹ vie
viros ac mulieres vinctos p=
duceret hierusalem. Et cum
iter faceret contigit vt appro
pinquaret damasco Et subi=
to circumfulsit eum lux de ce
lo: et cadens in terram audi=
uit vocem dicentē sibi Saule
saule: quid me persequeris?
Qui dixit. Quis es domine?
Et ille. Ego sum ihesus: quē
tu persequeris. Durum est ti=
bi contra stimulum calcitra=
re. Et tremens ac stupens di=
xit. Domine/ quid me vis
facere Et dominus ad illum
Surge/ et ingredere ciuitatē

et dicetur tibi quid te oporte-
at facere. Viri autem illi qui
comitabantur cum eo stabāt
stupefacti: audientes quidem
vocem/neminem autem vi-
dentes. Surrexit autem sau-
lus de terra: apertisq; oculis
nichil videbat. Ad manus au
tem illū trahētes: introduxe-
runt damascū. Et erat ibi tri
bus diebus non videns: & nō
manducauit neq; bibit. Erat
autē quidam discipulus da-
masci: noīe ananias. Et dixit
ad illum: in visu dn̄s. Anania
At ille ait. Ecce ego dn̄e. Et
dn̄s ad eum. Surge/& vade in
vicum qui vocatur rectus: et
quere in domo iude saulum
nomine tharsensem/ecce eni
orat. Et vidit virum ananiā
nomine introeuntem & impo
nentem sibi manus: vt visum
recipiat. Respōdit autē: ana
nias. Dn̄e audiui a multis de
viro hoc quāta mala fecerit
sanctis tuis in hierusalem: et
hic habet potestatē a pricipi-
bus sacerdotum alligādi om
nes qui inuocant nomen tuū
Dixit autē ad eū dn̄s. Vade/
qm̄ vas electiōis mihi est iste
vt portet nomen meū coram
gētib᷒ et regib᷒ & filijs israel
Ego enim ostēdam illi quā-
ta oporteat eum pro nomine
meo pati. Et abijt ananias &
introiuit in domum: & impo-
nens ei manus dixit. Saule
frater: dn̄s misit me iesus qui
apparuit tibi in via qua ve-
niebas: vt videas & implearis
spiritu sc̄tō Et cōfestim cecide
rūt ab oculis ei᷒ tanq̄ squa-
me: et visum recepit. Et sur-
gens/baptizatus est. Et cum
accepisset cibum: confortat᷒
est. Fuit autem cū discipulis
qui erāt damasci per dies ali
quot. Et continuo ingressus
paulus in synagogas predi-
cabat iesum: quoniā hic est fi
lius dei Stupebāt autem om
nes q̄ eū audiebāt & dicebant
Nōne hic est q̄ expugnabat i
hierusalē: eos qui inuocabāt
nomen istud? Et huc ad hoc
venit: vt victos illos duceret
ad principes sacerdotū. Sau
lus autem multomagis con-
ualescebat & confundebat iu
deos: qui habitabāt damasci
Affirmās: quoniā hic est chri-
stus. Grad. Qui operat᷒ est
petro in apostolatū/operat᷒
est et michi inter gentes et co
gnouerūt gratiā dei que data
est michi. ℣. Gratia dei in me
vacua nō fuit sed gratia ei᷒
semper in me manet. Alla.
℣. Magnus sanctus paulus
vas electionis vere digne est
glorificandus. Sequētia.

Solennitas scti pauli de
uote est recolēda. Quē
dn̄s tanta ditauit gratia. Vt
doctor gētium ab omi vocet
ecclesia. Agnus de lupo de p
secutore euāgelista Mutata
sūt opera mutatur & onoma

paulus nominatur qui saulus ante dictus fuerat. Instigatus furia dirã virus exalabat strage senissima membra xpi seuiens torquebat. Lux etherea quẽ circũfulgẽs visu priuat. Spiritalẽ sed ei intuitũ donat. Colaphizat eũ ne supbiat. Sternit eũ sed ruẽtem relevat. Deiectũ increpat. Increpãs emẽdat. Fidei doctrinã cõmẽdat. Dekẽ sororem ecclesie ordinat. Impugnator qui priꝰ extiterat. Secreta mystica. Credẽti reuelat. Que hoi loqui non licebat. Prius synagoga quẽ educauerat Postmodum letatẽ mater ecclesia. Mysteria. Que nouerat. Per totũ iens orbẽ predicat. Venit romã deum vnũ annũciat. Nero resistit qui colebat ydola. Morte dira. Illũ necat. Mũdo exẽptũ mittit ad astra. Quo nos deꝰ miserãdo pducat. Adiutor p̃ce pauli sctã alla. Vel tractꝰ.

Tu es vas electiõis sãcte paule apostole vere digne es glorificãdus. ℣. Predicator veritatis ꝛ doctor gẽtiũ i fide ꝛ veritate. ℣. Per te oẽs gentes cognouerũt gratiã dei. ℣. Intercede ꝓ nobis ad deũ q̃ te elegit. Scd̃m matheũ. xix.

In illo tpe: Dixit symõ petrus ad iesum. Ecce nos reliqmus oia: ꝛ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis Iesꝰ autẽ dixit illis Amẽ amẽ dico vobis: vos q̃ secuti estis me: /in regeneratiõe cũ sederit filius hois in sede maiestatis sue /sedebitis ꝛ vos sup sedes duodecim /iudicãtes duodecim tribus israel. Et omis qui reliquerit domũ: vel fratres /aut sorores /aut patrem aut matrẽ /aut vxorẽ /aut filios /aut agros / ꝓpter nomẽ meũ /cẽtuplum accipiet: ꝛ vitã eternã possidebit. Credo.

Offer. Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati pauli apostoli tui precibus q̃s dñe plebis tue dona sãctifica vt q̃ tibi grata tuo sũt instituto gratiora fiãt eius patrocinio supplicãtis. p. Alia secr. de scõ proiecto.

Suscipe dñe ꝓpicius orationẽ nostrã cũ oblationibꝰ hostiarũ superimpositis: ꝛ beati proiecti martyris tui depcatione pietati tue perfice benignꝰ acceptas. p. Prefa. Et te dñe. Cõio. Amẽ dico vobis q vos qui reliquistis oia ꝛ secuti estis me cẽtuplũ accipietis ꝛ vitã eternã possidebitis

Salutari refecti Postcõ. mysterio q̃s omps deus vt qui hãc diem in beati pauli apostoli tui cõuersione honorabilem haberi voluisti: nos quoq; conuersos a vicijs in tua semper facias seruitute gratulari. Per dominum.

Alia postcō. de sctō preiecto.

D A nobis q̄s dn̄e deus noster: vt sicut vti preiecti martyris tui solēnitate presē ti gratulamur misterio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. P d.

¶ Sancti iuliani epi. Offm.



Tatuit ei dn̄s testamētū pacis ꝛ principē fecit eū / vt sit illi sacerdotij dignitas ieternū. ps. Misericordias dn̄i: ineternū cātabo.

D Eus qui ecclesie Oro. tue beatū iulianū mirabilē tribuisti doctorē cōcede ꝑpicius / vt hunc apud te pium semper mereamur habere itercessorem. Per. Epl'a Dedit dn̄s. in cōi. fo. xvi. Gr.

Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuēt⁹ similis illi q̄ ꝯseruaret legē excelsi. Al'ka ℣. Amauit eū dn̄s et ornauit eū / stola glorie induit eum. Euāgel. Uigilate q2 ne. In cōi. fo. xv. Offr. I nueni dauid seruum meū ꝛ in oleo sācto meo vnxi eū manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meū cōfortabit eū. Secr.

R Espice q̄s dn̄e sup hec q̄ tibi offerimus: et beati pontificis iuliani meritis / ab oībus nos erue peccatis. Per Cō. B eat⁹ seru⁹ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātem. amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eū. Postcōio.

D Iuinis dn̄e repleti sacramentis supplices deꝑcamur vt beati pōtificis iuliani meritis nos dignos facias celestib⁹ institutis. Per.

Sancte agnetis scdo. Officiū



Ultum tuum deꝑcabuntur oēs diuites plebis / adducētur regi virgines post eā ꝓxime eius afferentur tibi in leticia ꝛ exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

D E⁹ q̄ nos ānua btē agnetis martyris tue solēnitatē letificas: da vt quā veneramur officio etiā pie ꝯuersatiōis seq̄mur exēplo. p. Epistola. Qui gl'iat. in cōi. fo. xx. Grad. S pecie tua ꝛ pulchritudine tua / intende ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. ℣. Propter veritatē ꝛ māsuetudinē ꝛ iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Al'ka. ℣. Hec est virgo sapiēs quā dn̄s vigilantē inuenit. Si hoc festū vel aliquod aliud festū iij. lec. infra lxx. vsq ad caput ieiunij eue: non dicit Al'ka post epl'am: nec tract⁹: sed gr. cū suo ℣. tm̄ Euāgel. Simile est regnū celor decē. In cōi. fo. xxi. Offr. Offerētur regi virgines post

rã prie ei⁹ offerent tibi. Secr.
G Rata tibi sint quesum⁹ dñe munera nostra: quibus sãcte agnetis vginis tue ꝯ martyris magnifica solẽnitas recẽsetur. Per. Cõio. S imile est regnũ celoꝝ homini negociatori querenti bonas margaritas inuẽta vna preciosa margarita: dedit oĩa sua ꝯ cõparauit eã. Postcõio
S Umpta q̃s dñe sctã mysteria nos interius exteriusq̃ cõseruent: ꝯ intercedẽte beata agnete martyre tua presentẽ nobis conferant clementiã et eternã. Per. Sãcte batildis regine. Officiũ.



Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie pre cõsortibus tuis. ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Glia p. Oro
B Eate batildis natalicia veneranda dñe q̃s ecclesia tua deuota suscipiat: ꝯ fiat magne glorificatiõis amore deuotior: ꝯ tante fidei pficiat exemplo. Per. Epl'a. Sapientia vincit. In cõi. fol. xx. Grad. D ilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ. ꝟ. Propterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie. All'a. ꝟ⁹. Diffusa est gratia in labijs tuis ppterea benedixit te deus ineternum Euange. Simile est regnum celorũ thesauro. In cõi. fol. xx. Offer. O fferentur regi virgines post eam proxime ei⁹ offerentur tibi in leticia ꝯ exultatione adducẽtur in templũ regi domino. Secreta.
U T hec munera dñe tibi accepta sint sãcte batildis obtineãt merita: que seipsam tibi hostiã viuam: sanctã et beneplacentem exhibuit. Per. Cõ. D iffusa est gratia in labijs tuis: ppterea bñdixit te deus ineternũ. Postcõ.
R Efecti alimonia celesti omnipotens pater quesumus pietatẽ tuam: vt intercessione sancte batildis misericordie tue gratiã consequi mereamur. Per. Sãcte brigide virginis. Offm. Uultũ. vt s. fo. precedenti. Oratio.
S Ancte brigide virginis tue quesum⁹ precatio tibi grata nos adiuuet: vt quam nobis indulgẽtiã poscere nõ desistat. Per dominũ. Epl'a. Qui gloriatur. In cõi fo. xx. Grad. D iffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum. ꝟ. Propter veritatem ꝯ mansuetudinem ꝯ iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. All'eluya. ꝟ⁹. Specie tua ꝯ pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euãgelium. S imile est regnum

celo.de. In cõi.fol.xxi. Offer. Offerentur regi vgines post eã pxie ei' offerent tibi. Secr.

SAcrificijs dñe placatus oblatis intercedẽte beata brigida virgine tua opem tuã nobis q̃s nostris tẽporib' clemẽter ipende. P. Cõ. Que prudẽtes vgines acceperũt oleũ i vasis suis cũ lãpadib' media autẽ nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiã christo dño. Postcõ.

BEate brigide virgis tue precibus fidelibus tuis dñe sumpta mũera suffragẽtur: ꝛ que tibi placuit nobis implorer auxiliũ. P. ¶ In purificatione beate marie virginis cantata hora sexta fiat benedictio luminis solẽniter a pontifice vel a sacerdote cappa serica induto cũ alijs indumẽtis sacerdotalibus sup supremũ gradũ altaris cõuerso ad australẽ sic incipiẽte. Dominus vobiscũ: Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dñe iesu xpe hanc creaturã cere: supplicãtibus nobis ꝛ infũde ei p virtutẽ sancte crucis benedictionẽ celestẽ: vt q̃ ad repellãdas tenebras hũano vsui tribuisti: talem signaculo sancte crucis tue fortitudinem et benedictionem accipiat: vt q̃buscunq; locis accẽsa siue apposita fuerit discedat dyabolus et contremiscat et fugiat pallidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis nec psumat amplius inquietare seruientes tibi. Qui cũ deo patre et spũ sancto viuis ꝛ regnas deus Per omia secula seculorũ. Amẽ. Et dñr omes orationes cũ Oremus. sub eodẽ tono. Nõ dr Dñs vobiscum. nisi ante primã orationem tantum. Oratio.

DOmine sãcte pater omnipotens eterne deus: qui omnia ex nichilo creasti: et iussu tuo per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cereorum peruenire fecisti: ꝛ qui hodierna die petitionẽ iusti symeonis implesti te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hoim̃ꝫ sanitatem corporũ ꝛ animarum preparatas siue in terra siue i aquis per inuocationẽ sancti nois tui ꝛ per intercessionem sancti nominis tui et per intercessionem sancte marie semper virginis cuius hodie festa deuote celebrantur: et per preces omnium sanctorum tuorum bene ✠ dicere ꝛ sãcti ✠ ficare digneris: vt huius plebis tue que illas honorifice in manibus portare desiderat teq; laudando exultare exaudias voces de celo sancto tuo et de sede maiestatis tue: et propicius sis oĩb' clamãtibus ad te: quos redemisti preciosso sanguine filij tui

Qui tecum et spiritu sancto viuit et gloriatur deus. Per omnia secula seculorum. Amen Oremus. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne deus q̄ hodierna die vnigenitũ tuũ vlnis sctī symeonis in tẽplo sctō tuo suscipiẽdum presentari voluisti tuã supplices deprecamur clemẽtiam vt hos cereos quos nos famuli tui ĩ tui nōis magnificẽtia suscipiẽtes gestare cupimus luce accẽsos bene✠dicere et sãctificare atq̄ lumĩe superne benedictionis accẽdere digneris quatenus eos tibi dn̄o deo nostro offerẽdo digni et sancto igne dulcissime tue claritatis succensi: in tẽplo sancto glorie tue representari mereamur. Per eũdẽ dn̄m nostrũ iesum christum filiũ tuũ qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oīa secula seculorũ. Amen. Dn̄s vobiscũ. Et cũ spiritu tuo Sursũ corda. Habemus ad dominũ Gratias agamus domino deo nostro. Dignũ et iustum est.

VEre dignũ et iustũ est equum et salutare: nos tibi semper et vbiq̄ gratias agere: dn̄e sancte pater oīpotẽs eterne deus. Fons et origo totius luminis: qui mũdum illustrasti lumine tue claritatis: mittẽdo nobis vnigenitũ tuũ per vterũ intemerate virginis. Et quẽ lõge ante promisisti prophetarũ oraculis tẽporibus nouissimis misisti lucẽ populis sedẽtibus in tenebris. Te ergo dn̄e deprecamur: vt has candelas noī tuo preparatas tua benedictione digneris bene✠dicere: qui nos trãstulisti a potestate tenebrarũ in lucem dilecti filij tui et regnũ. Per quẽ exortũ est ĩ tenebris lumẽ rectis corde et gaudiũ salutis eterne. Et q̄ iusti symeonis implesti expectationẽ: vt nõ prius videret mortem q̄ eiusdem christi filij tui visibilem incarnationem totius mundi lumen et salutẽ: nos lumine tue claritatis sic repleas vt oẽs infidelitatis tenebras a nobis repellas. Et sicut seruũ tuum hodie dimisisti ĩ pace: sic nos in pace ecclesie tue sancte digneris gubernare: vt portũ quietis eterne valeamus intrare. Quatenus radijs vere lucis perfusi ibi in die examinis leti cũ hymnidicis angelorum choris valeamus videre faciẽ indefessi solis. Hic mutet vocem suã quasi legẽdo. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sãcti deus Per oīa secula seculorũ. Respondẽtur Amen. Hic aspergantur candele aqua benedicta et thurificentur. Deinde sequatur Dominus vobiscũ Oremus.

Domine sancte pater omnipotens lumen indeficiens qui es conditor omnium luminum: bene✠dic hoc lumen tuis fidelibus in honorem nominis tui portandum quatenus a te sanctificati atque benedicti lumine tue claritatis accendamur et illuminemur et propicius concedere digneris ut veluti eodem igne quondam illuminasti moysen famulum tuum: ita illumines corda nostra et sensus nostros quatenus ad visionem eterne claritatis peruenire mereamur. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui unigenitum tuum ante tempora de te genitum: sed temporaliter de maria virgine incarnatum lumen verum et indeficiens ad repellendas humani generis tenebras: et ad incendendum lumen fidei et veritatis misisti in mundum: concede propicius ut sicut exterius corporali ita etiam interius luce spirituali irradiari mereamur. Per eundem dominum nostrum.

Peracta candelarum benedictio ne distribuantur et interim cantetur an. Lumen ad reuelationem gentium. ps. Nunc dimittis totus ps dicitur. cum Gloria patri. et post unumquemque versum repetatur an. Lumen ad reuelationem.



Ad missam. Officium.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

Lectio malachie prophete. iii. ca.

Hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos

ritis: et angelus testamenti quē vos vultis. Ecce eni venit: dicit dñs exercituū Et qs poterit cogitare diē aduētus eius? Et qs stabit ad videdū eū? Ipse eni quasi ignis conflans: & quasi herba fullonū. Et sedebit cōflās & emūdans argentum: et purgabit filios leui. Et cōflabit eos quasi aurū & quasi argētū: & erūt dño offerētes sacrificia i iustitia: & placebit dño sacrificiū iuda & hierl'm sicut dies secli: & sicut anni antiq. Dicit dñs: omps. Gr. Suscepimus deus misericordiā tuā in medio tēpli tui scdm nomen tuū dñe: ita et laus tua in fines terre. V. Sicut audiuimus ita & vidimus in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Alla. V. Adorabo ad templū sāctum tuū et cōfitebor nomini tuo. Hac dic vz seque. licz ista ixx. hoc fcstū ptigerit. Seqn.

Hac clara die turma festiua dat pconia. Mariā concrepando symphonia nectarea. Mundi dña que es sola castissima virginum regia Salutis causa vite porta atq celi referta gra. Nā ad illam sunt nūcia olim facta āgelica. Aue maria gratia dei plena per secula. V. pcedens ter vz hac dic tantum Mulierum pia agmia intra semper benedicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famia In me quo modo tua sicut nuncia. Viri noui nullam certe copulā. Ex quo atq nata sum incorrupta. Ona missus ita reddit affata. Alatu sacro plena fies maria. Noua efferes gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portās q gubernat ethera. Omnia qui dat tempora pacifica. Tūc sacerdos & eius ministri in sedibus iuxta altare priuatim dicāt Tractū.

Nunc dimittis seruum tuum domie secūdum verbū tuum i pace. V. Quia viderunt oculi mei salutare tuum V. Quod parasti ante faciē omniū populorum. V. Lumen ad reuelationē gentiū: & gloriā plebis tue israel Secūdum Lucam. ij. Caplo

In illo tēpore: Postq impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi: tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent eū domino / sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinū adaperiēs vuluam: sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini: par turturum / aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon: et homo iste iust9 et timoratus

expectans cõsolationẽ israel Et spiritus sanctus erat i eo. Et respõsum acceperat a spiritu sancto: nõ visurũ se mortem / nisi prius videret christũ dñi Et venit in spiritu: in templum. Et cũ inducerent puerũ iesum parentes eius vt facerẽt secũdum consuetudinem legis pro eo: ꝫ ipse accepit eũ in vulnas suas et benedixit deum ꝫ dixit. Nunc dimittis seruum tuũ dñe: secũdũ verbum tuum in pace. Quia viderũt oculi mei: salutare tuũ Quod parasti: ante faciem omniũ populorũ. Lumen ad reuelationẽ gentium: et gloriã plebis tue israel. Credo. Offr. Diffusa est gratia i labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta

Presta q̃sumus oĩpotẽs deus vt sicut hodierna die munera venerãda filij tui oblatione cõsecrantur: sic ipsius gloriose genitricis p̃cibus sempiterni luminis nobis claritas conferatur. Per eũdẽ. Prefatio Quia per incarnati. Cõio. Respõsum accepit symeon a spiritu sancto nõ visurũ se mortem nisi videret christum dñi. Postcõio

Quesumus dñe deus noster vt sacrosancta mysteria q̃ pro reparationis nostre munimine cõtulisti: intercedẽte beata semper virgine maria et p̃sens nobis remedium esse facias ꝫ futurũ Per.

Sancti blasij episcopi et martyris. Officium.



Sacerdotes dei benedicite dñz: sancti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ i secula. Oro.

Beatus martyr tuus blasius domine nobis misericordie tue imploret auxilium: vt cuius festa celebramus / ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per dñ. Epistola. Omnis pontifex. In cõi fo. vij. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti i capite eius coronã de lapide precioso V. Vitã petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ sel'i Alla. V. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. Euãgeliũ. Nichil opertũ. In cõi fo. vj. Offr. Gloria et honore coronasti eũ et cõstituisti eũ super opa manuũ tuarũ dñe. Secreta.

Maiestati tue dñe hostias nrũ oblatiões offerimus precãtes: vt intercessione bti blasij martyris tui atq; põtificis fiant accepte: in quo filij tui dñi nostri iesu christi dilectio flagrauit. Qui te. Cõio. Posuisti dñe in capite ei⁹ co

ronā de lapide ꝓcioso. Postcō

MIsteria q̄s dn̄e q̄ in sancti blasij martyris tui atq; pontificis cōmemoratione sumpsimus nos tueantur cui⁹ hodie deuotis officijs recolimus passionē. Per dn̄m.

¶ Scē agathe virg. Officiū



Gaudeam⁹ oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore agathe martyris de cuius passione gaudent angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui iter cetera potētie tue miracula etiā in sexu fragili victoriā martyrij cōtulisti cōcede ꝓpicius: vt qui beate agathe virginis et martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. Per. Epl'a. Confitebor tibi. In cōi. fo. xviij. Grad. Adiuuabit eam deus vultu suo deus i medio eius non cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei sanctificauit tabernaculū suum altissimus. All'a ℣. Emulor eni vos dei emulatiōe despōdi enim vos vni viro virginē castam exhibere christo. Sequētia. Exultemus. vel tractus. Diffusa est Euangel. Simile est regnū celoꝝ thesauro. quere oia in cōi fo. xx. Offr̄. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi dn̄o. Secreta.

IN cōmemoratione btē agathe virginis tue et martyris altaria tua dn̄e mysticis munerib⁹ cumulamus maiestatē tuā suppliciter deprecātes: vt ipsius adiuuāti b⁹ meritis cūctis mereamur carere contagijs. Per. Cōio. Qui me dignatus est ab omi plaga curare ⁊ mamillā meā meo pectori restituere ipsum inuoco deum viuū. Postcōio

COElesti refectā mysterio tuere q̄s dn̄e familiam tuā vt intercedēte beata agatha virgīe tua ⁊ martyre: salutis eterne remedia que te aspirante requirimus te largiente consequamur. Per.

¶ Sanctorū vedasti et amādi episcoporum. Officium.



Sacerdotes ei⁹ induant salutari: et sancti ei⁹ exultatione exultabūt. ps. Memēto dn̄e dauid: et ois māsuetudinis eius. Orō.

ADesto dn̄e populo tuo cū sanctorum cōfessoꝝ tuorū atq; pontificum vedasti et amandi tibi patrocinio supplicanti: vt quod propria

fiducia non presumit intercessorum tibi placentium meritis consequatur. Per dñm nostrum. Epistola. Plures facti. In comuni co. xviij. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabũt. ℣. Illuc producã cornu dauid paraui lucernam christo meo. Alla. ℣. Fulgebũt iusti et tã͡q scintille in arundineto discurrent in eternũ. Euãgel. Sint lũbi ve. In cõi. co. xviij. Offr. Exultabũt scti in glia: letabunt in cubilibus suis: exultationes dei i faucibus eoꝝ. Secr.

Hostias laudis dñe tuis altaribus adhibemus: quas eorũ tibi patrocinijs cõmẽdãdas suppliciter exoramus: in quorum veneratiõe pietati tue hec sacrificia offerimus. Per dñm. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis ꝛ fructum afferatis ꝛ fructus vester maneat. Postcõio.

Sumẽtes dñe diuina mysteria q̄s: vt sctõꝝ cõfessorũ tuorũ atq põtificũ veda sti et amãdi precibus sanctificationem nobis iugiter operentur. Per dñm nostrum.

¶ Secr scolastice virg. Offi.



Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Deus q̄ beate virginis tue scolastice aiam ad ostendẽdam innocẽtie viam in colũbe specie celos penetrare fecisti: da nobis q̄s eius meritis ita innocenter viuere vt ad eadẽ mereamur gaudia peruenire. Per. Epistola Sapiẽtia vincit. In cõi. co. xx. Gr. Dilexisti iusticiam ꝛ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea bñdixit te deus ineternũ. Euangel. Simile est regnũ celorũ decẽ vir. In cõi co. xxi Offr. Offerentur regi virgines post eã proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe q̄s dñe desideria supplicantiũ fidelium cum oblationibus hostiarũ: vt interueniẽte beata scolastica virgine tua: que te sincera dilexit amore: nec fides in nobis torpeat: nec caritas tepescat. Per. Cõio Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõmunio.

Familiam tuam q̄s dñe spirituali cibo satiatã: beate virginis tue scolastice meritis propicius respice: vt sicut ipsius precibus ad obti

nendum quod cupiuit imbrem celitus descendere fecisti. ita eius supplicationibus ariditatem cordis nostri superne digneris gratie rore perfundere. Per dnm. ¶ Sancti valentini epi et martyris. Officiũ.



In virtute tua dñe letabitur iustus: et sup salutare tuũ exultabit vehementer: desideriũ aie eius tribuisti ei. ps. Quoniã preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio.

Presta q̃s oipotens deus: vt qui beati valentini martyris tui natalicia colimus a cũctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per. Epistola. Btũs vir qui inuentus. In cõi fo. v. Grad. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. v. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. Alla. v. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniã cum probatus fuerit accipiet coronam vite Euangel. Si quis vult post me venire. in cõi fo. vj. Offꝛ. In virtute tua dñe letabitur iust⁹ ꝛ super salutare tuũ exultabit vehementer desideriũ aie eius tribuisti ei. Secreta.

Sacrificium dñe q̃d offerim⁹ gratũ tibi q̃s beatus martir valentinus suffragator efficiat. Per dñm nrm. Cõio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriã et magnum decorem impones super eum dñe. Postcõio.

Quos celesti dñe substãtia recreasti: beati valentini martyris tui meritis a cũctis q̃s erue propiciatus aduersis. Per dñz ¶ Sancte iuliane virginis et mar. Officiũ.



Loquebar de testimoniis tuis in cõspectu regum ꝛ nõ confundebar: ꝛ meditabar i mandatis tuis que dilexi nimis ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mũdi eligis vt fortia queq; cõfundas: da nobis i festiuitate sancte martyris tue iuliane congrua deuotione gaudere: vt ꝛ potentiã tuam in eius passione laudemus ꝛ prouisum nobis percipiamus auxiliũ. Per dñm Epistola. Dñe deus meus. In cõi fo. xviij. Grad. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea bñdixit te deus ineternum. v. Propter veritatem et mãsuetudinem et iusticiam: ꝛ deducet te mirabi-

liter dextera tua. Alleluia.
Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. Euang. Simile est regnum celorum thesauro abscon. In com. fo. xx. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

In sancte martyris tue iuliane passione preciosa te domine mirabilem predicantes munera votiua deferimus presta quesumus: vt sicut eius tibi grata sunt merita sic nostre seruitutis accepta reddantur officia. Per do. Comio. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Postco.

Libantes domine mense tue beata mysteria quesumus vt sancte iuliane martyris tue interuenientibus meritis et temporalem nobis misericordiam tribuas et eternam. Per dominum nostrum.

Cathedra sancti petri Officium.



Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti concede propicius vt intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas. Lectio epistole beati petri apostoli. i. j. Capitulo.

Petrus apostolus iesu christi electis aduenis dispersionis ponthi / galathie / capadocie / asye et bithinie / secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus. in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu christi: gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi: qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem iesu christi ex mortuis. In hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et imarcessibilem / conseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo In quo exultabitis modicum nunc: si oportet contristari in varijs temptationibus vt probatio fidei vestre multo preciosior sit auro quod per ignem probatur. Inueniatur in laudem: et gloriam et honorem in reuelatione iesu christi domini nostri. Gr. Exaltent eum in ecclesia plebis et in cathedra seniorum laudent eum. V. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Tr.

Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. V. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam et tibi dabo claues regni celorum. V. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. V. Et quodcunque solueris super terram erit solutum et in celis. Secundum matheum. xvj.

In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis At illi dixerunt Alij iohannem baptistam / alij autem heliam: alij vero hieremiam / aut vnum ex prophetis Dixit illis iesus. Uos autem quem me esse dicitis? Respondens autem symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus dixit ei. Beatus es symon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi / sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine preces et munera beati petri apostoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus nobis prosit ad veniam. Per. Prefatio. Et te domine. Communio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommunio.

Letificet nos domine quesumus munus sumptum: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dominum.

¶ Sancti mathie apostoli. Officium



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Psalmus. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti tribue quesumus: vt eius interuentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum.

Lectio actuum apostolorum. j. c.

In diebus illis: Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul: fere centum viginti. Uiri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid

de iuda: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum. Qui connumeratus erat in nobis: et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius et diffusa sunt oia viscera ei9 Et notum factum est oibus habitantibus hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach / hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dns iesus incipiens a baptismate iohannis: vsque in diem qua assumpt9 est a nobis / testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: ioseph qui vocabatur barsabas qui cognominatus est iustus / et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu dne qui corda nosti oim / ostende quem elegeris ex his duob9 / vnum accipere locum ministerij hui9 / et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis et cecidit sors super mathiam. Et annumeratus est: cum vndeci apostolis. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est princi pat9 eorum. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. V9. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Secundum matheum. xi. ca

In illo tempore: Respondens iesus: dixit. Confiteor tibi pater dne celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus / et reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi fili9 / et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: et on9 meum leue. Credo Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Secreta

Deus qui proditoris apostate ruinam ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfectione careret beati mathie electione supplesti presentia munera sanctifi

ra ꝑ ea nos gratie tue vtute cōfirma. Per. Præfa. Et te do mine. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominꝰ. Postcō.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt per hec sancta que sumpsimus interueniente beato mathia apostolo tuo veniam consequamur ꝑ pacem. Per.

¶ Sancti dauidis episcopi ꝑ confessoris. Ad missā. Officiū.



Statuit ei dn̄s testamētū pacis ꝑ principē fecit eū/ vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternū. ps Misericordias domini: ī eternum cantabo. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt beati dauidis confessoris tui atqꝫ pōtificis veneranda solennitas et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dominum.

Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis pla. In cōmuni folio. xiij. Grad. Domine preuenisti eum in bn̄dictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petijt et tribuisti ei longitudinem dierum ī seculum seculi. Tractus. Beatus vir qui timet dominū. vt supra in missa precedenti. Euāgelium. Homo quidam peregre. In cōi. folio xv. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso ꝑ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui in beati dauidis confessoris tui atqꝫ pōtificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super om̄ia bona sua constituet eum. Postcō.

Quos tuis domine reficis sacramentis sancti dauidis confessoris tui atqꝫ pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum: et misterijs capiamus ꝑ moribus. Per dominum nostrum iesum xp̄m.

¶ Sancti cedde episcopi ꝑ cōfessoris. Ad missam. Officiū.



Sacerdotes dei benedicite dominū sancti ꝑ humiles corde laudate deum. ps Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Gloria patri et filio: ꝑ spiritui sctō. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui nos beati ceddę confessoris tui atqꝫ pontificis hodierna festiuitate le-

tificas: tuam supplices exo=
ramus clementiā vt cuius so
lennia deuotis officijs venera
mur/eius pijs suffragijs vite
eterne remedia cōsequamur.
Per dominū. Epl'a. Dilectus
deo. In cōi. fo. xiiij. Gr. Ec=
ce sacerdos magn⁹ qui in die
bus suis placuit deo. ℣. Non
est inuentus similis illi q̄ cō=
seruaret legē excelsi. Tract⁹.
Beat⁹ vir. vt s̄ in officio prec=
ced. Euangel'. Uidete vigila=
te. In cōi fo. xv. Offr. Inue
ni dauid seruū meū ꝛ in oleo
sancto vnxi eū: manus enim
mea auxiliabitur ei ꝛ brachi
um meū cōfortabit eū. Secr.

PRopiciare domie que=
sumus supplicationi=
bus nostris: ꝛ intercedente ꝓ
nobis beato cedda confessore
tuo atqꝫ pōtifice his sacramē
tis celestib⁹ seruiētes: ab om
ni culpa liberos esse concede
vt purificante nos gratia tua
eisdem q̄bus famulamur mi
sterijs emundemur. Per. Cō.
Dñe quinqꝫ talenta tradidi=
sti michi: ecce alia quinqꝫ su=
perlucrat⁹ sum euge serue fi=
delis quia in pauca fuisti fide
lis supra multa te cōstituam
intra i gaudiū dñi tui. Postcō.

PResta quesum⁹ domie
deus noster: vt diuinis
mysterijs expiati: interceden
te beato cedda cōfessore tuo
atqꝫ pontifice: ad superni ple
nitudinē sacramenti cui⁹ li=
bauimus sancta tendam⁹. P.

¶ Sanctarum perpetue ꝛ fe=
licitatis. Officium.



Ultum tuum
deprecabūtur
omēs diuites
plebis addu=
cētur regi vir
gines post eā
proxime ei⁹ ad=
ducentur tibi in leticias exul
tatiōe. Ps. Eructauit cor meū
verbum bonū: dico ego ope=
ra mea regi. Glia pa. Oratio

DA nobis q̄s dñe deus no
ster sanctarū martyrum
tuarum perpetue ꝛ felicitatis
palmas incessabili deuotiōe
venerari: vt quas digna mē=
te non possumus imitari hu=
millimis saltem frequētem⁹
obsequijs. P. Epl'a. De virgi
nibus autē p̄ceptū nō habeo
In cōi fo. xxj. Grad. Glorio=
sus deus in sanctis mirabilis
in maiestate faciens prodi=
gia. ℣. Dextera tua dñe glori
ficata est in v̄tute dextera ma
nus tua confregit inimicum
Euang. Simile est regnū ce=
lorum de. In cōi fo. xxj. Offr.
Offerētur regi virgines post
eā proxime ei⁹ offerēt tibi. Secr.

INtende q̄s dñe munera
altaribus tuis p sancta
rū martyrū tuarū perpetue ꝛ
felicitatis cōmemoratiōe p̄
posita: vt sicut per hec beata
mysteria illis gloriā contuli=
sti: sic nobis indulgentiā lar=

giaris et gratiā. Per dominū.
Cōio. Quinque prudētes vir-
gines acceperunt oleū in va
sis suis cum lampadibus: me
dia autē nocte clamor factus
est ecce spōsus venit exite ob
uiam christo dño. Postcōio.
Sanctarum martyrū tua
rum perpetue et felicita
tis festiuitates sacramēti di-
uini munere vegetati/ q̄s dñe
vt sicut bonis tuis per tuā gra-
tiam temporaliter fouemur:
ita perfruamur eternis. Per.
Si aliquod festū triū lec. a ca
pite ieiunij vsque in crasti. oct.
pas. contigerit nichil ide fiat
nec etiam memo. ¶ Patricij
epi et confessoris. Officium.



Statuit ei dñs
testamētū pa
cis/ et pricipē
fecit eū/ vt sit
illi sacerdotij
dignitas in e-
ternū. ps. Mi
sericordias domini: in eternū
cantabo. Oratio.
Da q̄s omps deus vt bea
ti patricij cōfessoris tui
atque pontificis veneranda so
lennitas et deuotionē nobis
augeat et salutē. Per. Epla.
Ecce sacerdos magnus qui in
dieb⁹. In cōi fo. xiij. Gr. Iu
rauit dñs et nō penitebit eum
tu es sacerdos ineternū secū-
dum ordinē melchisedech. ℣.
Dixit dñs dño meo sede a dex
tris meis. Tractus.

Beatus vir qui timet do
minū: in mādatis eius
cupit nimis. ℣. Potens in ter
ra erit semen eius: generatio
rectorum bñdicetur. ℣. Gloria
et diuitie in domo eius et iu-
sticia eius manet in seculum
seculi. Euange. Vigilate q̄a
nescitis. In cōi fo. xv. Offr.
Inueni dauid seruū meū et
in oleo sancto vnxi eū: man⁹
enim mea auxiliabitur ei: et
brachium meum conforta-
bit eum. Secreta.
Respice q̄s dñe munera
populi tui in beati pa-
tricij cōfessoris tui atque ponti
ficis honore oblata: et tue te-
stificatio veritatis nobis pfi
ciat ad salutem. Per. Cō. Fi
delis seruus et prudēs quem
constituit dñs super familiā
suam: vt det illis in tempore
tritici mensuram. Postcōio.
Nos tuis dñe reficis sa-
cramentis sancti patri-
cij confessoris tui atque pontifi
cijs attolle benignus suffra-
gijs: vt nostre redemptionis
effectum et mysterijs capiam⁹
et moribus. Per dñm.
¶ Sancti gregorij [redacted]. Offm.
Sacerdotes dei
benedicite dñm:
sancti et humi-
les corde lauda
te deū. ps. Be-
nedicite omnia
opera dñi dño: laudate et su-
perexaltate eū in secula. Oro.

Deus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: concede propicius vt qui peccatorum nostrorũ pondere premimur: eius apud te patrocinijs subleuemur. Per. Epla. Dedit dñs. In cõi fo. xvj. Gr. Iurauit dñs & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet dñm., vt s. i missa precedenti. Euangeliũ. Vigilate qa nescitis. In cõi fo. xv. Offr. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Intercessio q̄s dñe beatissimi gregorij confessoris tui atq; pontificis: misericordie tue mũera nostra cõciliet: vt quod merita nostra non valent eius deprecatio nobis obtineat. Per dñm. Cõio Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dñs super familiam suã: vt det illis i tẽpore tritici mensurã. Postcõio.

Corporis sacri preciosiq; sanguinis repleti libamine quesumus dñe deus noster: vt quod pia deuotiõe gerimus intercedẽte beato gregorio cõfessore tuo atq; põtifice certa redẽptiõe capiam⁹. Per dominũ. Scti edwardi regis et martyris. Officiũ.



Gloria & honore coronasti eum: et cõstitui sti eum super opera manuũ tuarũ. ps. Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Oratio.

Deus eterni triumphator imperij familiã tuam propicius respice martyriũ regis celebrantẽ edwardi & presta vt sicut illum munere glorificare digneris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per. Epla. Btũs vir q̄ inuẽ. in cõi. fo. v. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. ℣. Quoniã preuenisti eũ i benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronã de lapide precioso. Euãg. Si quis venit. In cõi fol. vj. Offr. Gloria & honore coronasti eũ et constituisti eũ sup opera manuũ tuarũ. Secre.

Intuere q̄s eterne deus ad nostre hũilitatis hostiã tibi in honore tui martyris ac regis edwardi oblatã quã tibi sacrã oblationẽ mi-

rabili dispēsatiōe efficere vo luisti ⁊ cōcede nobis illius pedibus ita innocenter viuere vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per. Cōio. Magna est gloria eius i salutari tuo: gloriā ⁊ magnū decorem impones sup eū dñe. Postcōio.

SAncta tua nos dñe sumpta purificēt: ⁊ btō martyre tuo ac rege edwardo intercedente: ad perpetue beatitudinis cōsortium perducāt. Per do. ¶ Scti cuthberti episcopi ⁊ confessoris. Officiū.



Statuit ei dñs testamētū pacis ⁊ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ieternum. ps. Misericordias dñi: ineternū cantabo. Gloria patri. Oratio.

DEus qui p inestimabile munus gratie tue sāctos tuos facis esse gloriosos presta q̄s: vt interueniēte btō cuthberto cōfessore tuo atq pontifice: mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per dominū. Epl'a. Ecce sacerdos mag. In cōi fo. xiii. Gr. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Tr. Beatus vir q̄ timet dñm. vtū. in in primo fo. Euāge. Homo qdā pegr. In cōi fo. xv. Offr.

Inueni dauid seruum meū et in oleo scō vnxi eū manus ei mea auxiliabit ei ⁊ brachium meū cōfortabit eū. Secr.

SUscipe dñe q̄s hōstiā redēptionis humane ⁊ intercessione beati cuthberti cōfessoris tui atq pontificis: salutem nobis mentis ⁊ corporis placatus operare. Per do. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātem: amē dico vobis sup oia bona sua cstituet eū. Postcō.

SAncta tua q̄s dñe q̄ sumpsimus nos sua virtute tueantur: ⁊ intercedente beato cuthberto cōfessore tuo atq pontifice cuius vita gloriosa effulsit: in pace nos ⁊ sāctitate custodiāt. Per dominū. ¶ Scti bñdicti abbatis. Offm



Os iusti meditabitur sapiētiam ⁊ lingua ei⁹ loquet iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus q̄ hodierna die carnis eductum ergastulo beatissimum confessorem tuum benedictū subleuasti ad celum concede quesumus: hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorū veniam delictorum vt qui

exultātibus animis eius cla=
ritati congaudent: ipso apud
te interueniente consocient̄ur
et meritis. Per dominū no.
Epl'a. Iustus coꝛ suū tradet
In cōi fo. xvij. Grad. Os iu=
sti meditabitur sapientiam ⁊
lingua eius loquetur iudiciū
℣. Lex dei ei⁹ in coꝛde ipsi⁹ ⁊
nō supplātabūt gress⁹ ei⁹. Tr.
Desiderium anime eius
tribuisti ei: ⁊ volūtate la
bioꝝ eius nō fraudasti eū. ℣.
Quoniam pꝛeuenisti eum in
benedictionibus dulcedinis.
℣. Posuisti in capite eius co=
ronam de lapide pꝛecioso.
Euange. Nemo accēdit. In
cōi fo. xvij. Offp. Desideriū
aie ei⁹ tribuisti ei dn̄e: ⁊ volū
tate labioꝝ eius nō frauda=
sti eū posuisti in capite ei⁹ co
ronā de lapide ꝑcioso. Secr.
Oblatis dn̄e ob honoꝛem
beati bn̄dicti cōfessoꝛis
tui atq; abbatis placare mu=
neribus: et ipsius interuentu
cunctoꝝ nobis indulgentiā
tribue pctōꝝ. P. Cōio. Beat⁹
seruus quē cū venerit dn̄s in
uenerit vigilantē: amē dico
vobis super oia bona sua cō
stituet eum. Postcōmunio.
Pꝛestet nobis dn̄e tui pꝛe
ceptio sacramēti inter=
cedente beato benedicto con=
fessoꝛe tuo atq; abbate: vt et
cōuersatiōis eius imitemur
exempla: et pertingamus ad
pꝛemia. Per dominum no.



¶ In annunciatiōe btē ma=
rie ꝟginis. Ad missā. Officiū.



Roꝛate celi de=
super ⁊ nubes
pluāt iustum:
aperiatur ter=
ra ⁊ germinet
saluatoꝛem.
In tēpoꝛe pa
schali. alleluya alleluya. ps.
Et iusticia oꝛiet̄ simul: ego
dn̄s creaui eum. Oꝛatio.
Deus q̄ de beate marie
ꝟginis vtero verbū tuū
angelo nūciante carnē susci=
pere voluisti: ꝑsta supplicib⁹
tuis: vt qui vere eā dei geni=
tricē credim⁹: eius apud te in
tercessionibus adiuuemur. P
eundē. Lctō esaye ꝓphete. vū
In diebus illis: Locut⁹
est dn̄s ad achaz dicens
Pete tibi signum a dn̄o deo
tuo in pꝛofundum inferni: si
ue i excelsum supꝛa. Et dixit
achaz. Non petā ⁊ non tētā=

do dn̄z. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis est molestos esse homi nibus: q̄a molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius Ema= nuel Butyrum et mel come= det: vt sciat reprobare malū: et eligere bonum. Gr. Tol= lite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales et introibit rex glīe. V. Quis ascendet in montem dn̄i: aut quis stabit ī loco sancto eius innocēs manibus et mundo corde. In tp̄e pasche. Alla. V. Aue maria grā plena dn̄s tecū benedicta tu in mulieri= bus. Scd̄m Alla. erit vnū de subscriptis in officio sequēti scilicet scī richardi Hac die dicatur ista sequentia: licet in. xl. contigerit. Sequēntia.

Aue mūdi spes maria: aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue virgo sin gularis que per rubum desi= gnaris non passum incēdia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cuius fructus no= stri luctus relaxabat vincula Aue carens simili mundo diu flebili reparasti gaudiū. Aue cui⁹ viscera cōtra mor tis federa: ediderunt filium. Aue virginum lucerna: per quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit Aue vir go de qua nasci: et de cuius lacte pasci rex celorū voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue sc̄ti spiritus sacrarium O ꝯmirabilis et ꝯlaudabi= lis hec est ꝟginitas. In qua per spiritū sanctū paraclitum fulsit fecunditas O ꝯsancta ꝯserena/ꝯbenigna/ꝯame= na/esse virgo creditur. Per quam seruitus finitur porta celi aperitur: necnō libertas redditur. O castitatis lilium tuum precare filiū qui salus es humilium. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio subĳciat supplicio Sed nos tua sancta prece: mundans a peccati fece Collocet ī lucis domo amen dicat oīs homo. Tunc sacerdos et eius mini= stri in sedib⁹ iuxta altare pri uatim dicant Tractum.

Aue maria grā plena dn̄s tecum. V. Bn̄dicta tu in mulieribus et bn̄dictus fructus ventris tui V⁹. Sp̄us sc̄tūs superueniet in te: et vir tus altissimi obūbrabit tibi V. Ideoq; ⁊ quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei

Secundū Lucam. j. Caplo.

In illo tp̄e: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee/ cui no= men nazareth/ ad virginem desponsatā viro/ cui nomen erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomē virginis maria Et in= gressus angelus ad eā: dixit.

Aue gratia plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait āgelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomē eiꝰ iesum. Hic erit magnus: ꝛ filiꝰ altissimi vocabit. Et dabit illi dn̄s deus sedem dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo iacob i eternum/ et regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ et qd̄ nascetur ex te sanctum: vocabitur filiꝰ dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud deū omne verbum. Dixit autem maria Ecce ancilla dn̄i: fiat michi: secundū verbum tuum. Offꝫ

Aue maria gratia plena dominus tecū: bn̄dicta tu in mulieribus et benedictus vētris tui. In tp̄e pasc. Alla. Secr.

In mentibus nostris q̄sumus dn̄e vere fidei sacramenta confirma: vt q̄ conceptum de virgine deum verūm et hominē firmiter confitemur per eiusdem salutifere incarnationis potentiam: ad eternā mereamur peruenire leticiam. Per eundem. Prefatio. Et te in annunciatione. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filium ꝛ vocabitur nomen eius ēmanuel. In tp̄e pas. Alla all. Postcō.

Gratiam tuam q̄sumus domine mētibus nostris infunde vt qui angelo nunciante christi filij tui incarnationem cognouimus per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur Per eundē dn̄m nr̄m.

¶ Si hoc festū in aliqua dn̄ica xl. euenerit: semper differatur in crastinū: cū vero infra passionem extra dn̄icam contigerit: ibi solēniter celebretur. Si autem in die cene vel in duobus diebus sequētibus/ siue in ebdomada pasche euenerit in proxima feria vacante post octauas pasche vbi cōuenientius potest celebrari/ celebretur. Et hoc eodē modo fiat de ceteris festis duplicibus tēpore predicto contingētibus: et semper infra. xl. quādo fit seruitium de aliquo scō nomen lectionū missa de festo post terciā dicitur missa vero de ieiunio post nonā vtraqꝫ ad principale altare: et fiat pfatio post Sanctus. et dicūtur feriales

fecs more solito ad illā missam de ieiunio: licet duplex festum fuerit. ¶ Sancti richardi episcopi. Officium.



Statuit ei dn̄s testamentū pacis et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternum. In tpe paschali. Alla alla. ps. Misericordias dn̄i: in eternum cātabo. Oratio.

Deus q̄ ecclesiā tuā meritis beati richardi confessoris tui atq̄ pōtificis fecisti miraculis chorusare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsi⁹ itercessiōe ad eterne beatitudinis gloriā puenire. Per do. Epla. Ecce sacerdos magnus ī cōi so. xiij. Gr.

Domine preuenisti eū in benedictiōibus dulcedinis: posuisti ī capite eius coronā de lapide p̄cioso. V⁹. Vitā petijt ꝛ tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Tractus.

Beatus vir qui timet dominū: in mādatis eius cupit nimis. V. Potēs in terra erit semen eius generatio rectorū bn̄dicet. V. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculū selī. Euāg. Homo quidā peregre In cōi so. xv. In tpe pasch. Alla. V Iustus germinabit sicut liliū: et florebit ī eternū ante dn̄m. Secundum Alla.

V Mane nobiscum dn̄e quia declinata est iam dies ad vesperum Alla. V. Oportebat pati christum et resurgere a mortuis ꝛ ita intrare in gloriam suā. Alla. V. Christus resurgens ex mortuis iā non moritur mors illi vltra non dn̄abitur. Alla. V. Surrexit altissimus de sepulchro q̄ pro nobis pepēdit in ligno. Alleluya V. Surrexit christus ꝛ illuxit populo suo quem redemit ipse de sanguine suo. Alla. V. Surgens iesus dn̄s noster stetit in medio discipulor̄ suor̄ ꝛ dixit pax vobis Alla. V. Surrexit dn̄s et occurrēs mulieribus ait auete: tunc accesserunt et tenuerūt pedes eius. Alla. V⁹. In die resurrectionis mee dicit dn̄s precedam vos in galileam. Quibus dictis dicitur illa de ebdomada pasche videlicet de. iij. iiij. et v. feriis q̄ sequūtur. Alla. V. Surgens iesus dn̄s noster stetit in medio discipulorū suorū et dixit pax vobis. Alla. V. Surrexit dominus ꝛ occurrens mulieribus ait auete: tūc accesserūt et tenuerūt pedes eius. Alleluya. V. In die resurrectionis mee dicit dominus p̄cedā vos in galileam ¶ Quod etiam obseruetur in omni festo cū regimie chori ab octauis pasche vsq̄ ad ascensionem domini cum repetitiōe

frequēti si necesse fuerit. Sequentia. Adest nobis dies alma. In cōi fo. xiiij. Euāgel. Ego sum vitis vera. In cōi fo. j. Offer. Ueritas mea ꝫ misericordia mea cum ipso ꝫ in noīe meo exaltabitur cornu eius. In tpe pas. Alla. Secr.

Concede q̄s misericors deus: vt intercedente beato richardo cōfessore tuo atq; pontifice oculis tue maiestatis munus oblatū ꝫ gratiam nobis bene viuendi obtineat ꝫ gloriā sempiternam acquirat Per. Cōio Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē amen dico vobis super oīa bona sua cōstituet eum. In tempore paschali Alla alla. Postcōio.

Hec sacrosancta sumpta misteria nobis effectū dn̄e cōferant salutarem: quo cū beatus richardus cōfessor tuus atq; pontifex deuotus extitit dispensator Per dn̄m.

Scti ābrosij epi ꝫ do. Offi.

Sacerdotes tui dn̄e induāt iusticiam et sancti tui exultēt ppter dauid seruū tuū nō auertas faciē christi tui. In tpe pas. Alla. ps Memēto dn̄e dauid: ꝫ oīs māsuetudinis eius. Oratio.

Deus q̄ populo tuo eterne salutis beatū ābrosium ministrū cōcessisti: p̄sta q̄s. vt quem doctorē vite habuimus in terris intercessorē semper habere mereamur in celis Per. Epistola. Dedit dn̄s In cōi fo. xvj. Gr. Iurauit dn̄s et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū secū dum ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Tract⁹. Beat⁹ vir. vbi ꝫ. in officio primo. Euāg. Uigilate quia nescitis horā. In cōi fo. xv. In tpe pasch. Alla. ℣. Iust⁹ germinabit sicut lilium et florebit i eternum ante dn̄m. Scd̄m Alla. vnū de suprascriptis. Sequ. de cōi fo. x. Euāge. Ego sum vitis ve. In cōi fo. j. Credo. Offer. Ueritas mea ꝫ misericordia mea cum ipso: ꝫ in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tpe pas. Alla. Secr.

Hec in nobis sacrificia deus intercedente beatissimo cōfessore tuo ambrosio: et actione permaneant et operatione firmētur. Per dn̄. Cōio Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilāte amen dico vobis super oīa bona sua cōstituet eū. In tpe paschali Alla alla. Postcō.

Sancti ambrosij nos q̄s dn̄e iugiter psequatur oratio vt quod petitio nostra non impetrat: ipso pro nobis interueniente prestetur. Per dn̄m iesum christū filiū.

¶ Sanctorum tyburcij & va-
leriani martyrum. Officium

Sancti tui dñe be-
nedicent te: gloriã
regni tui dicent al
leluya. ps. Exal-
tabo te deus meꝰ
rex: et bñdicã noĩ tuo in secu
lum et i seculum seculi. Oro

Presta qs oĩpotẽs deus:
vt qui sctõꝝ martyꝝ
tuoꝝ tyburcij valeriani atq
maximi solẽnia colimꝰ: eoꝝ
etiã virtutes imitemur. Per.
Epistola. Lingua sapiẽtum
In cõi fo. ix. Alla. ꝟ. Sancti
tui dñe florebunt sicut liliũ &
sicut odor balsami erũt ante
te. Secundũ Alla. erit de pri
ma dñica precedẽti: et hoc in
oĩbus festis sine regimie cho
ri ab oct. pasch. vsq ad asce.
dñi obseruetur Euang. Ego
sum vitis vos pal. in cõi fo. j.
Offr. Confitebũtur celi mi-
rabilia tua domine & verita-
tem tuam in ecclesia sancto-
rum. Alla alleluya. Secreta

Presentibus dñe qs in-
tende muneribus & pa
trocinãtibus sanctis martyri
bꝰ tyburcio valeriano & ma-
ximo quoꝝ solẽnia celebra-
mus: fidelibꝰ tuis salutis in-
dulgentiam cõferant: & eter-
na premia dignanter acqui-
rant. Per dñm nostrũ. Cõio.
Gaudete iusti in domino al-
leluya rectos decet collauda
datio alleluya. Postcõio.

Sacramẽti tui dñe qs sũ
pta benedictio corpora
nostra mentesq sanctificet: &
sctõꝝ martyꝝ tuoꝝ tybur-
tij valeriani et maximi inter-
cessionibꝰ sempiterne glorie
ascribẽdos nos pparẽt. Per.
¶ Sãcti alphegij epi et mar.

Protexisti me
deus a cõuẽtu
malignantiũ
alla a multi-
tudine operã
tiũ iniqtatem
alla alla. ps.
Exaudi deus orationem meã
cũ deprecor: a timore inimici
eripe animã meam. Oratio.

Deus qui beatũ alphe-
gum pontificem tuum
sacerdotij dignitate & palma
martyrij decorasti: cõcede p-
picius ita nos apud te eiꝰ in-
tercessionibꝰ adiuuari: vt cũ
eo possimus in eterna felici-
tate letari Per. Epla. Doctri
nis varijs. i cõi fo. vij. Alla.
ꝟ. Elegit te dñs sibi in sacer-
dotẽ magnũ in populo suo.
Euãg. Ego sum vitis ve. In
cõi fo. j. Offr. Confitebũtur
celi mirabilia tua domine et
veritatẽ tuã in ecclesia san-
ctorum. Alla alla. Secreta.

Hec dñe altari tuo mu-
nera iposita bñdic ipse
et suscipe: vt intercessiõe bti
alphegi martyris tui atq põ
tificis nobis ad fructũ profi-
ciant vtriusq salutis. Per.

Cōio. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites qui manent in me et ego in eo: hic fert fructū multū allā allā. Postcō.

SUmpto dñe sacramēto tuam suppliciter depre camur clemētiam vt interce dēte beato alphego martyre tuo atq₃ pontifice quod temporaliter gerimus: ad vitam capiamus eternam Per dñz.

Scti Georgij mar. Officiū



PRotexisti me deus a cōuentu malignātium allā a multitudie operantiū ini quitatem allā. allā. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā Oro

DEus qui nos beati georgij martyris tui meritis et intercessione letificas concede propicius: vt cuius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per.

Lectō eplē btī iacobi aplī. j. ca

CArissimi: Omne gaudium existimate cum in temptationes varias incideritis: sciētes ꝙ probatio fidei vestre patientiā operatur Patientia autē opus perfectum habeat: vt sitis perfecti et integri in nullo deficiētes Si quis aūt vestrum indiget sapientiā postulet a deo qui dat oibus affluenter: et non improperat ⁊ dabitur ei. Postulet autē in fide: nichil hesitans. Qui eni hesitat: similis est fluctui maris: qui a vēto mouetur et circunfertur. Nō ergo existimet homo ille ꝙ accipiat aliquid a domino Vir duplex aio: incōstās est in oibus vijs suis. Glorietur autē frater humilis in exultatione sua: diues autem in humilitate sua quoniā sicut flos feni trāsibit. Exortus est enim sol cū ardore ⁊ arefecit fenū et flos eius decidit: ⁊ decor vultus eius deperijt. Ita et diues: i itinerib⁹ suis marcescit. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cū probatus fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit deus diligentibus se. Allā. V. Letabitur iustus in dñō ⁊ sperabit in eo et laudabūtur oēs recti corde. Sequētia. Organicis canam⁹ In cōi ro. vj. Euāg. Ego sum vitis vera. In cōi ro. j. Credo. Offr. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe ⁊ veritatem tuam in ecclesia sanctorū allā allā. Secreta.

OFferim⁹ tibi dñe solēne sacrificiū pro venerāda scī georgij martyris tui passione deprecātes clementiam tuam: vt per hec sacrosancta mysteria antiqui hostis tētamenta te triūphante vinca-

mus: et eterne remuneratio-
nis premium te largiente se-
quamur. Per. Cōio. Letabi
tur iustus in domino ꝛ spera
bit in eo ꝛ laudabuntur om-
nes recti corde. Postcōio.
Mense celestis satiati dul
cedine humiliter te ro-
gamus oīpotens pater: vt in
tercedēte beato georgio mar
tyre tuo resurrectiōis eius si-
mus participes/ cui⁹ sumus
morte redēpti. Qui tecū viuit.
¶ Sancti marci euāge. Officiū
Protexisti me deus. vt ŝ prece-
denti folio. Oratio.
Deus qui beatum mar-
cū euāgelistā tuū euā-
gelice predicationis gratia
sublimasti: tribue qs: ei⁹ nos
semper ꝛ eruditiōe pficere et
oratione defendi. Per dnm.
Ad ephesios. iiij. Capitulo.
Fratres: Unicuiq; no-
strū data est gratia: se-
cundū mēsuram donationis
christi Propter qđ dicit. Ascē
dens in altum captiuam du-
xit captiuitatem: dedit dona
hominibus. Quod autē ascē
dit: quid est. nisi qa et descen-
dit primū in inferiores par-
tes terre? Qui descendit ipse
est/ et qui ascendit super oēs
celos: vt adimpleret oīa. Et
ipse dedit quosdam quidem
apostolos: quosdam aūt pro
phetas/ alios vero euangeli
stas/ alios vero pastores ꝛ do
ctores ad consummationem
sanctorum i opus ministerij
in edificationē corporis chri
sti/ donec occurramus oēs in
vnitatem fidei et agnitionis
filij dei/ in virum perfectum:
in mensuram etatis plenitu-
dinis christi. Alla. ℣. Primus
ad syō dicet ecce assum ꝛ hie-
rusalem euangelistam dabo
Sequētia. Laus deuota. In
cōi fo. iiij. Euāgel. Ego sum
vitis vera. In cōi fo. j. Offer.
Confitebunt celi mirabilia
tua dñe et veritatē tuā in ec-
clesia sctōrū alla alla. Secr.
Beati marci euāgeliste
tui solēnitate tibi mu-
nera deferētes qs dñe vt sicut
illū predicatio euāgelica fe-
cit gloriosum ita nos eius in
tercessio ꝛ verbo ꝛ opere tibi
reddat acceptos. Per dnm.
Prefatio. Te dñe. nō dicitur
in hac prefatiōe. Per beatos
euāgelistas. sed Per beatos
apostolos Cōio. Ego sum vi
tis vera ꝛ vos palmites q̄ ma
net i me et ego in eo: hic fert
fructū multū all' all'. Postcō.
Refecti cibo spiritalis
alimonie q̄sumus dñe
deus noster: vt quod mysterio
frequētamus itercedente btō
marco euāgelista plena vir-
tute consequamur. Per dnm
¶ Si in ebd. pasche aliquod
festū vel ieiuniū euenerit: ni
chil de fes. fiat nec de ieiunio
nec post nec āte nisi forte in
oct. contigerit: tūc eni potest

deferri in crastinū hoc idē ob
seruetur in ebd̄. penthecostes
¶ Scti vitalis martyris Offi
Protexisti me de⁹. vtš. Oro.
Presta q̄s oīpotēs deus
vt intercedēte btō vita
le martyre tuo: & a cūctis ad-
uersitatibus muniamur i cor
pore et a prauis cogitationi
bus mundemur i mēte. Per.
Epl'a. Nemo militans deo.
In cōi so v. All'a. ỽ. Sancti
tui dn̄e florebūt sicut liliu[m] et
sicut odor balsami erūt ante
te. Sequētia. Organicis ca-
namus. In cōi so. vj. Euāg.
Ego sum vitis vera. In cōi
so. j. Offr. Repleti sum⁹ ma
ne mīa tua et exultauimus &
delectati sumus all'a. Secr.
Grata tibi dn̄e q̄s nostra
sint munera q̄bus scti vi
talis martyris tui passio re-
colitur honorāda. Per. Cōio
Ego sum vitis vera et vos
palmites qui manet in me et
ego in eo: hic fert fructū mul
tum All'a all'a. Postcōio.
Quesumus oīpotēs deus
vt munus diuinū quod
sumpsimus intercedente btō
vitale martyre tuo salutari
nobis proficiat effectu. Per d̄
¶ In die apostolorū philip-
pi & iacobi. Ad missā. Officiū



Exclamauerūt ad
te dn̄e i tempore
afflictionis sue: &
tu deus exaudisti
eos all'a all'a. P̄s.
Exultate iusti in domino: re
ctos decet collaudatio. Oro.
Deus q̄ nos annua apo
stolorū tuorū philippi
& iacobi solēnitate letificas:
p̄sta q̄s vt quorū gaudemus
meritis instruamur exēplis.
Per. Lectō libri sapiētie. v. ca
Stabūt iusti in magna
constātia aduersus eos
qui se angustiauerunt & qui
abstulerūt labores illorum
Videntes autem turbabun-
tur timore horribili et mira-
buntur in subitatione inspe-
rate salutis dicentes intra se
penitētiam agētes: & p̄ re an-
gustia spiritus gementes Hi
sunt quos aliquando habui-
mus in derisum: et in simili-
tudinē improperij. Nos in-
sensati vitā illorū estimaba-
mus insaniā: et finē illorum
sine honore Quomodo ergo
cōputati sunt: iter filios dei?
Et iter sanctos: sors illorum
est. All'a. ỽ. Stabūt iusti in
magna constantia aduersus
eos q̄ se angustiauerūt. Al-
leluya. ỽ. Nonne cor nostrū
ardens erat in nobis de iesu
dum loqueretur nobis i via.
Sequētia Clare sctōrū. i cōi
so. ij. Scd̄m iohānē. xiiij. cap
In illo tpe: Dixit iesus
discipulis suis. Nō tur
betur cor vestrū. Creditis in
deū: et in me credite. In do-
mo patris mei māsiōes mul-
te sunt. Si quominus dixissē

vobis: q̄a vado parare vobis lo
cū. Et si abiero et pparauero
vobis locū iterū veniā et acci
piā vos ad meipsū/ vt vbi sū
ego et vos sitis. Et q̄ ego vado
scitis: et viā scitis. Dixit ei tho
mas. Dn̄e: nescim⁹ quo vadis
Et quomō possumus viā sci-
re? Dixit ei iesus. Ego sū via
veritas et vita. Nemo venit
ad patrem: nisi per me. Si co
gnouissetis me: et patrē meū
vtiq̄ cognouissetis. Et amo-
do cognoscetis eū: et vidistis
eum. Dixit ei philippus. Dn̄e
ostende nobis patrem: et suf
ficit nobis. Dixit ei iesus. Tā
to tempore vobiscum sum:
et non cognouistis me? Phi-
lippe qui videt me: videt et pa
trem. Quomodo tu dicis: ostē
de nobis patrem? Nō credis
quia ego in patre: et pater in
me est? Verba q̄ ego loquor
vobis: a meipso non loquor.
Pater autem in me manens
ipse facit opera. Non credis:
quia ego in patre/ et pater in
me est? Alioquin propter ipsa
opa credite. Amē amē dico vo
bis: qui credit in me/ opera q̄
ego facio et ipse faciet et ma-
iora horum faciet/ quia ego
ad patrem vado. Et quod-
cunq̄ peteritis patrem in no
mine meo: hoc faciam. Cre
do. Offer. Confitebuntur celi
mirabilia tua dn̄e et veritatē
tuam in ecclesia sanctorū al-
leluya alleluya. Secreta.

Deus ecclesie tue redem
ptor atq̄ perfector da vt
apostolorum tuorum philip
pi et iacobi precibus pascha-
lis sacramēti dona capiam⁹:
quorum nobis magisterio ea
voluisti predicari. P. Prefa.
Et te dn̄e. Cōio. Tanto tem
pore vobiscum sum et non co
gnouistis me philippe qui vi
det me videt et patrem all'a:
non credis quia ego in patre
et pr̄ i me est all'a all'. Postcō.
Paschale mysteriū reco-
lentes beatorum apo-
stolorū philippi et iacobi dn̄e
precibus foueamur: quorum
magisterio hoc cognouimus
exequendum. Per dominū.
¶ In inuētiōe sctē crucis. offm



Nos autē glo-
riari oportet i
cruce dn̄i no-
stri iesu chri-
sti: i quo est sa
lus vita et re-
surrectio nr̄a
per quē saluati et liberati su-
mus alleluya all'a. Ps. Deus
misereatur nostri et benedicat
nobis: illuminet vultum suū
super nos et misereatur nostri
Kyrie. Lux et origo. et dicitur
cum suis versibus. Oratio.
Deus qui in preclara sa
lutifere crucis inuētio-
ne passionis tue miracula su
scitasti: concede vt vitalis li-
gni precio eterne vite suffrā-
gia assequamur. Qui vi. et re.

Nulla fiat memo. de resur rectione: sed de sctis mar. alexādro euētio et theodolo. Or

Presta q̄s omps de⁹: vt qui sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ alexādri / euēty / et theodoli natalicia colim⁹: a cunctis malis iminētibus eoꝝ inter cessiōib⁹ liberemur. P. Epl'a Confido i cōi fo. v. A lla. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferēs pōdera q̄ sola fuisti digna sustinere regē celorū et dn̄z. A lla. V. Dicite i gētib⁹ q̄a dn̄s regauit a ligno.

Salue crux sctā ar Seq̄. boꝛ digna. Cui⁹ robur p̄ciosum mūdi ferret talentū Ut hostis p̄ lignum victoꝛ ligno reuincerēt. Q uodq̄ exoꝛtu moꝛtis p̄rimis erat terrigenis paradiso p̄ropulsis. C ausa etiā vite foret cūctis xp̄i moꝛte vere viuificatis. H oꝛrificū tu es semp̄ signū iimicis crux sacra seuis Q uā moꝛs pauet īfernusq̄ timet q̄ xp̄o suos reconsignas. C ui laus sit i euū. Scd'm iohēm. iij

In illo tēpe: Erat hō ex phariseis nichodemus noīe: p̄rinceps iudeoꝛum. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei Rabbi: scim⁹ q̄a a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respōdit ies⁹: et dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo / non potest videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemus. Quō potest hō nasci cū sit sex? Nunq̄d potest in ventrē matris sue iterato introire et renasci? Rñdit ies⁹. Amē amen dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et sp̄ū sctō / non potest introire in regnū dei. Nō natū est ex carne: caro est Et qō natū est ex sp̄ū: sp̄us est Nō mireris q̄a dixi tibi: opoꝛtet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult spirat et vocē ei⁹ audis: sed nescis vñ veniat aut quo vadat. Sic et oīs: qui natus est ex spiritu. Respōdit nichodemus: et dixit ei. Quomo possunt hec fieri? Respondit ies⁹ et dixit ei. Tu es magister i isrl': et hec ignoꝛas Amē amē dico tibi: q̄a qō scim⁹ loq̄mur et qō vidim⁹ testamur: et testioniū nostrū nō accipitis Si terrena dixi vobis et non creditis: quō si dixero vobis / celestia credetis? Et nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo: filius hoīs q̄ est in celo Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari opoꝛtet filiū hoīs / vt oīs q̄ credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitā eternā. C redo. Offer. Pꝛo tege dn̄e plebē tuā p̄ signū sācte crucis ab omnib⁹ insidijs inimicoꝛū omniū vt tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū alla. Secr.

Sacrificiū dn̄e qō tibi im

molamus placatus intende: ut ab omni nos exuat bellorū nequicia: et per vexillū sancte crucis filij tui ad conterendas potestates aereas et adversariorum insidias: nos in tue protectionis securitate cōstituat. Per eundem dominū

Alia secreta de martyrib⁹.

Super has hostias quesumus dñe bñdictio gloriosa descēdat que et sanctificationem clemēter operetur et de martyrū tuorum alexādri/euentij et theodoli: solennitate letificet. Per. Prefat. Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sumus: et per sanctā crucē liberati sumus: fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos all'a. In vtroqꝫ festo finiatur cū all'a. Postcō

Repleti alimonia celesti: et spirituali poculo recreati qs omps deus: vt ab oī hoste maligno defēdas: quos per lignum sancte crucis filij tui arma iusticie pro salute mundi triumphare iussisti. Qui tecum viuit et regnat.

Alia postcōio de martyribus

Sumptis domine muneribus sacris tribue quesumus: vt ad eadem appetenda sanctorum martyrum tuorum alexandri/euentij/et theodoli precibus et exemplis/promptius incitemur. Per.

Sancti iohannis ante portam latinam. Officium.



In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eū dñs spiritu sapiētie et intellectus stola glorie induit eum. ps. Iocunditatem et exultationem: thesaurizauit super eum. Oratio.

Deus qui cōspicis quia nos vndiqꝫ mala nostra perturbant presta quesumus vt beati iohānis apostoli tui et euangeliste intercessio gloriosa nos protegat. Per. Lectio libri sapientie. xv. Capitulo.

Qui timet deum: faciet bona. Et qui cōtinēs est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectet: et cōtinebit illū et non cōfundet: et exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius et īpleuit eū dñs spū sapiētie et intellect⁹/et stola glorie induit eū. Iocūditatē et exultationē: thesaurizauit sup eū Et noīe eterno hereditabit illū: dñs de⁹ noster. All'a. V⁹. Hic est discipulus ille q̄ testimoniū phibet de his et scim⁹ quia verū est testimonium ei⁹. Seque. Laus deuota. In cōi fo. iiii. Scdm iohannē. vltio.

In illo tēpore: Dixit iesus petro. Sequere me Conuersus petrus: vidit illū discipulum quē diligebat iesus sequētem: qui & recubuit in cena supra pect⁹ eius & dixit. Dn̄e/quis est qui tradet te Hunc ergo cū vidisset petrus dixit iesu. Dn̄e/hic autē quid Dixit ei ies⁹. Sic cū volo manere: donec veniā Quid ad te Tu me seq̄re. Exijt ergo sermo inter fratres: q̄ discipul⁹ ille non moritur. Et nō dixit ei iesus q̄a non morit̄: sed sic eū volo manere. Quid ad te? Hic est discipul⁹ ille q̄ testioniū perhibet de his: & scripsit hec. Et scimus quia verū est: testimoniū eius. Credo Offr̄ Iust⁹ vt palma florebit sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabitur alleluya. Secreta

Sic nos q̄s dn̄e beati iohānis apostoli tui & euāgeliste solennia tuis fac celebrare mysterijs: vt que predicauit & credamus pariter & sequamur. Per. Prefa. Et te domine. Cōio. Exijt sermo iter fratres q̄ discipulus ille non moritur et non dixit iesus nō moritur: sed sic eum volo manere donec veniā. Postcōio.

Refecti dn̄e pane celesti intercedēte beato iohāne apostolo tuo & euāgelista ad vitā quesum⁹ nutriamur eternam. Per. Scti iohis de beuerlaco epi & cōfes. Offm

Statuit ei dominus testamētum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. ps. Misericordias domini: ineternū cantabo. Oro

Da quesum⁹ oīpotēs de⁹ vt beati iohānis cōfessoris tui atq̄ pontificis veneranda solennitas: & deuotionem nobis augeat & salutem Per. Epl'a. Iustum deduxit. in cōi. fo. xiiij. All'a. ℣. Amauit eum dn̄s & ornauit eū stola glorie induit eū. Sequētia. Adest nobis dies alm̄. In cōi fo. xiiij. Euang. Ego sum vitis vera. in cōi. fo. j. Offr̄. Veritas mea & mīa mea cū ipso & in nomine meo exaltabit̄ cornu eius. Secreta.

Respice q̄s dn̄e munera populi tui i beati iohānis cōfessoris tui atq̄ pontificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per. Cō. Fidelis seruus et prudens quē cōstituit dn̄s super familiā suā vt det illis i tēpore tritici mensurā. In tpe pas. all'a. Postcō

Quos tuis dn̄e reficis sacramentis scti iohānis cōfessoris tui atq̄ pontificis attolle benignus suffragijs/ vt nostre redemptionis effectum et mysterij capiamus et

moribus. Per. ¶ Sctōꝝ gordiani ꝙ epymachi mar. Offm

Sancti tui dñe benedicēt te: gloriā regni tui dicēt alleluya. ps. Exaltabo te deus me⁹ rex: et bñdicā noī tuo in seculum et i seculum seculi. Oro.

Da quesumus omnipotens deus vt qui beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi solēnia colim⁹ eorum apud te intercessionib⁹ adiuuemur. P. Epla Iustorum anime. In cmuni folio. ix. Alleluya. V⁹. Sācti tui domine florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erūt ante te. Euange. Ego sum vitis ꝙ vos palmites. In cōi fo. j. Offr. Mirabilis deus in sāctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alla.

Presta quesumus dñe deus noster: vt sicut in conspectu tuo mors est preciosa sanctorum: ita eorū merita venerantium accepta tibi reddatur oblatio. Per. Secreta.

Cōio. Iustorū anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori illi autē sūt in pace. Postcō.

Respice quesumus domine populum tuum spiritualibus alimentis: ꝙ quorum tribuis solennia celebrare: fac eorum gaudijs interesse. Per. ¶ Sanctorum nerei achilei atqꝫ pancracij marty. Ad missam. Officium.

Ecce oculi domini super timentes eum: ꝙ sperantes i misericordia ei⁹ alleluya: vt eripiat a morte animas eorum quoniā adiutor et protector noster est alleluya alleluya. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio

Semper nos dñe sanctorum martyrum tuoꝝ nerei ꝙ achilei atqꝫ pancracij foueat quesum⁹ beata solennitas ꝙ tuo dignos reddat obsequio Per. Epistola. Iusti autem. In cōi fo. ix. Alleluya. V⁹. Vox exultationis ꝙ salutis in tabernaculis iustorum Euāge. Ego sum vitis vos palmites. In cōi fol. j. Offr. Confitebunt celi mirabilia tua dñe et veritatē tuā in ecclesia sanctoꝝ alla al. Secr.

Sanctorū martyrū tuorū nerei et achilei atqꝫ pancracij tibi dñe grata cōfessio et munera nostra commēdet ꝙ tuam nobis indulgentiam semp iploret. Per. Cō. Gaudete iusti in dño alla: rectos decet collaudatio al. P⁹cō.

Quesum⁹ dñe de⁹ nr̄: vt qrōꝝ martirꝝ tuoꝝ nerei

et achilei atq; pācratii depre- cationib⁹ sacramēta sctā que sūpsim⁹ ad tue nobis pficiāt placationis augmentū. Per.

¶ Scti dūstani epi & cōf. offm.



Acerdotes tui dñe induāt iusticiam et sancti tui exultēt pter dauid seruū tuū nō auertas faciē xpi tui all'. Ps. Memento dñe dauid: & ois māsuetudis ei⁹. Cantus de Kyrie rex splendens. sine vsibus. Oratio.

Deus qui beatū dunstanum pontificem tuum ad regna trāstulisti celestia: da nobis per gloriosa ei⁹ merita ad gaudia transire perēnia. Per. Memo. de sctā potētiana virgine. Oratio.

Concede nobis q̄sumus oīpotens deus sācte potentiane vginis tue & exultare meritis: & bñficiorū ei⁹ attolli suffragiis. P. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus su. In cōi. fo. xiii. Grad. Iurauit dñs et nō penitebit eū tu es sacerdos ineternum secūdum ordinem melchisedech. Alla. V. Posui adiutorium super potentē: & exaltaui electū de plebe mea. Seqn. Alma cohors. In cōi. fol. xv. Euangel. Hō q̄dā pegre. In cōi fo. xv. In tpe pasch. Ego sū vitis ve. In cōi fo. j. Offer. Inueni dauid seruū meū & in oleo sctō vnxi eū: manus eni mea auxiliabit ei et brachiū meū cōfortabit eū. In tēpore paschali. alleluya. Secre.

Suscipe q̄s dñe munera supplicātis familie tue q̄ tibi in beati dūstani confessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus pcantes vt ei⁹ patrocinio venerando ab iuti: defēdi mereamur ab omniū inimicorū insidiis. Per.

Alia secre. de sctā potētiana.

Olocausta hec dñe tua benedictiōe sāctifica: vt sācte potentiane vginis tue meritis accepta sint in cui⁹ sunt veneratiōe oblata. Per. Cō. Dñe q̄nq; talenta tradidisti michi: ecce alia quinq; supluc ratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudiū domini tui. In tpe paschalleluya. Postcōio.

Beati dūstani cōfessoris tui atq; pōtificis q̄s dñe pcatiōe nos adiuua in cuius veneratiōe tua contigim⁹ sacramēta. Per. ¶ Alia postcōmunio de sctā potentiana.

Sumptis domine salutis eterne mysteriis: quesumus: vt intercedēte beata potentiana virgine tua ita nos tuis vti facias sacramentis: vt eternis mereamur interesse cōuiuiis. Per. ¶ Scti aldelmi epi et confessoris. Offm.


Tatuit ei dñs testamẽtũ pacis/ et pͥcipẽ fecit eũ/ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. In tp̃e pasc. alla all. ps. Misericordias dñi: i eternũ cãtabo. Or.

Deus q̃ hodierna die sãctũ pontificẽ tuũ aldelmũ ad eterna subleuasti gaudia eius q̃s meritis illuc tua nos pducat mia. p. Mẽoria de sancto vrbano mar. Oro.

Da q̃s oĩps deus vt q̃ beati vrbani martyris tui atq; pontificis natalicia colimus: eius interuentu nobis tribue veniã peccatoꝝ ⁊ cum ipso celestium gaudia pmioꝝ. Per. Epla. Iustũ dedu. In cõi ko. xiiij. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictionibꝰ dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide p̃cioso. v. Vitã petijt ⁊ tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alla. vꝰ. Iustus germinabit sicut liliũ et florebit ineternũ ante dñm. Sequen. Adest nobis. In cõi kol. xiiij. Euang. Vigilate q2 nescitis. In cõi ko. xv. In tẽpore pas. Euange. Ego sũ vitis ve. In cõi ko. j. Off. Veritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. In tempore pascha. alleluya. Secreta.

His tibi precibꝰ dñe nostra q̃s grata reddatur oblatio: pro cuius festiuitate est immolata. Per. Alia secreta de sancto vrbano.

Munera dñe q̃s tibi dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato vrbano martyre tuo atq; pontifice per hec eadẽ nos placatus intẽde. Per. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua cõstituet eum. In tempore pasch. alleluya alla. Postcõio.

Solennitatem q̃s dñe sãcti pontificis aldelmi celebrantibꝰ adesto ppicius et nobis eiꝰ meritis cõcede gaudia vite celestis. Per dñm.

Alia postcõio de scõ vrbano

Sumẽtes dñe sacramenta celestia pietatem tuã humili deuotione deposcimꝰ vt illam que in beato vrbano martyre tuo atq; pontifice flagrauit fortem dilectionem nobis benignus aspires

Sancti augustini anglorũ apostoli. Ad missam. Officiũ.


Acerdotes dei benedicite dñz sancti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ i secla. Or.

Deus qui beatum augu

stinum pontificem primum doctorem populo concessisti anglorum: tribue nobis quesumus: ut cuius merita predicamus in terris eius suffragia apud te sentiam⁹ i celis. P d. Epla Dedit dñs. In cõi fo. xvj. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alla. V. Amauit eum dñs et ornauit eum stola glorie i duit eum. Seque. Alma chorus In cõmuni folio. xv.

Secundum Lucam. x. Capi.

In illo tẽpore Designauit dñs ⁊ alios septuaginta duos: et misit illos binos añ faciẽ suã i oẽm ciuitatem/ et locũ quo erat ipse ventur⁹. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij autẽ pauci Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios i messem suã. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculũ neq₃ perã/ neq₃ calciamẽta: ⁊ neminẽ p viã salutaueritis. In quãcunq₃ domũ intraueritis: primũ dicite. Par huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illũ pax vestra. Sin autem/ ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete: edentes et bibentes q̃ apud illos sunt. Dign⁹ est eni operari⁹: mercede sua In tpe pas. Euãg. Ego sum vitis ve. In cõi fo. j. Credo. Offr. Inueni dauid seruum meũ ⁊ i oleo scõ vnxi eũ: manus ei mea auxiliabit ei ⁊ brachiũ meũ confortabit eũ. In tpe pasch. alla. Secreta

Grata tibi sint dñe quesumus oblata munera qb⁹ et bti augustini cõfessoris tui atq₃ pontificis merita veneramur et nostre pariter recolim⁹ insignia libertatis ⁊ vite. Cõio Fidelis seru⁹ ⁊ prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã vt det illis in tẽpe tritici mensurã. In tpe pas. alla al. P⁹cõ

Sancta tua q̃s dñe q̃ p bti augustini cõfessoris tui atq₃ põtificis hodierna solennitate libauim⁹ nos refoueãt quib⁹ ⁊ iugiter satiemur: ⁊ semper desideremus expleri. Per

¶ Sancti germani epi. Offm

Statuit ei dñs testamẽtũ pacis ⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas inetnũ. ps. Mias dñi: ineternũ cantabo. Oro.

Omnipotens sempiterne de⁹ q nos i bti germani cõfessoris tui atq₃ põtificis hodierna festiuitate letificas: tuam supplices exoram⁹ clemẽtiã vt cuius solẽnia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per do. Epla

Ecce sacerdos magnus. In cõi fo. xiij. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacer dos in eternum scḋm ordinẽ melchisedech. V. Dixit dñs do mio meo: sede a dextris meis Alla. V. Disposui testamen tũ electis meis iuraui dauid seruo meo. Euangel. Homo quidã peregre. In cõi fo. xv. In tpe pasch. Ego sum vitis vera. In cõi. fo. j. Offr. Ve ritas mea ꝛ mia mea cũ ipso et in noie meo exaltabit cor nu ei⁹ In tpe pas. alla. Secr.

P Ropiciare dñe ꝗs sup plicationibus nostris: et intercedẽte pro nobis btõ germano confessore tuo atꝗ pontifice his sacramentis ce lestibus seruientes ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos gratia tua: eisdẽ quib⁹ famulamur my sterijs emũdemur Per. Cõio. Beatus seruus quẽ cum ve nerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum In tpe pasch. Alla alla. Postcõ.

P Resta ꝗsumus domine deus noster: vt diuinis misterijs expiati: intercedẽn te beato germano cõfessore tuo atꝗ pontifice: ad superni plenitudinẽ sacramenti: cu ius libauimus sancta tenda mus. Per dominũ nostrũ ie sum christum filium tuum.

Scẽe petronille vgi. Offi.



Ilexisti iusti ciam et odisti iniquitatem: propterea vn xit te de⁹ deus tuus oleo leti cie pre cõsor tibus tuis. In tpe pasc. Alla alla alla. ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

D Eus qui btẽ petronille virginis tue aiam i ce lestib⁹ collocasti fac nos ei⁹ interuentu a pctõꝝ nostroꝝ ne xib⁹ solui: et ab oi semper aduersitate defendi P. Epla. Qui gloriatur. In cõ fo. xx. Gr. Dilexisti iusticiã ꝛ odi sti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua intende ꝓspere ꝓcede et regna. Euã. Simile est regnũ celoꝝ decẽ. In cõi fo. xxj. Offr. Offeren tur regi virgines post eã pro xime eius offerentur tibi. In tpe paschali Alla. Secreta.

S Acrificiũ quod tue offe rimus maiestati clemẽ tissime deus placat⁹ suscipe: et per merita beate petronil le gloriose virginis tue pre sentis vite subsidiũ: ꝛ future felicitatẽ cõcede. Per. Cõio. Diffusa est gr̃a i labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternũ. In tẽpore pascha li Alleluya alla. Postcõio.

P Erceptis dñe salutari-bꝰ alimẽtis q̄s: vt intercedente beata petronilla virgine tua per hec proficere ad gaudia mereamur eterna. Per dñm nr̄m iesum christũ.
¶ Sci nichomedis mar. Offi


Etabitur iustus in dño et sperabit in eo et laudabunt omnes recti corde. In tpe paschali all'a al'. ps. Exaudi deus orationem meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Oro.

D Eus qui nos bti nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: cõcede propicius: vt qui eius beneficia poscimus dono tue gratie cõsequamur. P. Ep'la Beatus vir qui in sapientia. In cõi fo. v. Gr. Beatus vir q̄ timet dñm in mãdatis eius volet nimis. v. Potẽs in terra erit semen eius generatio rectorꝫ benedicetur. All'a. v. Posuisti dñe sup caput eius: coronam de lapide precioso. Euangel'. Si quis vult post me. In cõi fo. vj. In tẽpore pasc. Ego sum vitis vera. in cõi fo. j. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei. In tempore paschali All'a all'a. Secreta.

M Unera dñe oblata sanctifica et itercedẽte btõ nichomede martyre tuo: nos per hec a peccatorũ nostrorũ maculis emunda. Per dñm. Cõio. Posuisti domie in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõmunio.

S Upplices te rogamus oipotens deus: vt quos tuis reficis sacramẽtis: intercedẽte beato nichomede martyre tuo tibi etiã placitis moribus digna nter deseruire cõcedas. Per. ¶ Sctõrũ marcellini ꝫ petri martyris. Officiũ


Lamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos ꝫ ex oibꝰ tribulatiõibus eorꝫ liberauit eos. In tpe pasch. all'a. ps. Benedicã dominũ in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

D Eus q̄ nos ãnua btõrũ martyrũ tuorũ marcellini et petri solẽnitate letificas: presta q̄s / vt quorũ gaudemus meritis prouocemur exẽplis. Per. Lctõ libri apocalipsis bti iohãnis apl'i. vij.

I N diebus illis: Respõdens vnus de senioribus: dixit michi. Hi q̄ amicti sunt stolis albis: qui sunt et vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi: tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerunt

de tribulatione magna / et lauerūt stolas suas: et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei et seruiunt ei die ac nocte in tēplo eius: et qui sedet super thronū / habitat super illos. Non esurient neq sitiēt amplius: neq cadet super illos sol/neq vllus est. Quoniā agnus q in medio throni est reget illos et deducet illos: ad vite fontes aquarum Et absterget deus omnē lachrimā: ab oculis eorum. Gr. Iustorum aie in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipiētium mori: illi autem sunt in pace. Alla. V. Mirabilis dns noster in sctis suis. Euāgeliū. Cum audieritis. In cōi fo. xi. In tempore pascha. Ego sum vitis: vos pal. In cōi fo j. Offr. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. In tēpore paschali. Alla. Secreta

Votiua dñe dona deferē tes in tuorū martyrum marcellini et petri passione tuam magnificentiā veneramur et per ea nobis imploramus tue pietatis auxilium. Per. Cōio. Iustorum aie in manu dei sunt et non tanget illos tormētum malicie visi sunt oculis insipiētiū mori illi autē sunt in pace. In tpe paschali. Alla alla. Postcō.

Protegat dñe qs populum tuū et participatio celestis indulta cōuiuij et deprecatio collata sanctorum. Per. ¶ Sctōrū bonifacij sociorūq eius martyr. Officiū.

Sancti tui dñe benedicēt te: gloriā regni tui dicēt alla. Ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum et in seculum seculi. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui beato bonifacio socijsq eius palmā martyrij cōtulisti presta nobis qs eorū meritis indulgentiam: qui eis largiri dignat⁹ es coronam. Per. Epistola. Spectaculū. In cōi fo. ix. Grad. Clamauerūt iusti et dñs exaudiuit eos et ex oibus tribulationib⁹ eorū liberauit eos. V. Iuxta est dñs his q tribulato sūt corde et humiles spū saluabit. Alla. V. Sācti tui dñe florebunt sicut liliū et sicut odor balsami erūt ante te. Euangel. Cum persequētur vos. in cōi fo x. In tpe pasch. Ego sum vitis vos pal. In cōi fo. j. Offr. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuā in ecclesia sanctorum Alla alla. Secreta.

Oblationē famulor tuorū suscipe oipotēs deus

quam tibi suppliciter deferimus in honore btī bonifacij martyris tui sociorūq; eius: vt qui tibi semetipsos obtulerūt hostiā laudis in odorē suauitatis: eorū pcibus vniri mereamur vnigenito filio tuo dn̄o nostro iesu christo. Qui tc. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o allā. rectos decet collaudatio alleluya. Postcōio

Tua nos mia deus per hec sacramenta q̄ sumpsimus intercedēte beato bonifacio martyre tuo sociisq; eius: et ab omni surreptione vetustatis expurget et capaces sancte nouitatis efficiat. Per. ¶ Sāctorū Medardi et Gildardi episcopoꝝ Officiū.



Sacerdotes ei⁹ induant salutari: et sancti ei⁹ exultatione exultabūt. In tpe pasch. allā allā allā ps. Memento dn̄e dauid: et oīs mās suetudinis eius. Oro.

Deus qui sāctam nobis huius diei solēnitatē in honore sctōrū cōfessorum tuoꝝ atq; pontificū medardi et gildardi cōsecrasti: adesto familie tue precibus ꝛ dona: vt quorū festa celebramus/ eorū merito ꝛ auxilio subleuemur. P. Epla. Plures facti sunt. i cōi fo. xvij Gr. Sacerdotes eius īduāt salutare: ꝛ sancti eius exultatiōe exultabūt. V. Illuc pducā cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Allā. V. Fulgebūt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt in eternum. Euāgel. Sint lumbi vestri. In cōi fo. xviij. In tpe pasc. Euāgel. Ego sum vitis vos pal. In cōi fo. j. Offr. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultatiōes dei i faucibus eoꝝ. In tpe pasc. Allā allā. Secr.

Respice dn̄e q̄s populū tuū ad tua sacramenta currētem et presentē festiuitatē sctōrū confessorū tuorū atq; pontificū medardi ꝛ gildardi vt quod i honore nōis tui detulerunt cūctis pficiat ad veniam. Per. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ꝛ fructū afferatis et fructus vr̄ maneat. i tpe pa al. al. P⁹cō

Gratias tibi agim⁹ dn̄e deus noster q̄ nos celesti medela reparare dignat⁹ es: da q̄s pctīs nr̄is veniam sicut btīs cōfessoribus tuis medardo et gildardo dedisti sedem pōtificatus. Per dn̄m nostrū. ¶ In trāslatiōe scti edmundi archiepī. Ad missam. Officiū



Gaudeam⁹ oēs in dn̄o diē festum celebrātes sub honore edmūdi presulis: de cuius

translatione gaudent angeli
et collaudant filium dei. ps.
Exultate iusti in dn̄o: rectos
decet collaudatio. Oratio.
DEus q̄ nos beati edmū
di cōfessoris tui atq̄ pō
tificis translationē celebrare
cōcedis: te suppliciter exora-
mus vt eius meritis ⁊ p̄cibus
a vicijs ad virtutes et a carce
re transferamur ad regnum.
Per. ¶ Memoria de marty-
ribus prio et feliciano. Oro.
FAc nos q̄s dn̄e sanctoꝝ
martyrū tuorū primi ⁊
feliciani semper facta sectari
quorū suffragijs protectiōis
tue dona sentiamus. Per dn̄.
Ep̄la. Ecce sacerdos magnꝰ
qui i vita. In cōi fo. xiij. Gr.
Domie p̄uenisti eū in bene-
dictiōibus dulcedinis posui-
sti in capite eius coronam de
lapide p̄cioso. ℣. Vitā petijt
⁊ tribuisti ei lōgitudinē dieꝝ
in seculū sc̄li. Alla. ℣. Hic
edmūdus pauper ⁊ modicus
celū dives ingreditur: hym-
nis celestibꝰ honoratur. Se-
quentia de cōi. Alma. In cōi
fo. xv. Euangel'. Homo qdā
peregre. xv. In tp̄e paschali.
Euā. Ego sum vitis ve. In
cōi fo. x. Offr. Veritas mea
et misericordia mea cū ipso
⁊ i noīe meo exaltabit cornu
eius. In tp̄e pasc. alla. Secr.
DEus qui panē et vinū
in corpus tuū ⁊ sangui
nem celesti benedictione con
vertis: concede nobis per me
rita beati edmūdi cōfessoris
tui atq̄ pontificis: vt ad tuā
miam reuertentes: tuo bene-
placito conformemur. Per.
¶ Alia secreta de marty. Oro
FIat tibi dn̄e q̄s hostia
sacrāda placabilis pre
ciosorum celebritate marty-
rū tuorū primi et feliciani: q̄
per eorum merita gloriosa ⁊
pctā nostra purificet: ⁊ tuorū
tibi vota conciliet famuloꝝ.
Per Cōio. Btūs seruus quē
cum venerit dn̄s inuenerit vi-
gilantē: amē dico vobis su-
per oīa bona sua cōstituet eū
In tp̄e pas. alla alla. Postcō.
DEus qui beatū edmun
dum confessorē tuum
atq̄ pontificē a supplicijs ad
gaudia trāstulisti: tribue q̄s:
vt qui trāslationē eius vene-
ramur in terris: per eius pa-
trocinium ad celestia trāsfera-
mur. Per dn̄m nostrū iesum.
¶ Alia postcōio de mar. Oro
QUesumus oīps deus: vt
sctōrū martyꝝ tuoꝝ pri
mi ⁊ feliciani celestibꝰ miste
rijs celebrata solēnitas: indul
gentiam nobis tue propicia-
tionis acquirat. Per dn̄m.
¶ Scti barnabe apl'i Officiū
MIchi autē ni-
mis honorati
sunt amici tui
deus nimis cō
fortatꝰ est pri-
cipatꝰ eorum.

ps. Dne probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

Ecclesiam tuam qs dne beati barnabe apostoli tui cõmẽdet oratio: et pro ea interuentor existat: quã doctrina et passione illustrat. Per dñm. Epla. Iã non estis. In cõi ro. ij. Gr. Nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis confortatus est principatus eorũ. V. Dinumerabo eos et super arenã multiplicabunt. Alla. V. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terre verba eorũ. Sequẽ. Alla nunc decantent. In cõi ro. ij. Scdm iohannẽ. xv. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptũ meũ: vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet: vt animã suã ponat quis p amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̃ ego precipio vobis. Iam nõ dicã vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autẽ dixi amicos: quia oĩa quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis & fructũ afferatis/ & fruct⁹ vester maneat. Ut quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo: det vobis. Credo. Offr. Michi aũt nimis honorati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta

Placationis tibi dñe sacrificiũ in hac beatissimi barnabe apostoli tui solẽnitate deferimus: cui⁹ nos p̃cibus hec redẽptionis nostre suffragia & intelligere q̃s cõcedas & assequi. Per dominũ Prefatio. Et te domĩe. Cõio Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcõmunio

Sacramẽta celestia que pro beati barnabe apostoli tui passione dñe tue obtulimus maiestati ipsius nobis q̃s fiat intercessione salutaria in cuius natalicio sunt pcepta. P. Sctõr basilidis cirini naboris & nazarij. Offi



ntret in conspectu tuo domĩe gemitus cõpeditorum: redde vicinis nostris septuplũ i sinu eor vindica sanguinem sanctor tuorũ q̃ effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorũ custodiam. Oratio.

Sanctorũ martyrũ tuor basilidis/ cirini/ naboris & nazarij q̃s dñe natalicia

nobis votiua resplēdeant: et quod illis cōtulit excellētia sempiterna / fructibus nostre deuotionis accrescat. Per do. Epl'a. Justorum anime. In cōi fo ix. Grad' Te indica dñe sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestijs terre. All'a. ℣ Justi epulētur et exultent in conspectu dei; et delectent in leticia. Euangeliū Ecce ego mitto. In cōi fo. iii. Offr. Exultabūt sci in gl'ia letabunt in cubilib' suis: exultatiōes dei i faucibus eorū. Secreta.

Da nobis q̄s dñe pure deuotionis affectū & sanctorum martyrū tuorū basilidis / cirini / naboris & nazarij intercessionibus: etiā nostra munera propicius ītuere. P. Cōio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū dñe: escas volatilib' celi / carnes sanctorū tuorū bestijs terre: scd'm magnitudinē brachij tui posside filios mortipunitorum. Postcō

Diuinis sacramētis refecti q̄sumus dñe deus noster vt sanctorum martyrum tuorū basilidis / cirini / naboris et nazarij intercessiōibus gaudijs mereamur interesse celestibus Per dñm nostrum iesum christum filium tuū.

¶ Sancti basilij episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentū pacis et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternū ps. Misericordias domini: in eternum cantabo Oratio.

Deus qui beatū basiliū confessorem tuum doctorem precipuū catholiceq; fidei predicatorem eligere dignatus es: presta q̄s vt ipso pro nobis intercedēte: peccatorū nostrorum mereamur exui malis & tibi dño sinceris mētibus deseruire. Per. Epl'a. Ecce sacerdos In cōi fo xiij. Gr. Domine preuenisti eum in benedictiōibus dulcedinis posuisti i capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Uitam petijt et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculū seculi All'a ℣. Justus germinabit sicut lilium: et florebit i eternum ante dñm. Euangeliū. Homo quidam peregre. In cōi fo xv. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti basilij cōfessoris tui atq; pontificis supplicatione munus oblatum dñe q̄s fiat nobis in perpetuū salutare Per dominū. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilātē amen dico vobis sup o'ia bo-

ns sua cõstituet eã. Postcõio

Sumpti dñe celestis remedij sacramentum ad perpetuã nobis puenire gratiam beati basilij cõfessoris tui atq3 põtificis obtineat intercessio gloriosa. Per dñm.

¶ Sctõrum viti modesti atq3 crescẽtie martyrũ. Officium.



Iusti epulẽtur et exultent in cõspectu dei et delectentur in leticia. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: ⁊ fugiant q̃ oderũt eum a facie eius. Oratio.

Concede q̃s omnipotẽs deus vt sanctorũ martyrũ tuorũ viti modesti atq3 crescẽtie quorũ celebramus victorias participemur ⁊ premijs. Per. Epla. Iusti autẽ. In cõi ẽo ix. Gr. Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos et ex oib⁹ tribulationib⁹ eorũ liberauit eos. v. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit. Alla. v. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. Scdm Lucam. Capitulo.

In illo tpe: Dicebat iesus turbis iudeorum: ⁊ principibus phariseorũ. Ve vobis q̃ edificatis monumẽta prophetarũ: patres autem vestri occiderũt illos. Profecto testificamini: q̃ cõsentitis operibus patrum vestrorum Quoniã quidẽ ipsi eos occiderũt: vos aũt edificatis eorũ sepulchra. Propterea ⁊ sapientia dei dixit. Mittã ad eos prophetas et apostolos / ⁊ ex illis occident ⁊ persequẽtur: vt iquiratur sanguis omniũ prophetarũ qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista a sanguine abel iusti vsq3 ad sanguinẽ zacharie / qui perijt inter altare et edẽ. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis: qui abstulistis clauẽ scientie et ipsi nõ introistis / et eos qui itroibãt prohibuistis. Cum hec ad illos diceret: ceperũt pharisei ⁊ legisperiti grauiter insistere et os ei⁹ opprimere de multis insidiantes ei. Et q̃rentes capere aliquid ex ore eius: vt accusarent eum. Offr. Gloriabuntur in te oẽs qui diligunt nomen tuum quoniam tu dñe benedices iusto dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Propicius esto dñe supplicatiõibus nostris et populi tui oblationibus precibusq3 susceptis intercessiõe sanctorũ martyrũ tuorũ viti modesti atq3 crescẽtie nostra ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi ad celestia desideria trãseamus Per. Cõio. Anima nostra sicut

passer erepta est de laqo ve-
nantiū laqueus cōtrit⁹ est et
nos liberati sum⁹. Postcōio.
Salutaris alimonie par-
ticipatiōe refectos: btō-
rum martyrū tuorū viti mo-
desti atq crescentie nos dñe q̄
sum⁹ vbiq defensione custo-
di: quorū hodie voluisti nos
tēporali solēnitate gaudere.
Per. ¶ Translatio sancti ri-
chardi. Ad missā. Officium.
Statuit ei dñs
testamētū pa-
cis ꝫ principē
fecit eū / vt sit
illi sacerdotij
dignitas ieter
nū. ℣. Miseri
cordias domini : ineternum
cantabo. Oratio.
Deus qui nos trāslatio-
nem beatissimi cōfesso
ris tui atq pontificis richar-
di solenniter celebrare conce
dis: tribue nobis qs eius me-
ritis et precibus a mundi hu-
ius transire miserias ad gau
dia peruenire celestia. Per.
Mēo. de mar. cirico et iulita.
Exaudi nos dñe Oro.
deus noster cū celebrum
martyrū tuorū cirici et iulite
matris eius / tibi patrocinio
supplicātes: vt quorum cele-
bramus triūphū possimus re
tinere constātiam. P. Epl'a.
Ecce sacer. in cōi so. xiij. Gr.
Dñe preuenisti eū in bñdictio
nibus dulcedinis posuisti in
capite eius coronā de lapide
precioso. ℣. Uitam petijt ꝫ tri
buisti ei longitudinē dierum
in seculū seculi. Alla. ℣. Ju
stus germinabit sicut lilium
et florebit ineternum ante do
minum. Sequē. Adest nobis.
In cōi so. xiiij. Euāg. Homo
quidam pegre. In cōi so. xv.
Offr. Ueritas mea ꝫ miseri-
cordia mea cū ipso et in noīe
meo exaltabitur cornu eius.
Offerimus tibi Secreta
dñe preces ꝫ munera sup-
pliciter exorātes: vt intercel-
sione beati richardi confesso
ris tui atq pontificis cui⁹ trās
lationis solennia colim⁹ a vi
cijs ad virtutes ꝫ a carcere trās
feramur ad regnū. Per dñm.
¶ Alia secreta de martyrib⁹.
Offerimus tibi dñe fide-
lium tuorū dona solen-
nia: sanctorū martyrū tuorū
cirici ꝫ iulite intercessionib⁹
confidentes: vt qđ nos exequi
mur minus idonea seruitute
illorū meritis efficiatur acce
ptum. Per. Cōio. Beat⁹ ser-
uus quem cum venerit dñs i-
uenerit vigilantē: amen dico
vobis sup oia bona sua con-
stituet eum. Postcōmunio.
Per hec sacramēta dñe
q̄ sumpsimus et per in-
tercessionem sancti pōtificis
tui richardi cuius translatio
nē deuote celebramus te sup
plices deprecamur: vt ipsius
meritis ꝫ intercessione a tene

bris huius vite ad lucē perpe tuā nos trāsferre digneris. P

Alia postcōio de martyribus

Plebs tua dñe p hec sā cta q̄ sumpsim⁹ capiat sacre benedictionis augmen tū: ⁊ intercessione sanctorum martyrū tuorū cirici et iulite copiosis bñficiorū tuorū sēp sublevetur auxiliis. Per.

¶ Sanctorum marci et mar celliani martyrum. Officiū.

Salus autē iu storum a dño et ptector eor est in tempore tribulationis ps. Noli emu lari in mali gnantibus: neq̄ zelaueris fa cientes iniquitatem. Oratio.

Presta q̄s oīpotens de⁹: vt q̄ sanctorū martyrū tuor marci ⁊ marcelliani na talicia colim⁹ a cūctis malis iminētib⁹ eorū intercessioni bus liberemur. P. Epla. Lin gua sa. In cōi fo. ix. Gr. Iu storū aīe in manu dei sunt et non tanget illos tormētum malicie. V⁹. Uisi sunt oculis insipientiū mori illi autē sūt in pace. A lla. V. Reddet de⁹ mercedē laborū sanctor suo rū et deducet eos in via mira bili. Euāg. Uidete ne q̄s. i cōi fo. xv. i divisiōe. offr. Aia nra sicut passer erepta est de laqo venātiū laque⁹ cōtrit⁹ est et nos liberati sumus. Secreta.

Preveniat nos dñe que sumus gra tua semp et subsequatur ⁊ has oblatiões quas p pctis nris nol tuo cō secrādas offerim⁹ benign⁹ as sume: vt p intercessionē sctō rum martyrū tuorū marci et marcelliani cunctis proficiat ad salutē. Per. Cōio. Amen dico vobis q̄d vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis: ve nite benedicti patris mei pos sidete preparatū vobis regnū ab initio seculi. Postcōio.

Ut percepta nos dñe sā cta vivificent: sanctorū martyrū tuorū marci et mar celliani merita gloriosa nos adiuuent. P. ¶ Sctōr geruа sii ⁊ pthasij. Ad missā. Offm.

Loquetur dñs pacē in plebē suā et super sā ctos suos et in eos qui cōuer tunt ad ipsū. ps. Bñdixisti dñe terram tuā: avertisti ca ptiuitatem iacob. Oratio.

Deus q̄ nos annua san ctorū martyrū tuorum geruasij ⁊ pthasij solēnitate letificas: cōcede ppici⁹ vt quo rū gaudem⁹ meritis accēda mur exēplis. P. Ad rom. viij.

Fratres: Scim⁹ q̄m dili gētib⁹ deū oīa cooperā tur in bonū: his q̄ secūdū ppo sitū vocati sūt sāti. Nā quos pscivit ⁊ pdestinavit confor

mes fieri ymaginis filij sui: vt sit ipse primogenit⁹ i multis fratrib⁹. Quos aūt pdestinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit: hos & iustificauit. Quos autē iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si de⁹ p nobis: qs cōtra nos? Qui etiā pprio filio suo nō pepercit: sed p nobis oibus tradidit illū. Gr. Gloriosus de⁹ in sctis mirabilis i maiestate faciens pdigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in vtute dextera man⁹ tua cōfregit inimicū. Alla. V. Sācti et iusti in dño gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi Secundum marcum. xiij. ca.

In illo tēpore Egrediēte iesu de tēplo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides et quales structure. Et respōdens iesus: ait illi. Vides has oēs magnas edificationes. Nō relinquet lapis sup lapidē: q nō destruat. Et cū sederet in monte oliuarū cōtra tēpliū: iterrogabāt eū separatī petrus & iacob⁹ / & iohannes et andreas. Dic nobis quādo ista fiēt: et quod signū erit qn̄ hec oīa incipient cōsummari. Et respondens iesus: cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi eni venient in nomine meo dicentes qa ego sum: & multos seducēt. Cum aūt audieritis bella & opiniones bellorum: ne timueritis Oportet eni hec fieri: sed non dum finis. Exurget enim gēs contra gentem / & regnum super regnum: & erunt terremotus per loca & fames. Initiū dolorum hec. Videte autem vosmeipsos. Tradent eni vos in cōsilijs / & in synagogis vapulabitis: & ante reges & presides stabitis propter me i testimoniū illis. Et in oēs gentes: primū oportet predicare euangeliū. Et cum duxerint vos tradentes nolite precogitare quid loquamini: sed qd datū fuerit vobis i illa hora id loqmini. Nō eni vos estis loquētes: sed spūs sctūs. Tradet aūt frater fratrē i mortē: & pater filiū. Et cōsurgēt filij in parentes: et morte afficiēt eos. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum. Qui autē sustinuerit in finem: hic saluus erit. Offertoriū. Letamini in domino & exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus: quas beatis martyribus tuis geruasio et prothasio contulisti: vt et pro tuo nomine mori non pauerent: et sempiterna gloria fulgeant interempti. Per Cōmunio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum be

stijs terre secundum magnitudine brachij tui posside filios mortipunitorum. Postcō

Benedictio tua dn̄e q̄s p̄ hec scā mysteria tuorū impleat corda fideliū vt ꝛ sāctorum martyrū tuorū gerua sij ꝛ ꝓthasij honorificent passiones ꝛ remedia salutis eterne que expetūt eisdem patrocinantibus assequant. Per.

¶ In translatiōe scti edwardi regis ꝛ martyris. Officiū.


Loria ꝛ honore coronasti eum: et cōstituisti eum super opera manuū tuarꝫ. ps. Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Oratio.

Deus eterni triumphatoꝛ imperij familiā tuam ꝓpicius respice trāslatione regis celebrātē edwardi ꝓsta: vt sicut illū munere glorificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per. Epl'a. Btūs vir q̄ in ūt. in cōi lo. v. Gr. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorū eius nō fraudasti eum. All'a. V. Beatus vir qui suffert tentationē quoniā cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite. Si stant. ix lec. Sequentia. Organicis canamus. In cōi. lo. iiij. Euāg. Si q̄s venit ad. In cōi lo. vi. Offr. Posuisti dn̄e in capite eius coronam de lapide precioso: vitā petijt a te ꝛ tribuisti ei alleluya. Secreta.

Intuere q̄s eterne deus ad nostre hūilitatis hostiā tibi in honore tui martyris ac regis edwardi oblatā quā tibi sacrā oblationē mirabili dispensatione efficere voluisti: ꝛ concede nobis illi⁹ p̄cibus ita innocenter viuere vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. P. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam ꝛ sequatur me. Postcō

Sancta tua nos dn̄e sumpta purificēt: ꝛ btō martyre tuo ac rege edwardo intercedente: ad perpetue beatitudinis cōsortium perducāt. Per dominum nostrum.

¶ Sancti albani prothomartyris anglorum. Officium.


In virtute tua dn̄e letabit iustus: ꝛ sup salutare tuū exultabit vehementer: desideriū anime ei⁹ tribuisti ei. ps. Quoniam p̄uenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio.

Deus qui hunc diē beati albani martyrio consecrasti: tribue q̄s: vt cui⁹ annuo gratulamur officio eius continuo foueamur auxilio Per. Lectio libri sapiētie. iiij.c

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est nō diuturna: neq̄ numero annorū computata. Cani sunt autē sensus hominis: et etas senectutis vita immaculata. Placens deo fact⁹ dilectus: et viuens inter peccatores translatus est. Rapt⁹ est ne malicia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animā illius. Consummatus in breui expleuit tēpora multa: placita enī erat deo aīa illius. Propter hoc ꝓperauit educere illum de medio iniquitatis: quā gratia dei et mīa est in sctōs ei⁹: et respect⁹ in electos illius. Gr. Beat⁹ vir qui timet dn̄m in mandatis ei⁹ cupit nimis. V. Potēs in terra erit semē eius generatio rectorū bn̄dicetur. Alla. V. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide ꝓcioso. Seq.

Eya gaudēs caterua ouāter cpa. Pange sonora dn̄o cātica illi⁹ et enarra magnalia. Ex toto corde ex tota virtute ex tota anima christo iubila. Qui est sanctorū vita virtus gloria premium corona. Cuius pietas larga comit aurea albanū laurea. Cuius precellens gratia expurgauit eius crimina. Et i⁹ et cornu per secla exultat in magna gloria. Cum enim percepisset diua munera. Sacre religionis dona mistica. Aspernans ydolatrā regē spernit ydola. Et cū iā duceretur mortis ad supplicia. Prece fugans flumina. Per fluuij glareas: sicca transiuit semita. Pari quoq̄ gratia Grata fontis munera terra ꝓduxit arida. Post hec inclita albane pater opera. Linquēs hec terrestria. Scādis cū gloria celorum didima. Te nūc petimus patrone prece sedula. Qui es nostra vera glīa. Solue precū votis seruorū scelera. Et exora pro gente anglica et ꝓ eius pace eterna. Ter yꝛ b. ꝓdict⁹. Et nobis tibi supplicibus vite vera impetra gaudia. Ubi sonat iugiter alla. Euāg. Si q̄s vult post me. In cōi sol. vj. Offr.

In virtute tua dn̄e letabitur iustus: et super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium aīe ei⁹ tribuisti ei. Secre.

Sicut in btī albani martyris tui veneratione te mirabilē predicamus: sic dn̄e clementiā tuā per hec pie placationis officia ꝓ nobis quesumus ipse pius interuentor existat. Per. Co. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo glo

riam & magnū decorē impones super eum dn̄e. Postcōio

Vt tua nos dn̄e sacramenta purgēt a crimine: sanctam maiestatem tuā quesumus beatus martyr albanus semper imploret. Per.

¶ In vigilia sancti iohānis baptiste. Ad missam. Officiū.



Ne timeas zacharia exaudita est orō tua: & helizabeth vxor tua pariet tibi filium et et vocabis nomen eius iohannē: & erit magnus coram dn̄o et spiritu sā cto replebitur adhuc ex vtero matris sue & multi in natiuitate eius gaudebunt. ps. Dn̄e in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. Oratio.

Presta q̄s omp̄s deus vt familia tua p viā salutis icedat & beati iohānis xp̄i pcursoris hortamenta sectādo: ad eū quem predixit secura pueniat dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. Qui tecum.

Mcō. de sctā etheldreda. Or.

Deus qui nos hodie beate etheldrede virginis tue annua solennitate letificas: concede ppicius vt eius adiuuemur meritis cuius castitatis irradiamur exemplis

Lectō hieremie pphē. j.

In diebus illis factum est verbum dn̄i ad me dicens Priusq̄ te formarē in vtero noui te: & anteq̄ exires de vulua sanctificaui te / et pphetā in gentibus dedi te. Et dixi. A / a / a / dn̄e deus. Ecce nescio loqui: quia puer ego sum Et dixit dn̄s ad me. Noli dicere qr puer sum: qm̄ ad oīa q̄ mittam te: ibis & vniuersa q̄ mādauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorū: q̄a ego tecum sum vt eruā te dicit dn̄s. Et misit dn̄s manū suā: & tetigit os meum. Et dixit dn̄s ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōstitui te hodie sup gentes & super regna / vt euellas et destruas et disperdas et dissipes & edifices & plātes. Dicit dn̄s: oīpotēs. Grad

Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes hic venit. V℞. Vt testimoniū phiberet de lumine et parare dn̄o plebē perfectā. Si dn̄ica fuerit dicitur Alla. V. Tu puer ppheta altissimi vocaberis / preibis ante faciem dn̄i parare vias eius. Initium sancti euangelij scd̄m lucam. j. cap.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam noīe zacharias de vice abia: et vxor illius de filiab⁹ aaron: et nomen eius helizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mādatis & iustificationibus dn̄i sine querela. Et

nõ erat illis filius: eo q̃ esset
helizabeth sterilis: & ambo p̃
cessissent in dieb⁹ suis. Factũ
est autẽ cũ sacerdotio funge
ret zacharias in ordine vicis
sue ante deũ: secundũ cõsue-
tudinẽ sacerdotij: sorte exijt
vt incẽsum poneret ingress⁹
in tẽplũ dñi. Et ois multitu-
do populi: erat orãs foris ho
ra incensi. Apparuit autẽ illi
angel⁹ dñi: stans a dextris al
taris incẽsi. Et zacharias tur
batus est videñs: & timor irruit
sup eũ. Ait aũt ad illũ angel⁹
Ne timeas zacharia: qm̃ ex-
audita est deprecatio tua. Et
vxor tua helizabeth pariet ti
bi filiũ: & vocabis nomẽ eius
iohãnẽ: Et erit gaudiũ tibi &
exultatio: et multi in natiui-
tate eius gaudebunt. Erit enĩ
magnus corã dño: vinũ et si-
ceram nõ bibet. Et spiritu sã
cto replebitur adhuc ex vtero
matris sue: et multos filiorũ
israel cõuertet ad dñm deum
ipsorum. Et ipse p̄cedet ante
illum: in spiritu & virtute he
lye. Ut cõuertat corda patrũ
in filios: & incredulos ad pru
dentiam iustorũ. Parare dño
plebẽ perfectã. Offer. Gloria
et honore coronasti eũ & con-
stituisti eum super opera ma
nuum tuarum dñe. Secreta.
Dona q̃s oĩpotens deus: vt
sicut beatus iohannes
baptista astruxit agnus ille
tuus qui p̄sentibus mysterijs
declaratus est peccata nostra
semper emũdet. Qui tecũ vi.
Alia secre. de sctã etheldreda.
Que in hoc altari pposi
ta dñe oculis tue maie-
statis offerimus sancte ethel-
drede virginis tue supplica-
tionibus quesum⁹ ppiciatus
assume. Per. Cõio. Magna
est gloria eius ĩ salutari tuo:
gloriam & magnum decorem
impones super eum domine.
Beati iohan Postcõio.
nis baptiste nos domĩe
preclara comitetur oratio:
et quem venturum esse predi
xit: poscat nobis fore placa-
tum dñm nostrũ iesum chri-
stum filium tuum. Qui tecũ.
¶ Alia postcõmunio de san-
cta etheldreda.
Quesumus omnipotens
deus: vt quod de mensa
celesti percepimus: intercedẽ
te beata etheldreda virgine
tua nostros ad te semper tra-
hat affect⁹. Per. ¶ In die sã-
cti iohannis baptiste. Officiũ



De ventre ma
tris mee vo-
cauit me dñs
nomie meo &
posuit os me
um vt gladi-
uz acutũ sub
tegumento manus sue prote
xit me: posuit me quasi sagit
tam electam. ps. Bonum est
confiteri domino: et psallere
noi tuo altissime. Oratio

Deus q̄ p̄sentē diē hono rabilē nobis i beati io-hānis natiuitate fecisti da po pulis tuis spiritualiū gratiā gaudiorū: ꝛ omniū fideliū mē tes dirige in viā salutis eter- ne. P. Lectō ysaie ꝓphete. xlix.

Audite insule ꝛ attendi te populi delonge. Do min⁹ ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordat⁹ est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutū: i vmbra manus sue ꝓtexit me et posuit me sicut sagittā ele- ctam. In pharetra sua abscō dit me: et dixit michi Seruus meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit dn̄s: formans me ex vtero ser- uum sibi. Dedi te in lucē gen tiū: vt sis sal⁹ mea vsq̄ ad ex tremū terre. Reges videbunt et cōsurgent principes: ꝛ ado rabunt dn̄m deū tuum: ꝛ san ctum israel qui elegit te. Gr. Priusq̄ȝ te formarem in vte ro noui te: et anteq̄ȝ exires de ventre sanctificaui te. V. Mi- sit dn̄s manū suā et tetigit os meū / ꝛ dixit michi. Alla. V. Inter natos mulierū nō sur- rexit maior iohāne baptista.

Sancti baptiste Seq̄ntia christi p̄conis. Solen- nia celebrantes moribus ip- sum sequamur. Ut ad vitā quam predixit asseclas suos perducat. Deuoti te sanctis- sime hominū amice iesu chri sti flagitamus vt gaudia per cipiamus. Sequens versus dicitur in natiuitate eiusdem tantum. Apparensq̄ȝ zacha- rie gabriel repromisit: qui tu am celebrarent obsequijs na tiuitatem. Sequens v̄sus di- citur in decollatione eiusdem tm̄. Maxima que dantur san ctis i celo qui martyrij tui cō- gaudemus victorijs i die ista Ut per hec festa eterna gau dia adipiscamur. Qua san- cti dei sacris delicijs leti con- gaudent. Tu qui preparas fi deliū corda. Ne quid deuiū vel lubricū de⁹ i eis inueniat Te deposcimus vt crimina nostra. Et facinora cōtinua prece studeas absoluere. Pla catus. Ut ipse suos. Semp inuisere. Fideles. Et mās̄io nem in eis facere. Dignetur Ut agni vellere quem tuo digito. Mundi monstraue- ras tollere crimina nos ve- lit induere. Ut ipsum merca mur angelis associj. In al- ba veste sequi per portam cla rissimam. Amice christi io- hannes. Iste vltimus versus dicitur ter i vtroq̄ȝ festo. Euā geliū. Scd̄m lucam. j. Cap.

In illo tempore: Eliza- beth impletum est tem pus pariendi: et peperit fili- um. Et audierunt vicini et cognati eius / quia magni- ficauit domin⁹ misericordiā suam cum illa: et congratu-

labatur ei. Et factū est in die octavo / venerunt circūcidere puerū: et vocabant eum noie patris sui zachariā. Et respō dēs mater eius: dixit. Nequaquā: sed vocabitur iohānes Et dixerunt ad illā: quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc noie. Innuebant autem patri eius: quē vellet vocari eum. Et postulans pugillarē: scripsit dicens. Johannes est nomē eius. Et mirati sunt universi Apertum est autem illico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicēs deū. Et factus est timor super oēs vicinos eorū: et sup oīa montana iudee divulgabantur oīa verba hec. Et posuerunt oēs qui audierāt in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus dñi: erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetavit dicēs. Benedictus dñs deus israel: quia visitavit et fecit redēptionē: plebis sue Credo. Offer. Iustus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua nos dñe muneribus altaria cumulamus illius nativitatem honore debito venerātes: et opē nobis affore deprecantes qui salvatorem mundi et cecinit affuturū et adesse mōstravit psentem iesum christum filiū tuū Qui tecū. Prefatio quotid. Cōio Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Postcōmunio.

Sumat ecclesia tua deus beati iohānis baptiste generationis leticiā per quem sue regenerationis cognovit auctorem. dñm nostrū iesum christum filiū tuū. Qui tecū.

¶ Per totas octa. dicitur eadem missa de sctō iohanne nisi festum intercurrat et nisi in dñica: sed sine sequen. et Credo. et nisi missa Salus populi. vel missa dñicalis ex necessitate cantanda fuerit: et quādo dicitur missa de fes. loci vel de sancta maria. ¶ Sctōrum iohānis et pauli martyrū Officiū.



Multe tribulationes iustorū et de his oībus liberavit eos dñs: dñs custodit oīa ossa eorū unū ex his non cōteretur. ps. Benedicam dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. Oratio

Quesumus oipotēs deus ut nos geminata leticia hodierne festivitatis excipiat que de beatorū iohānis et pauli glorificatione procedit quos eadem fides et passio vere fecit esse germanos. Per.

¶ Memoria de sancto iohāne baptista vt'. Epla. Hi sūt

viri. In cõi fo. lx. Gr. Ecce quam bonum et quam iocundũ habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguentũ in capite quod descẽdit in barbã barbã aaron. V. Mãdauit dñs bñdictionẽ et vitã vsqꝫ in seculũ. Alla. V. Isti sunt due oliue et duo cãdelabꝛa lucẽtia ante dñm habẽt potestatẽ claudere celũ nubibus et aperire poꝛtas eius quia lingue eoꝝ claues celi facte sunt. Si dñica fuerit dicit sequentia Ecce pulchꝛa canoꝛũ. in cõi fo. x. Euãgeliũ. Attendite a fermento. In cõi fo xi. Offꝫ. Gloꝛiabũtur in te oẽs qui diligunt nomẽ tuũ: qm̃ tu dñe bñdices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coꝛonasti nos. Secr.

HOstias altarib⁹ tuis domine placationis ipoنimus tuã potentiã in sctõꝝ tuoꝝ iohannis et pauli passionib⁹ honoꝛãdo et per eos nobis imploꝛãdo veniã peccatoꝛum. Per dñm. Cõio. Et si coꝛam hominibus toꝛmenta passi sunt deus tentauit eos tanquam aurum in foꝛnace pꝛobauit eos et quasi olocausta accepit illos. Postcõio.

SUmptis sacramentis plebs tua dñe q̃s repletã pꝛoficiat: et coꝛũ fulta p̃sidijs quoꝝ natalicia celebꝛat quod tẽpoꝛaliter deuota sectatur eternum consequi mereatur. Per dñm nostrum.

¶ In vigilia apostoloꝛum petri et pauli. Officium.



Dixit dñs petro cũ esses iunioꝛ cingebas te et ambulabas vbi volebas cum autẽ senueris extẽdes manus tuas et ali⁹ te cinget et ducet quo tu non vis: hoc autẽ dixit significans qua moꝛte clarificatur⁹ esset deũ. Ps. Celi enarrant gloꝛiã dei: et opera manuũ eius annunciat firmamentum. Oꝛatio.

DEus qui nos btõꝝ apostoloꝛũ tuoꝛum petri et pauli natalicia gloꝛiosa pꝛeuenire cõcedis. tribue q̃s eoꝝ nos semper et bñficijs p̃ueniri et oꝛationibus adiuuari. P.

¶ Mẽoꝛia de sctõ leone. Oõ.

DEus q beatũ leonẽ põtificẽ sctõꝛũ tuoꝛũ meritis coequasti: cõcede pꝛopicius: vt qui cõmemoꝛationis eius festa recolimus vite q̃qꝫ eius imitemur exẽpla. Per.

¶ Mẽoꝛia de sctõ iohãne baptista. Lctõ actuũ apꝉoꝛũ. iij.

IN diebus illis: Petrus et iohãnes ascẽdebant in tẽplũ: ad hoꝛã oꝛatiõis nonã. Et quidã vir q erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quẽ ponebãt quotidie ad poꝛtã tẽpli que dicitur speciosa vt peteret elemosinã ab introeũtibus in tẽplũ.

Is cũ vidisset petrũ ꝛ iohannem incipiẽtes introire in tẽplum: rogabat vt elemosinã acciperet. Intuẽs autẽ in eũ petrus cũ iohanne: dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturũ ab eis Petrus autẽ dixit. Argentũ et aurum non est michi: quod autem habeo hoc tibi do. In noie iesu christi nazareni: surge ꝛ ambula Et apprehẽsa ei⁹ manu dextera: alleuauit eũ Et ptinus cõsolidate sunt bases eius et plante: et exiliẽs stetit ꝛ ambulabat. Et intrauit cũ illis in tẽplũ: ambulans ꝛ exiliens/ ꝛ laudans deũ. Et vidit eum ois populus ambulantem: ꝛ laudãtem deũ. Cognoscebãt autẽ illum: quoniã ipse erat qui ad elemosinã sedebat ad speciosam portam tẽpli. Et repleti sunt stupore ꝛ extasi: in eo quod cõtigerat illi. Gr. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: ꝛ i fines orbis terre verba eorũ. V. Celi enarrãt gloriã dei: et opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. Si dñica fuerit. Alleluya. V. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secundũ iohannẽ. xxi. cap.

In illo tẽpore Dixit iesus symoni petro. Symõ iohãnis: diligis me plus his? Dixit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum Symon iohannis: diligis me?. Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Symon iohãnis amas me? Cõtristatus est petrus qa dixit ei tercio: amas me et dixit ei. Domine tu oĩa nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei Pasce oues meas Amẽ amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cum autẽ senueris: extẽdes man⁹ tuas et alius te cinget ꝛ ducet quo tu non vis Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum. Offr. Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Munera dñe tue ppiciationis deferimus ꝗ tibi p nostris grata ieiuniis eorũ ꝗs deprecatio quorum solennia puenimus efficiat. Per.

¶ Alia secreta de scõ leone.

Annue nobis dñe p intercessionem beati leonis confessoris tui atꝗ pontificis vt hec nobis prosit oblatio quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Cõio. Symon iohannis diligis me plus his? domine tu omnia nosti / tu scis quia amo te. Postcõmunio.

Sumpsimus dñe diuina misteria btõꝝ apostolorũ tuorũ petri et pauli desiderata solẽnia precurrentes presta q̃s: vt eorum supplicationibus muniamur: quorũ regimur principatu. Per.

Alia postcõio de scõ leone.

Sumẽtes dñe diuina misteria sancti leonis confessoris tui atq̃ põtificis pia nos q̃s intercessio prosequatur: vt cuius solennia recensemus optata p̃sidia sentiamus. Per. ¶ In die apostolorũ petri et pauli Officium.



Nunc scio vere quia misit dominus angelum suũ ꝫ eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum ℣. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio.

Deus qui hodiernã diẽ apostoloꝝ tuorũ petri et pauli martirio cõsecrasti: da ecclesie tue eorũ in oĩbus sequi p̃ceptum per quos religionis sumpsit exordiũ. Per

Lectio actuũ apostolorũ. xii.

In diebus illis: Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit autẽ iacobũ fratrem iohannis: gladio. Uidẽs aũt q̃a placeret iudeis apposuit apprehẽdere et petrũ. Erant aũt dies azimorũ. Quẽ cũ apprehendisset: misit in carcerẽ Tradensq̃ quattuor quaternionibus militũ ad custodiẽdum: volẽs post pascha eum producere populo Et petrus quidẽ seruabatur in carcere: oratio aũt fiebat sine itermissiõe ab ecclesia ad deum pro eo. Cum aũt producturus eũ esset herodes: i ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus ꝫ custodes ante ostiũ custodiebant carcerem. Et ecce angelus dñi astitit: et lumen refulsit i habitaculo carceris Percussoq̃ latere petri: excitauit eum dicẽs. Surge velociter Et ceciderũt cathene: de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eũ. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimẽtum tuũ: ꝫ sequere me. Et exiẽs sequebatur eum: et nesciebat q̃a verũ est quod fiebat per angelum Existimabat autẽ: se visum videre. Transeuntes autem primã ꝫ secundã custodiam: venerũt ad portã ferreã que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Et exeũtes processerunt vicũ vnum: et continuo discessit ãgelus ab eo. Et petrus ad se reuersus: dixit. Nũc scio vere quia misit dñs angelum suũ: et eripuit me de manu herodis et de oĩ

expectatione: plebis iudeorum. Gr. Constitues eos princi-pes super omnẽ terrã memo-res erunt nois tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi fi-lii propterea populi confite-buntur tibi. Alla. ℣. Tu es symon bariona cui caro et sã-guis non reuelauit verbum patris: sed ipse pater qui est in celis. Sequentia.

pistis cognoscentes vos ha=
bere melioꝛem ꝛ manentem
substātiā. Nolite itaq̄ amit=
tere confidētiā vestram: que
magnā habet remuneratio=
nem. Patientia enim vobis
necessaria est: vt volūtatem
dei faciētes repoꝛtetis ꝓmis
sionem. Adhuc enim modicū
aliquantulūq̄: qui vētur⁹ est
veniet ꝛ nō tardabit. Iustus
autem meus: ex fide viuit.

Ad coꝛinthios. j. iiij. Capi.

Fratres: Spectaculum
facti sumus huic mun=

do: ⁊ angelis ⁊ hoībus. Nos
stulti ꝑpter xp̄m vos aūt pru
dētes i xp̄o. Nos īfirmi: vos
autē fortes Vos nobiles nos
aūt ignobiles. Usq; i hāc ho
rā et esurim⁹ ⁊ sitim⁹: ⁊ nudi
sum⁹ et colaphis cedimur: ⁊
īstabiles sum⁹ ⁊ laboramus
operantes manib⁹ nr̄is. Ma
ledicimur: ⁊ benedicim⁹ Per
secutionē patimur: ⁊ sustine
mus. Blasphemamur: ⁊ ob=
secramus. Tāq; purgamēta
huius mūdi facti sum⁹: oīm
peripsima vsq; adhuc. Nō vt
cōfūdā vos hec scribo: sed vt
filios meos carissīos moneo.
In christo iesu: dño nostro.
Lctō libri sapiētie. ꝑuer. xv.
Lingua sapiētiū ornat
sciētiā os fatuoꝝ ebu=
lit stulticiā. In oī loco: ocu=
li dñi cōtēplātur bonos ⁊ ma
los. Ligua placabilis lignū
vite: q̄ aūt imoderata est con
teret spm̄. Domus iusti pluri
ma fortitudo: ⁊ i fructibus i=
pij cōturbatio. Labia sapiē=
tiū dissemīnabūt scientiam:
coꝛ stultoꝛū dissimile erit. Vi
ctime ipioꝛū abominabiles
dño: vota iustoꝛū placabilia
Qui sequit̄ iusticiā: diliget̄ a
dño. Lctō libri sapiētie x. ca.
Reddet deus mercedē la
boꝝ sctōꝝ suoꝛū: ⁊ dedu
cet eos ī via mirabili. Et fuit
illis in velamento diei: ⁊ i lu
ce stellarū nocte. Transtulit
illos ꝑ mare rubꝛū: ⁊ trāsue=
xit illos per aquā nimiā. Ini
micos aūt illoꝛū demersit in
mare: ⁊ ab altitudine infero
rū eduxit illos. Ideo iusti tu
lerūt spolia ipioꝛū: ⁊ decāta=
uerūt dñe nomen sanctū tuū
Et victricē manū tuā lauda=
uerūt pariter: dñe de⁹ noster.
Lcō libri sapiētie. Eccl. xliiij.
Hi sunt viri mie: quoꝛū
iusticie obliuionem nō
acceperūt. Cū semine eoꝝ ꝑ=
manēt bona: hereditas sācta
nepotes eoꝛū. Et in testamē=
tis stetit semē eoꝛū: ⁊ filij eo=
rū ꝑpter eos vsq; in eternum
manēt. Generatio eoꝝ ⁊ glo
ria eoꝛū nō derelinquet̄. Cor
pora eoꝛū i pace sepulta sūt:
et noīa eoꝛū viuent in secula
Sapiētiā eoꝛū narrabūt oēs
populi: ⁊ laudē eoꝝ ꝓnūciet
oīs ecclīa sctōꝛū. Gr. Glo=
sus deus in sanctis mirabilis
in maiestate faciēs ꝓdigia.
℣. Dextera tua dñe gloꝛifica=
ta est in virtute: dextera ma=
nus tua confregit inimicos.
Gr. Clamauerūt iusti ⁊ dñs
exaudiuit eos ⁊ ex oībus tri=
bulationibus eoꝛū liberauit
eos. ℣. Iuxta est dñs his q̄ tri
bulato sūt corde ⁊ hūiles spū
saluabit. Gr. Timete dñm
omnes sancti eius: qm̄ nichil
deest timētibus eū. ℣. Inqui
rentes aūt dñm nō deficiet oī
bono. Grad. Iustoꝛū aie in
manu dei sunt ⁊ nō tanget il
los tormentū malicie. ℣. Vi=

si sunt oculis insipientiū mo
ri: illi autē sunt in pace. Grad
Exultabūt sc̄ti in gloria leta
buntur in cubilibus suis. V⁹.
Cantate dn̄o cāticū nouum:
laus ei⁹ i eccl̄ia sc̄tōꝝ. Grad
Uindica dn̄e sanguinē sc̄tō-
rū tuorū q̄ effusus est. V. Po-
suerūt mortalia seruorū tuo
rū escas volatilibus celi car-
nes sc̄tōꝝ tuorū bestijs terre
Grad. Ecce q̄ bonū & q̄ iocū
dū habitare fratres in vnum
V⁹. Sicut vnguētū in capite
qđ descēdit in barbā barbam
aaron. All'⁹ V. Mādauit dn̄s
bn̄dictionē & vitā vsq̄ i sec̄lm
Grad. Anima nr̄a sicut passer
erepta est est de laqo venātiū
V. Laque⁹ cōtrit⁹ est & nos li
berati sum⁹. adiutoriū nr̄m i
noīe dn̄i q̄ fecit celū et terrā.
All'a. V. Sc̄ti tui dn̄e bn̄dicēt
te gl'iaȝ regni tui dicēt. All'.
V. Sc̄ti tui dn̄e florebūt sicut
liliū & sicut odor balsami erūt
ante te. All'a. V. Sc̄ti et iusti
i dn̄o gaudete vos elegit de⁹
in hereditatē sibi. All'a. V⁹.
Uox exultatiōis & salutis in
tabernaculis iustorū. All'a.
V. Justi epulent & exultēt in
cōspectu dei & delectent in le-
ticia. All'a. V⁹. Reddet deus
mercedē laborū sc̄tōꝝ suorū
et deducet illos i via mirabi-
li. All'a. V⁹. Mirabilis dn̄s
noster in sanctis suis. All'a.
V. Te martyrū cādidat⁹ lau-
dat exercitus dn̄e. Tractus.

Qui seminant in lachry
mis in exultatione me-
tent. V. Euntes ibant & flebāt
mittentes semina sua. V. Ue
nientes autem venient cū ex
ultatione portātes manipu-
los suos. Sequentia.

Ecce pulchra canorū re
sonet voce alleluia In
timans requiem ciuibus in-
clytā Felicia nimium ange
lorum rutilant agmina. Sā
cte sancte sancte christo ouan
ter proclamantia. Sublimi
in cathedra apostolorum se-
de fulgida lampada tribus &
linguas iudicantia. Omnia
vt stercora reputarunt tumi-
da ꝑpter hoc emicant velut
stella firmamēti clara. Sto-
lis candidis martyrū adornā
tur colla. Hi sūt milites qui
mundi preliarunt bella Co
ronis albis coronantur san-
cti. Qui confitentes credide-
runt iuste. Uel fide certātes
respuerunt vana. Modo
habēt celestia regna In qua
triūphāt dicētes optime. Si
ne cāticāt psallātes carmina
Arte audibili Uoce dulcis
sona. Regi xp̄o submittētes
colla. Multū recitaris laude
spiritus Atq̄ iubilaris i cho
ro virginū. All'a. Dulcimo
da. Te decātāt pudicū agmi
na Laus tibi sit semper chri
ste per omnia. Qui opitula-
ris cātantes talia. Uoce pul
chra. All'a. Et nos xp̄i pcla

memus vna. Da nobis eter na regna florida. Ubi cantemus omnes all'a. Sequētia.

Mirabilis de⁹ in sctis mirabilia dans magnifica. Qui fide preclara vicerūt mundi grauissima pericula. Iudicum minas verbera et blandicias cōtēnentes mēte robusta vero transfuderūt regi animas. Ergo triūphant laurea cōpti capita secuti recte vestigia agni singularis christi sacrata. Qui assidue melliflua dant cantica ei⁹ p̄ dulcissima pleni grā. Quorum celebrantes solennia cōsortio iungi quo mereamur christ⁹ annuat. Qui nr̄a est gloria. Scdm Lucā. vj. Cap.

In illo tempore Eleuatis iesus oculis in discipulos suos: dicebat. Bti pauperes: quia vestrū est regnū dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Btī qui nunc fletis: : q̄a ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines: et cum separauerint vos / ꝫ exprobrauerint ꝫ eiecerint nomen vestrum tanq̄ malum: ꝑpter filiū hominis Gaudete in illa die: ꝫ exultate. Ecce enim merces vestra: multa est in celo. S. math. v.

In illo tēpore: Uidens iesus turbas: ascendit i montē. Et cū sedisset: accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: q̄m ipsorū est regnum celorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terram. Beati qui lugent: q̄m ipsi cōsolabuntur. Beati qui esuriunt ꝫ sitiunt iusticiā: q̄m ipsi saturabūtur. Beati misericordes q̄m ipsi m̄iam consequentur. Beati mundo corde: q̄m ipsi deum videbunt. Beati pacifici: q̄m filij dei vocabunt. Beati qui persecutionem patiuntur ꝑpter iusticiā: q̄m ipsorū est regnū celorū. Beati estis cum maledixerint vos homines / ꝫ persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate q̄m merces vestra copiosa est in celis. Secundū matheū. x.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Cū persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amē dico vobis: non consummabitis ciuitates israel / donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum neq̄ seru⁹ sup dn̄m suū. Sufficit discipl'o vt sit sicut magister ei⁹: ꝫ seruo sicut dn̄s ei⁹. Si patrē familias beelzebub vocauerūt: q̄to magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Scdm lucā. xxj. cap.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Ponite in cordibus vestris: non

ꝑmeditari quemadmodū re-
spondeatis. Ego enim dabo
vobis os ⁊ sapiētiam: cui nō
poterunt resistere ⁊ contradi
cere omnes aduersarij vestri
Tradimini autem a parenti
bus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊
amicis: et morte afficient ex
vobis Et eritis odio omnibꝰ
hominibus ꝓpter nomē me-
um: et capillus de capite ve-
stro non peribit. In patiētia
vestra: possidebitis aīas ve-
stras. Secundū Lucā. vj. ca.

IN illo tēpore: Descen-
dens iesus de monte: ste
tit in loco campestri et turba
discipulorum eius ⁊ multitu
do copiosa plebis ab oīni iu-
dea ⁊ hierl'm ⁊ maritima/ ⁊ ty
ri/ et sydonis/ qui venerāt vt
audirent eum/ ⁊ sanarentur
a languoribus suis. Et q̄ ve
xabantur a spiritibus immū
dis: curabātur. Et omnis tur
ba querebat eū tāgere: quia
virtus de illo exibat/ ⁊ sana-
bat omnes. Et ipse eleuatis
oculis in discipulos suos di-
cebat. Beati pauperes: quia
vestrum est regnum dei. Bea
ti q̄ nūc esuritis: q̄a saturabi
mini. Beati qui nūc fletis q̄a
ridebitis. Beati eritis cū vos
oderint homines/ et cum se-
parauerint vos/ ⁊ exprobra-
uerint et eiecerint nomen ve
strum tanq̄ malum propter
filium hominis. Gaudete in
illa die ⁊ exultate: ecce enim
merces vestra multa est in ce
lo. Secūdum Lucam. xxj. ca.

IN illo tēpore: Dixit ie
sus discipulis suis. Cū
audieritis prelia ⁊ seditiōes:
nolite terreri Oportet primū
hec fieri: sed nondum statim
finis. Tūc dicebat illis. Sur-
get gens contra gentem: ⁊ re
gnum aduersus regnū ⁊ ter-
remotus magni erunt per lo
ca/ ⁊ pestilentie ⁊ fames/ ter
roresq̄ de celo ⁊ signa magna
erunt. Sed ante hec oīa inij-
cient vobis manus suas: ⁊ p
sequentur tradentes in syna
gogas ⁊ custodias trahentes
ad reges ⁊ presides ꝓpter no
men meum. Continget autē
vobis in testimonium. Poni
te ergo in cordibus vestris:
nō premeditari quemadmo-
dum respondeatis. Ego enī
dabo vobis os ⁊ sapientiam
cui non poterunt resistere et
contradicere omnes aduersa
rij vestri. Tradimini autem
a parentibus ⁊ fratribus ⁊ co
gnatis ⁊ amicis: ⁊ morte affi
cient ex vobis. Et eritis odio
omnibus hominibus ꝓpter
nomen meum: ⁊ capillus de
capite vestro non peribit. In
patientia vestra: possidebitis
aīas vestras. Scd̄m lucā. xij.

IN illo tempore: Dixit
iesus discipulis suis At
tendite a fermento phariseo
rum: quod est hypocrisis. Ni
chil enim opertum est quod

non reuelletur: neq absconditum / quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis in lumine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubilibus: predicabitur i tectis. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus: et post hec nõ habent amplius quid faciãt Ostẽdam autem vobis: quẽ timeatis. Timete eum q post q̃ occiderit: habet potestatem mittere in gehẽnam. Ita dico vobis: hunc timete. Nõne quinq passeres veneũt dipõdio: ⁊ vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed ⁊ capilli capitis vestri: omnes numerati sunt. Noli ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicũq cõfessus fuerit me coram hominibus et filius hominis cõfitebitur illum coram angelis dei.

Secundum matheũ. xxiiij.

In illo tempore Sedẽte iesu super montẽ oliueti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erũt: ⁊ quod signum aduentus tui / ⁊ consummatiõis seculi. Et respõdens iesus: dixit eis. Videte / ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicẽtes: ego sum christus: et multos seducẽt Audituri eni estis prelia: ⁊ opiniones pliorum. Videte / ne turbemini. Oportet eni hec fieri: sed nõdum est finis. Consurget eni gẽs contra gentem: et regnũ in regnum et erunt pestilẽtie ⁊ fames ⁊ terremotus p loca Hec aũt omnia: initia sũt dolorum. Tunc tradẽt vos i tribulationem et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. Et tunc scandalizabũtur multi: et inuicem tradent / ⁊ odio habebũt iuicẽ. Et multi pseudoprophete surgent: et seducẽt multos Et qm abũdauit iniqtas: refrigescet caritas multorum. Qui aũt perseuerauerit vsq i finẽ: hic saluus erit.

Secundum lucam. xj. capit.

In illo tẽpore: Dicebat iesus turbis iudeorũ: et principibus sacerdotum. Ve vobis q edificatis monumenta pphetarũ: patres autẽ vestri occiderunt illos Profecto testificamini: q consentitis operibus patrum vestrorum. Quiquidem ipsi eos occiderũt vos aũt edificatis eorũ sepulchra. Propterea et sapientia dei: dixit Mittã ad illos pphetas et apostolos: et ex illis occident et persequentur / vt inquiratur sanguis omniũ prophetarũ qui effusus est a constitutione mũdi / a generatione ista / a sãguine abel vsq ad sanguinem zacharie qui periit inter altare et edẽ. Ita

dico vobis requiretur ab hac
generatione. Ve vobis legis
peritis qui tulistis clauē scie
tie: ipsi non introistis et eos
qui introibant prohibuistis.
Cum autem hec ad illos di-
ceret: ceperunt pharisei et le
gisperiti grauiter insistere: &
os eius opprimere de multis
insidiantes ei. Et querentes
aliquid capere de ore eius: vt
accusarent eum.

Secundum marcum. xiij.

In illo tempore: Egre-
diente iesu de templo:
ait illi vnus ex discipulis suis
Magister, aspice quales la-
pides et quales structure. Et
respondens iesus: ait illi. Vi
des has omnes magnas edi-
ficationes. Non relinquetur
lapis super lapidem: qui nō
destruatur. Et cum sederet i
monte oliuarum contra tem
plum: interrogabant eum se
paratim petrus et iacobus et
iohannes et andreas. Dic no
bis quando ista fient: et quod
signum erit quando hec omnia
incipient cōsummari? Et re-
spondens iesus, cepit dicere
illis. Diuisio.
Videte: ne qui vos seducat.
Multi enim venient in nomi
ne meo dicentes: quia ego sū
et multos seducent. Cum au
tem audieritis bella et opinio-
nes bellorum: ne timueritis
Oportet enī hec fieri: sed nō-
dum finis. Exurget enim gēs
contra gentem, & regnum su
per regnum, et erunt terre-
motus per loca et fames. Ini
tium dolorum hec. Videte au
tem vosmetipsos. Tradent
enim vos in consilijs & in sy-
nagogis vapulabitis: et an-
te presides & reges stabitis p
pter me in testimonium illis
Et in omnes gētes primum
oportet predicari euangeli-
um. Et cum duxerint vos tra
dētes: nolite precogitare qd
loquamini, sed quod datum
vobis fuerit i illa hora id lo-
quamini. Nō enim vos estis
loquentes: sed spiritussanctus
Tradet enim frater fratrem
in mortem: et pater filium.
Et consurgent filij in paren-
tes: et morte afficient eos. Et
eritis odio omnibus propter
nomē meum. Qui autem su
stinuerit in finem: hic saluus
erit. Euāgelium. Videte ne
quis vos seducat. Require in
medio euangelij immediate
precedentis. Scdm Matheū. x

In illo tempore: Dixit
iesus discipulis suis No
lite arbitrari: quia venerim
mittere pacem i terram. Nō
veni pacem mittere: sed gla-
dium. Veni enī separare ho-
minem aduersus patrem su-
um: et filiam aduersus ma-
trem suam, et nurum aduer
sus socrum suam, & inimici
hominis domestici eius Qui
amat patrē aut matrē plus-

q me: non est me dignus. Et
qui amat filium aut filiā su-
per me: non est me dignus.
Et qui nō accipit crucem su-
am et sequitur me: nō est me
dignus. Qui inuenit animā
suam: perdet illā. Et qui per
diderit animā suā ꝓpter me:
inueniet eā. Qui recipit vos
me recipit. Et qui me recipit
recipit eū qui misit me. Qui
recipit prophetam in nomi-
ne prophete: mercedē ꝓphete
accipiet. Et qui recipit iustū
in nomine iusti: mercedē iu-
sti accipiet. Et quicunq; dede
rit potū ex minimis istis cali
cem aque frigide tantū in no
mine discipuli: amen dico vo
bis: non perdet mercedē suā.
Euang. Ecce ego mitto vos
vtš in cōi vnius apl'i. fo. iiij.
Secundū Matheū. xxiiij. ca.

In illo tēpore: Egress⁹
iesus de tēplo: ibat. Et
accesserunt discipuli eius: vt
ostenderent ei edificationem
tēpli. Ipse autē respondens
dixit illis. Videtis hec omīa.
Amen dico vobis: non relin-
quetur hic lapis sup lapidē/
qui non destruatur. Sedente
autē eo super montē oliueti
accesserunt ad eum discipuli
eius secreto dicentes. Dic no
bis quando hec erunt ꝫ quod
signum aduentus tui ꝫ cōsū-
mationis seculi. Et respon-
dens iesus: dixit eis. Videte
ne quis vos seducat. Multi
enim venient in noīe meo di
centes ego sū christus: ꝫ mul
tos seducent. Audituri enim
estis prelia: ꝫ opiniones pre
liorū. Videte: ne turbemini.
Oportet enī hec fieri: sed nō-
dū est finis. Consurget enim
gens contra gentē: et regnū
in regnū: ꝫ erunt pestilentie
et fames ꝫ terremotus per lo
ca. Hec autem omnia: initia
sunt dolorum. Tunc tradent
vos in tribulationem ꝫ occi-
dēt vos: ꝫ eritis odio omnib⁹
gentibus ꝓpter nomē meū.
Et tūc scādalizabunt multi
ꝫ inuicem tradent: ꝫ odio ha
bebūt inuicē. Et multi pseu-
do ꝓphete surgent: ꝫ seducēt
multos. Et qm̄ abūdabit ini-
quitas: refrigescet caritas
multorum. Qui aūt perseue
rauerit vsq; in finem: hic sal-
uus erit. In tpe pasc. Euāg.
Ego sum vitis vos pal. vtš.
fol. j. Offr. Mirabilis de⁹ in
sanctis suis de⁹ israel ipse da
bit virtutē ꝫ fortitudinē ple-
bi sue benedictus deus allā.
Et finiatur cū allā. quando-
cunq; dicitur. Offr. Gloria-
buntur in te omnes qui dili-
gunt nomē tuū qm̄ tu dn̄e be
nedices iusto: dn̄e vt scuto bo
ne voluntatis tue coronasti
nos. Offr. Letamini in dn̄o
et exultate iusti: et gloriami-
ni omnes recti corde. In tpe
pasc. allā. Offr. Exultabūt
sancti in gloria letabūtur in

rabilibus suis: exultationes dei in faucibus eorū. In tpe pasch. Alla alla. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laqueus cōtritus est & nos liberati sumus. Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: & veritatē tuam i ecclesia sanctorum alleluya alleluya.

Plurimorū mar. Secreta

Suscipe q̄sumus domine munera populi tui pro martyrū tuorum festiuitate sanctorū: et sincero nos corde fac eorum natalicijs interesse. Per dominū. Alia secreta.

Sanctorū martyrū tuorū atq; pontificū N. et N. gloriosa merita venerantes hec dn̄e munera tue maiestati offerimus obsecrātes: vt illis reuerentiam exhibendo/ nobis veniam impetremus. Per. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o alla: rectos decet collaudatio alla. Et dicitur alla. quandocunq; dicitur Cōio. Multitudo lāguētium & qui vexabantur a spiritibus immūdis veniebant ad eum q̄a virtus de illo exibat et sanabat oēs. In tēpore paschali. alla alla. Cōio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum dn̄e escas volatilib⁹ celi carnes sanctorū tuorum bestijs terre secūdum magnitudinē brachij tui posside filios mortificatorum. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt et nō tanget illos tormētum malicie: visi sunt oculis insipientium mori/ illi aūt sunt in pace. In tempore pascali. alleluya alleluya. Cō. Ego vos elegi de mundo vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. In tēpore paschali. alla alla. Cōio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus temptauit eos tanq̄ aurum in fornace probauit eos: et quasi olocausta accepit illos. Cōio. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Cōio Ego sum vitis vera et vos palmites: qui manet in me & ego in eo hic fert fructū multum alleluya alla. Plurimorū martyrum. Postcōio.

Sacramentorum tuorū domine participatione letātes suppliciter exoram⁹: vt quorum merita celebrare condonas: eorum nos facias imitari constātiam. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum. Alia postcōio.

Deus qui nos sacramēti tui veneranda perceptione purificas da nobis q̄sumus patrocinia tuorū continuata sanctorum: quibus capere valeam⁹ salutaris misterij portionem. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum.

In natali vni⁹ cōfes. Offi

Statuit ei dominus testamentū pacis: et principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas i eternum. In tēpore paschali all'a all'a. ps. Misericordias dñi: in eternum cātabo. Offi.

Sacerdotes tui domine induāt iusticiam et sancti tui exultent propter dauid seruū tuū nō auertas faciem christi tui In tēpore paschali all'a. ps. Memento dñe dauid: et oīs māsuetudinis eius. Officiū.

Sacerdotes dei benedicite dñm scti et humiles corde laudate deū. In tēpore paschali. all'a all'a. ps. Benedicite oia opera dñi dño: laudate et superexaltate eū i secula. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus qui nos beati N. cōfessoris tui atq̄ pōtificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clemētiam / vt cuius solēnia deuotis officijs veneramur / eius pijs suffragijs eterne vite remedia cōsequamur. Per dominū nostrum iesum christū filium tuum. Alia oratio.

Da q̄sumus omnipotēs deus: vt beati N. confessoris tui atq̄ pontificis veneranda solemnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem Per dñz. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xliiij. ca.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuētus est iustus Et in tempore iracundie factus est recōciliatio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illum dñs crescere in plebem suam. Benedictionem omniū gētium dedit illi: et testamētum suū cōfirmauit super caput eius. Cognouit eum i benedictionibus suis: cōseruauit illi misericordiam suam / et inuenit gratiā coram oculis domini Magnificauit eum in cōspectu regum: et dedit illi coronam glorie Statuit illi testamētum sempiternū: et dedit illi sacerdotium magnum / et beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignū: in odorem suauitatis. ¶ Hec sequēs epistola legatur tantum in vtroq̄ festo beati edmundi archiepyscopi et confessoris. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. l. Capitulo

Ecce sacerdos magnus qui in vita sua curauit gentem suam: et liberauit eam a perditione Qui sussul

sit domum: et in diebus suis corroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus est gloriam in conuersatione gẽtis Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet. Et quasi sol refulgens: sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarum in diebus vernis. Quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolẽs in diebus estatis. Quasi ignis effulgẽs et thus ardẽs in igne: & quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso Quasi oliua pullulans & cypressus in altitudinem se extollens: in accipiendo illum stolam glorie et vestiri eum cõsummationem virtutis. In accẽsu altaris sancti: gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotũ: & ipse stans iuxta aram porrexit manum suam in libationem et libauit odorem diuinum excelso principi. Et iterauit orationem suam volens ostendere virtutem dei: qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam. Ut det nobis iocũditatem cordis: et fieri pacem in diebus nostris in israel: per dies sempiternos.

¶ Lectõ libri sapiẽtie. x. cap.

Iustũ deduxit dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum dei. Et dedit illi sciẽtiam sanctorum honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientiũ illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis et a seductoribus tutauit illum: et certamen forte dedit illi vt vinceret / & sciret quoniam omnium potentior est sapientia Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descẽditq; cum illo in foueam: et in vinculis nõ dereliquit illum / donec afferret illi sceptrum regni / & potentiam aduersus eos qui eũ deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerũt illum: et dedit illi claritatem eternam dominus deus noster. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xlv. Capitulo.

Dilectus deo & hominibus: cuius memoria in benedictiõe est. Similem fecit illum i gloria sanctorum et magnificauit eum i timore inimicorum: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in cõspectu regum: et iussit illum coram populo suo / et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni

carne. Audiuit enim vocem ipsius: et induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem vite et discipline. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legē excelsi. Gr. Iurauit dominus et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. V. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Gr. Inueni dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Grad. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitam petijt et tribuisti ei lōgitudinem dierū in seculū seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit i eternū ante dñm. Alla. V. Amauit eū dñs et ornauit eum stola glorie induit eum. Alla. V. Disposuit testamētū electis meis: iuraui dauid seruo meo. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Alla. V. Inueni dauid seruū meū oleo sancto meo vnxi eum. Alla. V. Posui adiutorium super potentē et exaltaui electum de plebe mea. Tractus. Beatus vir qui timet dominū in mādatis eius cupit nimis. V. Potēs i terra erit semen eius generatio rectorum bñdicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Sequentia.

Adest nobis dies alma et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata cōgaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma que gloriā cātat in excelsis voce dulcissona cum simphonia. Hodie polorū sācta agmina collaudant regē deum nostrum natū ex virgīe sancta maria. Aue inclite presul christi vel cōfessor N. flos pulcherrime Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo supera possidens sedes almas. Quem postulam⁹ et poscimus vna. Adiuuēt tua sancta suffragia fragilē vitam nostram. O beate O sancte N. Itaus tibi in glia. O btē. O sancte N. Pro nobis supplica. Vt vna mereamur sancta celorū tēpla. Possidere leti cernentes alma gaudia q̄ sunt plena. Sit deo laus honorq̃ et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorū secula. Amen dicant oīa. Sequētia.

Alma chorus vna lau-
dum sonora nūc pme
preconia. Quibus enl signis
rutilat N. vt luna/solq; syde
ra. Meritorū est mirifica ra-
dians idē sacra prerogatiua
Nunc nā sophie mystica or-
nauerūt mire dogmata/qua
fulsit nitida luculenter per-
ampla orbis climata. Uerbi
necnō fructifera seuit diuini
semina mentiū per arua pel
lendo quoq; cūcta noctis ne-
bula. Hinc femina fundens
dina vtpote celestia ferēs in
se numina. Sublimauit ca-
tholica vehemēter culmina
sancta per eloquia. Is nēpe
celse cōpos glorie nunc exul
tat inter letabūda celicolarū
ouans contubernia. Subli-
mis extat sede supera fruens
vita semp inexhausta sat per
saluberrima christi pascua.
O dignum cūcta laude pcel-
sa. Presulē tāta nactū gau-
dia. Uirtutū propter merita
quibus viguit ardens velut
lāpāda. Nos voce clara hūc
e iocūda. Orātes orem⁹ pces
et vota. Qui nobis ferat cō-
moda ipetrets eterna polcēs
premia. Quod petit presens
caterua presulū gēma. De-
uota rependens munia mēte
sincera. Hauendo sibi precū
instantia scilicet vt polorum
intret limina Quo iam itra
palatia stātes suprema. Ue-
ti gratulemur adepti polorū
regna. Qui tua presul sistē-
tes hac aula iubilemus ingē
ti cū leticia. Recinentes dul
cia nunc celsaq; alleluya.

Secūdum Matheū.xxv.cap

In illo tpe. Dixit iesus
discipl'is suis: parabo-
lam hāc. Homo quidā pere-
gre proficiscens vocauit ser-
uos suos: et tradidit illis bo-
na sua. Et vni dedit quinq; ta-
lenta: alij aūt duo/alij vero
vnum. Unicuiq; sc̄dm ppriā
virtutē: et profectus est statī.
Abijt autē qui quinq; talēta
acceperat: et operatus est in
eis/e lucratus est alia quinq;.
Similiter qui duo acceperat
lucrat⁹ est alia duo. Qui aūt
vnum acceperat: abiēs fodit
in terrā/et abscōdit pecuniā
dñi sui. Post multū vero tē-
poris venit dñs seruorū illo
rum: e posuit rationē cū eis.
Et accedens qui quinq; talēta
acceperat: obtulit alia quinq;
talēta dicēs. Dñe/quinq; talē
ta tradidisti michi: ecce alia
quinq; superlucratus sum Ait
illi dñs ei⁹. Euge serue bone
e fidelis qa super pauca fui-
sti fidelis/supra multa te cō-
stituam. Intra in gaudium
dñi tui. Accessit autē e q duo
talēta acceperat: e ait. Dñe/
duo talēta tradidisti michi:
ecce alia duo superlucratus
sum. Ait illi dñs eius. Euge
serue bone et fidelis: quia su-
per pauca fuisti fidelis: supra

multa te constituam intra i gaudium dñi tui. Scdm Marcum. xiij

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate: et orate. Nescitis eni: quãdo tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suã. Et dedit seruis suis potestatẽ cuiusqꝫ operis: et ianitori pcepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis eni: quãdo dñs domus veniat. Sero/an media nocte: an gallicantu/an mane. Ne cũ venerit repẽte: inueniat vos dormientes. Quod aũt dico vobis: oib9 dico: vigilate. Scdm matheũ. xxiiij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate/ qa nescitis qua hora dñs vester: vẽturus sit. Illud aũt scitote: quoniã si sciret pater familias qua hora fur vẽturus esset: vigilaret vtiqꝫ ꝛ nõ sineret perfodi domũ suam. Ideo et vos estote parati: qa qua nescitis hora/ filius hominis vẽturus est. Quis putas est fidelis seru9 ꝛ prudẽs: quem cõstituit dñs supra familiam suam/ vt det illis cibum i tempore? Beatus ille seruus: quẽ cum venerit dñs eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniã super oia bona sua: constituet eum. Euãgelium. Homo qdã nobi. vts. fo. vij. In tẽpore paschali. Euãgeliũ. Ego sum vitis. vts. folio. j. Offr. Ueritas mea et mia mea cũ ipso: ꝛ in noie meo exaltabit cornu eius. In tpe paschali all'. Offr. Inueni dauid seruum meũ: ꝛ in oleo scõ meo vnxi eũ manus eni mea auxiliabitur ei/ ꝛ brachiũ meũ confortabit eum. In tẽpore paschali All'a. Secreta.

PRopiciare dñe qs supplicationibus nostris: et intercedẽte p nobis beato N. cõfessore tuo atqꝫ põtifice his sacramẽtis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos gratia tua eisdẽ quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Alia secreta.

REspice qs dñe munera populi tui in beati N. cõfessoris tui atqꝫ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutẽ. Per. Cõio. Domine quiqꝫ talẽta tradidisti michi ecce alia quinqꝫ super lucratus sum euge serue fidelis quia i pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituã intra in gaudiũ dñi tui. In tẽpore paschali All'a. Cõio. Beat9 seruus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilãtem amẽ dico vobis super omnia bona sua cõstituet eum. In tẽpore paschali All'a all'a. Cõ. Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dñs super fami

litam suam vt det illis in tempore tritici mensurā. In tpe paschali. Alla alla. Postcō.

Presta qs domine deus noster vt diuinis misteriis expiati: intercedēte beato N. cōfessore tuo atq pōtifice ad superni plenitudinem sacramēti cui⁹ libauimus sctā tēdamus. Per. Alia postcōio

Quos tuis dn̄e reficis sacramētis sancti N. confessoris tui atq pontificis attolle benignus suffragiis: vt nostre redēptionis effectū et misteriis capiamus et moribus. Per. ¶ In natali vnius cōfessoris ꝛ doctoris. Officiū



Acerdotes dei benedicite dominū: sācti et humiles corde laudate deum. In tēpore paschali. Alla alla. ps Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate ꝛ superexaltate eū i scl'a. Gl'ia. Orō

Exaudi domie preces nostras / quas in sancti N confessoris tui atq doctoris solēnitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari: eius precib⁹ ab oībus nos absolue peccatis. Per dominū nostrum iesum. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xlvii.

Dedit dominus cōfessionem sancto suo: ꝛ excelso in verbo glorie. De omni corde suo laudauit dominū: et dilexit deum qui fecit illū. Et dedit illi contra inimicos potentiam: et stare fecit cantores cōtra altare / et in sono eorum dulces fecit modulos Et dedit illi in celebrationibus decus: et ornauit tēpora vsq ad cōsummationem vite / vt laudarēt nomē sanctū dn̄i et āplificarēt mane sanctitatē dei Christus purgauit peccata ipsius: ꝛ exaltauit in eternū cornū eius. Sapiētia laudabit alam suam et i dn̄o honorabitur: ꝛ in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesiis altissimi apiet os suū et in cōspectu virtutis illius gloriabitur. In medio ppl'i exaltabitur: et in plenitudie sancta admirabitur. In multitudie electorū habebit laudē: ꝛ inter benedictos bn̄dicetur. Lectō libri sapiētie. vii. ca

Optaui / et datus est michi sensus. Et inuocaui: et venit in me spūs sapiētie. Et preposui illā regnis ꝛ sedibus: et diuitias nichil esse dixi i cōparatiōe illius. Nec cōparaui illi lapidē p̄ciosum qm̄ oē aurū in cōparatiōe illius arena est exigua: ꝛ tanq̄ lutum estimabitur argētum in cōspectu illi⁹. Super salutem et speciē dilexi illā: et p̄posui pro luce habere illam qm̄ inextinguibile est lumen illius. Venerunt autē michi

oīa bona pariter cū illa: ꝫ innumerabilis honestas ꝑ manus illius. Et letatus sum in oībus quoniam antecedebat me ista sapientia: et ignorabā quoniā oīm bonorū mater est. Quā sine fictiōe didici et sine inuidia cōmunico. Et honestatem illius: nō abscōdo. Gr. Iurauit dn̄s et non penitebit eum / tu es sacerdos in eternū secūdum ordinem melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo / sede a dextris meis. Alla. ℣. Amauit eum dn̄s ꝫ ornauit eū / stola gl̄ie induit eum. Sequētia de cōi vnius cōfessoris et pōti. Infra lxx. Tr. Beatus vir. vt s. folio. j. Scd̄m Matheum. v. capi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salief? Ad nichilū valet vltra: nisi vt mittatur foras / et cōculcetur ab hoībus. Vos estis lux mundi Non potest ciuitas abscōdi: supra mōtē posita. Neq̧ accēdunt lucernā ꝫ ponūt eam sub modio: sed super cādelabrum / vt luceat oībus qui in domo sūt. Sic luceat lux vestra corā hoībus vt videāt opera vestra bona: ꝫ glorificent patrē vestrū qui in celis est. Nolite putare: quoniam veni soluere legē aut ꝓphetas. Nō veni soluere: sed adimplere Amen quippe dico vobis: donec transeat celū ꝫ terra / iota vnū aut vnus apex nō ꝓteribit a lege / donec oīa fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis. et docuerit sic hoīes: minimus vocabitur in regno celorum Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorum. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tēpore paschali Alla. Secr.

Munera quesumus dn̄e tibi dicata sanctifica: ꝫ intercedente beato N. cōfessore tuo atq̧ doctore per eadē nos placatus intende. Per. Cōio. Fidelis seruus ꝫ prudēs quem cōstituit dominus super familiam suam / vt det illis in tempore tritici mēsuram. In tempore paschali. alla alla. Postcōmunio.

Presta q̄sumus oīpotēs deus / vt de perceptis muneribus gratias exhibentes / intercedēte beato N. cōfessore tuo atq̧ doctore beneficia potiora sumamus. Per dominū nostrū iesum christū filiū tuū. ¶ In natali vnius confessoris et abbatis. Offi.



Os iusti meditabitur sapientiam ꝫ ligua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in

malignātib⁹: neq̄ zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

Deus qui beatum N. cōfessorem tuum atq̄ abbatem sanctitatis gratia decorasti: ipsi⁹ meritis fac nos bonis operibus abūdare / vt a te sūmo bono omē qđ expedit mereamur ipetrare. P s. Lcō libri sapie. Eccli. xxxix.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dn̄m qui fecit illum: ꝛ i cōspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum i oratione: ꝛ pro delictis suis deprecabitur. Si enim magnus dn̄s voluerit: spiritu intelligētie replebit illum. Et ipse tanq̄ ymbres mittet eloquia sapiētie sue: et in oratiōe cōfitebitur dn̄o. Et ipse diriget cōsilium eius et disciplinam: ꝛ in abscōditis suis cōsiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et i lege testamēti dn̄i gloriabitur. Collaudabūt multi sapiētiā ei⁹: et vsq̄ i seculū nō delebitur. Nō recedet mēoria ei⁹: ꝛ nomē ei⁹ reqret a gñatione in gñationē. Gr. Os iusti meditabitur sapiētiam ꝛ ligua eius loquetur iudicium. V⁹. Lex dei eius in corde ipsius ꝛ nō supplātabitᷓ gress⁹ eius. Alla. V. Posui adiutorium sup potētem: et exaltaui electū de plebe mea. Sequētia. Adest nobis. vt s. fo. xiiij. vel tractus Desiderium aie eius vt s. fo. vj. Scđm Lucā. xj. c.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam et in abscōdito ponit neq̄ sub modio / sed super candelabrum: vt qui ingrediuntur lumē videant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem neq̄ fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumē quod in te est tenebre sint. Si ergo corp⁹ tuū totum lucidum fuerit nō habens aliquam partem tenebrarum. erit lucidum totum Et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te. Offr. Desiderium anime eius tribuisti ei dn̄e: ꝛ voluntate labiorū ei⁹ nō fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. In tpe pasc. alla.

Sacrificium dn̄e Secr. quod pro sancti tui N. cōfessoris tui atq̄ abbatis solēnitate deferimus: tibi que sumus fiat acceptum: ꝛ eius interueniētibus meritis nobis augeat te donāte suffragium. Per dn̄m. Cōio. Fidelis seruus et prudēs quem cōstituit dn̄s sup familiā suā vt det illis i tempore tritici mēsurā. in tpe pasc. all. al. P⁹cō

Libantes dn̄e sacrosancta mysteria pretende-

nobis quesumus misericor-diam tuam: vt que votis ex-petimus intercedente beato N. confessore tuo atq abba-te conuersatione tibi placita consequamur. Per dñm.

¶ De quocūq ɔfessore Offm.



Os iusti medi-tabitur sapiē-tiam et ligua eius loquetur iudicium lex dei eius i cor-de ipsius. ps. Noli emulari in malignan-tibus: neq zelaueris facien-tes iniquitatem. Oratio.

Adesto dñe precibus no-stris/quas in sancti N confessoris tui solēnitate de-ferim⁹: vt qui nostre iusticie fiduciam nō habemus: eius qui tibi placuit meritis & pre-cibus adiuuemur. Per dñm. Epl'a Iustū deduxit. vt̄s. fo. xiiij. Grad. Os iusti medita-bitur sapiētiam & lingua ei⁹ loquetur iudiciū. ℣⁹ Lex dei eius in corde ipsius & nō sup-plātabūtur gress⁹ ei⁹. All'a. ℣⁹ Posui adiutorium super potētem et exaltaui electum de plebe mea. Sequeñ Adest nobis. vt̄s. fo. xiiij. vel tp De siderium. vt̄s fo. vj. Euang. Vigilate vigi. fo. xv. Offr. De siderium aīe eius tribuisti ei dñe et voluntate labiorum eius nō fraudasti eum posui sti in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore paschali. all'a. Secreta.

Suscipe dñe sacrificium placationis & laudis qd nos interueniente beato N. cōfessore tuo perducat ad ve niam: et i perpetuam gratia rum constituat actionem. P. Cōio. Fidelis seruus et pru dens quem constituit dñs su-per familiam suam vt det il lis in tempore tritici mensu-ram. In tēpore paschali. al-leluyā alleluya. Postcōio.

Presta quesum⁹ omni-potens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacra menta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum. ¶ In natali plu-rimorum cōfessorum. Offm.



Sacerdotes ei⁹ induant salu-tare et sancti e ius exultatio-ne exultabūt. In tēpore pa schali all'. al. all'a. ps. Memēto dñe dauid et oīs māsuetudinis ei⁹. Oro

Beatorum confessorum tuorum N. & N. nos do mine tuere presidijs: vt quo-rum festiuitatem annua de-uotione recolimus eorum in tercessione ab oībus aduersi-tatibus eruamur. Per dñm. Ad hebreos. vij. Capitulo.

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secun-

dum legem: idcirco q morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo q maneat ineternum: sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest/ accedens per semetipsum ad deū semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pōtifex sanctus/ innocens/ impollutus/ segregatus a peccatoribus/ et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem: quēadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre/ deinde p populo. Hoc eni fecit semel se offerendo: dn̄s noster iesus christus. Grad. Sacerdotes eius induant salutare/ & sancti eius exultatiōe exultabūt ℣. Illuc producam cornu dauid parani lucernam christo meo. Alleluya. ℣. Fulgebūt iusti & tanq̄ scintille in arundineto discurrent ineternum. Nulla dr sequē. licet. ix. lect. fiant. Scdm Lucam. xij. Ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibꝰ vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dn̄m suum: quando reuertatur a nuptijs. Ut cum venerit et pulsauerit: confestim aperiāt ei. Beati serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis: q precinget se et faciet illos discumbere/ et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia/ & si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̄/ et non sineret perfodi domū suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet.

Secundum matheum. x. ca.

In illo tempore: Misit iesus duodecim discipulos suos: precipiens eis et dicens. In viam gētiū ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis/ sed potius ite ad oues que perierūt domus israel. Eūtes autem predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate/ leprosos mūdate/ demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Offer. Exultabūt sancti in gl'ia letabunt i cubilibus suis exultationes dei in faucibus eoꝝ in tp̄e paschali alla al. Secr.

Adesto domine ꝑcibꝰ populi tui adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata mysterijs: tuorum tibi placeant intercessione sanctorū. Per. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis/ & fructum af

feratis et fructus vester maneat. In tempore pasc. all'a alleluya. Postcōmunio

Fideles tui de⁹ celestis doni remediis recreent et sanctorū quoque confessorū tuorum precibus ab omnib⁹ quesumus emundentur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis et martyris. Offm.



Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis. In tēpore pascha. all'a alleluya all'a. ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. Offm.



Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Aliud officium.



Me expectauerunt peccatores vt perderent me/ testimonia tua domine intellexi/ omnis cōsummationis vidi finem latum mandatum tuū nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulāt in lege dñi. Or.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu Per dñm. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. li. Capitu.

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam: et p morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dñm patrem dñi mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee/ et i tempore superborū sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione/ et exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: et laudem dicam nomini tuo: domine deus meus. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. li. capitulo.

Confitebor tibi dñe rex et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniā adiutor et protector factus es michi/ et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantiū mēdacium. Et in conspectu astātium factus es michi adiutor: et liberasti me secundū multitudinem misericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad escam: de ma-

nibus querentium animam meam / & de portis tribulationum que circundederunt me Et a pressura flamme que circūdedit me: & in medio ignis non sum estuata. De altitudine vētris inferi: & a lingua coinquinata / & a verbo mendacij. A rege iniquo: & a lingua iniusta. Laudabit usq; ad mortem anima mea dominum: & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me undiq; & nō erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum: et non erat. Memorata sum misericordie tue domine: et cooperationis tue q̄ a seculo sunt. Quoniā eruis sustinentes te: et liberas eos de manu angustie: domine deus meus. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij. Cap.

Sapientia laudabit animam suam: & in dn̄o honorabitur / et in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suū: et in conspectu virtutis illi[9] gloriabitur. In medio populi exaltabitur: & in plenitudine sancta admirabit. In multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altissimi prodij: primogenita ante omnem creaturam. Ego quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meam: & quasi balsamū non mixtū odor meus. Ego quasi therebint[9] extēdi ramos meos: & rami mei honoris & grē

Lcō libri. sapie. Prouer. xxxi

Mulierem fortem quis inueniet? Procul et de ultimis finibus precium ei[9]. Confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. Reddet ei bonum non malum omnibus dieb[9] vite sue. Quesiuit lanam & linum: & operata est consilio manuum suarū. Facta est quasi nauis institoris delonge portās panem suū. De nocte surrexit: deditq; prede domesticis suis / & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suū. Gustauit & vidit q̄m bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suam misit ad fortia: et digiti eius apprehenderunt fusū Manum suam aperuit inopi: et palmas suas extēdit ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus niuis: oēs ei domestici ei[9] vestiti sūt duplicibus. Stragulatā vestē fecit sibi: byssus et purpura indumentū ei[9]. Nobilis i portis vir eius: quādo sederit cū senatorib[9] terre. Syndonē fecit & vēdidit: et cingulū

tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Cōsiderauit semitas domus sue et panem ociosa nō comedit Surrexerunt filij eius et beatissimam predicauerūt: et vir eius laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: et vana est pulchritudo. Mulier timēs deū ipsa laudabit. Date ei de fructu manuum suarum: et laudant eam in portis opera ei⁹. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. V⁹. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Grad. Specie tua et pulchritudine tua: intēde prospere procede et regna. V⁹. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuā. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Alla. V. Emulor enim vos dei emulatiōe: despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo Alla. V. Ueni electa mea et ponam te i thronum meum quia concupiuit rex speciem tuam. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intēde prospere procede et regna. Alla. V⁹. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternū. Alla. V. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. Alla. V. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum et nō cōfūdebar. Tract⁹

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciē tuā. Seq̄.

Exultemus in hac die festiua. Recolentes dn̄i magnalia in sanctis qui operatur maxima. Qui iter sua potentie mira in virginū est maximus gloria. Sua enim gratia mundi viluit virginibus pompa. Atq̄ cōtra precepta regum restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana deuicta tristat malicia. Crudescit i carne tenera maiora exquirit tormenta. Sed tunc stat firmior caro virginea. Cum multiplicātur noua supplicia. Pro eterna quā expectant a deo gloria. Letantur mortalia affligi sua corpora. Quia sunt transitoria. Et in motu subito la=

bentia mūdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea sorte claruit. N cuius hodie celebramus solennia splendens inter alias vt lucifer inter minores stellas. Ut ergo beata fortiter ferens omnia nec mori recusans p gloria pro nobis pie deū exora. Ut tecum i aula exultemus etherea pace perpetua. Pro sanctorū virgo gloriosa collaudemus dominum gloria.

Secundum matheum. xiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit/ et pre gaudio illius vadit/et vēdit vniuersa que habet / et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas Inuenta autem vna pciosa margarita: abijt et vendidit oīa que habuit et emit eam. Iterū simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congregāti. Quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua/malos autem foras miserunt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit flet⁹ et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo: noua et vetera. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Offr. minor. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. In tēpore pasc. all'. Offr. maior Offerentur regi virgines post eā: prime ei⁹ offerentur tibi in leticia et exultatiōe adducentur in templū regi dño. Secr.

Hostias dñe quas tibi offerimus ppicius respice: et intercedente beata N. virgine tua et martyre: vincula peccatorum nostrorū absolue. Per dñm. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum. In tēpore pasc. all'a all'. Cōio. Feci iudiciū et iusticiā dñe nō calūniētur me superbi ad omnia mādata tua dirigebar omnem viā iniqtatis odio habui. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas margaritas: inuēta vna preciosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Cōio. Quinqꝫ prudentes virgines acceperunt oleum in

vasis suis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus est/ecce spons⁹ venit exite obuiã christo dño. Postcõ.

Placeant tibi quesum⁹ misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt misteria sacrosancta q̃ sumpsimus intercedente beata. N. virgie tua et martyre et tuam grãm nobis concilient/ et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dominum nostrũ iesum christum. ¶ In natali vnius virginis non martiris Ad missam. Officium.



Ilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̃ consortib⁹ tuis. In tp̃e paschali all'a all'a all'a. ps Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesum⁹ sancte. N. virginis tue placitis tibi meritis commendari cui⁹ vita merito castitatis tibi cõplacuit Per do. Ad corinthios. secunde. lectio.

Fratres Qui gloriatur in dño: glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est: sed quem deus cõmendat. Utinam sustineretis modicũ quid insipientie mee: sed et supportate me Emulor enim vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam: exhibere christo. Lectio libri sapientie. viij. Capitulo.

Sapiẽtia vincit maliciã Attingit ergo a fine vsq̧ ad finem fortiter: et disponit om̃ia suauiter. Hãc amaui et exq̃siui a iuuẽtute mea: et quesiui eam sponsam michi assumere / et amator factus sum forme illius. Generositatẽ illi⁹ glorificat contubernium habens dei: sed ⁊ omnium dñs dilexit illam. Doctrix est eni discipline dei: ⁊ electrix operum illius. Lectõ ysaie pphete. lxj. et. lxij. ca.

Gaudens gaudebo in domino: et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimento salutis: et indumento leticie circũdedit me. Quasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam monilib⁹ suis Sicut enim terra profert germen suum⁊ sicut ortus semẽ suum germinat: sic dñs deus germinabit iusticiam et laudem coram vniuersis gentib⁹. Habitabit enim iuuenis cum virgine: ⁊ habitabũt in te filij tui. Et gaudebit spõsus super spõsam: ⁊ gaudebit super te deus tuus. Dicit dñs: om̃potẽs Gr. D ilexisti iusticiã

et odisti iniq̄tatē. ℣. Propter ea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus ieternum. Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione despōdi vos vni viro virginē castam exhibere christo. Sequentia.

Virginis venerande de numero sapiētū festa celebremus socij Filia matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororē dei adoptauit filius. Hec corpus suū domuit freno ieiunij Et luxuriam secuit ense parcimonie. Hec cōtra cunctos hostis dimicauit impet⁹. Et hostem cruentum freta christi dextera strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Vbi iam dulcibus plena delicijs. Christo miserias nostras suggerito. Nobis cōsolationem precando. Secundum Matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnum celorū decē virginibus: que accipiētes lāpades suas exierunt obuiam spōso et spōse. Quinq̄ aūt ex eis erāt fatue et quiq̄ prudētes. Sed quiq̄ fatue acceptis lampadibus: nō sumpserunt oleum secū. Prudētes vero: acceperunt oleum in vasis suis cū lāpadibus. Moram aūt faciente sponso: dormitauerūt oēs et dormierūt. Media aūt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/exite obuiā ei. Tūc surrexerūt oēs virgines ille: et ornauerunt lāpades suas. Fatue autē sapiētibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lāpades nostre extinguuntur. Respōderūt prudētes: dicētes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis ite potius ad vendētes et emite vobis. Dum autem irēt emere: venit spōsus. Et que parate erant: intrauerūt cum eo ad nuptias/et clausa est ianua. Nouissime vero veniūt & relique virgines: dicētes. Dn̄e domie: aperi nobis. At ille respōdēs: ait. Amē dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq̄ qa nescitis diē neq̄ horā. Offer.

Afferent regi virgines post eam: proxime eius offerētur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e p̄ces & munera i honore sancte N. virginis tue gaudētes presta q̄sumus: vt et cōueniēter hec agere et remediū sempiternū valeamus acquirere Per dn̄m. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcommunio.

Prosint nobis dn̄e quesumus sumpta myste-

ria pariterq; nos intercedēte beata virgine tua N. & a peccatis eruant: et presidijs tue propiciationis attollāt. Per dn̄m nostrū. ☞ In natali plurimarum virginū. Officium



Ultum tuū deprecabūt oēs diuites plebis adducentur regi virgines post eam proxime eius adducētur tibi in leticia et exultatiōe ps. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Oratio

Deus qui vt humanum genus ad cōfessionem tui nois prouocares: etiā in sexu fragili victoriam martyrij cōtulisti: p̄sta q̄sumus/ vt ecclesia tua hoc exēplo cō munita: nec pati pro te metuat/ & celestis premij gloriam cōcupiscat. Per dn̄m nostrū.

Ad corinthios j. vij. Capi.

Fratres De virginibus autem preceptum dn̄i non habeo: cōsilium autem do tanq̄ misericordiā cōsecutus a dn̄o/ vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse: propter instantem necessitatem quoniam bonum est homini sic esse. Alligat⁹ es vxori: noli querere solutionem. Solutus es ab vxore: noli q̄rere vxorem. Si autem acceperis vxorē: non peccasti. Et si nupserit virgo: non peccauit. Tribulationē tamē carnis: habebunt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaq; dico fratres: tēpus breue est. Reliquum est: vt & qui habēt vxores tanq̄ nō habētes sint: & q̄ flent tāq̄ nō flentes Et qui gaudent: tanq̄ nō gaudētes Et qui emunt: tāq̄ non possidentes. Et qui vtūtur hoc mūdo: tanq̄ nō vtantur. Preterit enim figura: huius mundi. Uolo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est: sollicit⁹ est que domini sunt/ quomodo placeat deo. Qui autē cum vxore est: sollicitus est que sunt huius mundi/ quomodo placeat vxori. et diuisus est. Mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt: vt sit sancta corpore et spiritu. In christo iesu: domino nostro.

Lectio libri sapientie. iiij. ca

O q̄ pulchra est casta generatio: cum caritate. Immortalis est enim memoria illius: quoniam et apud deū nota est & apud homines Cum presens est imitantur illam: & desiderant eam cum se eduxerit/ et in perpetuum coronata triumphat/ īcoinquinatorū certaminum premium vincens. Multigena enim impiorum multitudo non erit vtilis: et spuria vitulamina non dabunt radi-

res altas / nec stabile firmamētum collocabunt. Et si in ramis in tēpore germinauerint infirmiter posita: a vento cōmouebūtur / et a nimietate ventorum eradicabūtur Confringentur eni rami inconsummati: et fructus illorum inutiles & acerbi ad mādūcādum et ad nichilū apti. Ex iniquis enim omnes filiȷ qui nascūtur: testes sunt nequicie aduersus parentes in interrogatione sua. Justus autē si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Gr. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cāticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorum. Gr. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est i virtute dextera manꝰ tua cōfregit inimicos. Alla. ℣. Adducētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatiōe. Euāgeliū. Simile est regnū celorū decē virg. vt supra in officio preced. Offr. Offerentur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. Secreta

Hac nos q̄sumus domie beatarum virginum & martyrū tuarū N. et N. cōtinuis presidijs adiuuari: pro quarum veneranda recordatione hec dona maiestati tue dicāda offerimus Per. Cōio. Quinq̄ prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cum lāpadibus: media autē nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam christo domino. Postcōio.

Presta q̄sumus oīpotēs deus: vt qui i sanctarū virginū et martyrum tuarū N. et N. solēnitate percepimus diuina misteria: earum intercessione remedia capere mereamur eterna. Per dñm.

¶ De virginibus non martiribus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus q̄ nos idoneos nō esse perpēdis ad maiestatem tuam sicut dignū est exorandam: fac sctās virgines tuas N. et N. pro nostris interuenire peccatis quarū meritis nobis indulgentiam largiaris Per dñm nostrū. Secreta

Intercedētibus sanctis virginibus tuis N. et N. domine quesumus plebis tue munus sanctifica: vt ab omnibus noxijs expedita / et hic et in eternum cuncta sibi profutura percipiat. Per dominū nostrū iesum. Postcō.

Quesumus domie deus noster vt sacri misterij munus indultum intercedētibus sanctis virginibus tuis N. et N. et presentis nobis vite subsidium et eternitatis largiatur effectū. Per dñm.



¶ Incipiũt misse cõmunes siue familiares. Et p̄mo dominicis dieb⁹ de sanctissima trinitate. Officium.



Benedicta sit sãcta trinitas atq₃ indiuisa vnitas cõfitebimur ei quia fecit nobiscũ miam suam. In tēpore pascali all'a all'a. ps. Benedicamus patrem et filiũ: cũ sancto spiritu. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gl'iaȝ agnoscere/ ⁊ in potentia maiestatis adorare vnitatem: q̄s/ vt eiusdem fidei firmitate ab oĩbus semp̄ muniamur aduersis. Qui viuis et regnas.

Ad romanos. xi. Capitulo.

O Altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei: q̄ incõprehensibilia sunt iudicia eius/ et inestigabiles vie eius. Quis eni cognouit sensum dñi: aut q̄s consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuet ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sũt oĩa: ipsi gloria in secula seculorum amen.

Ad corinthios. ij. xiij. Cap'lo.

Fratres Gratia domini nostri iesu christi: et caritas dei ⁊ cõmunicatio sancti spiritus / sit semper cũ oĩbus vobis. In christo iesu domino nostro. Gr. Benedictus es dñe qui intueris abyssos ⁊ sedes super cherubin. ℣. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscũ misericordiã suam. All'a. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorum et laudabilis in secula. All'a. ℣. Laudate pueri dominũ laudate nomen dñi. sit nomē domini benedictum ex hoc nũc et vsq₃ in seculum.

Secũdum iohãnem. xv. cap̄.

In illo tempore. Dixit iesus discip'lis suis. Cũ venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre spiritũ veritatis q̄ a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibetis: q̄a ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absq₃ synagogis facient vos. Sed venit hora: vt om-

nis qui interficit vos / arbi-
tretur obsequium se presta-
re deo. Et hec facient vobis:
quia non noverunt patrem
neque me. Sed hec locut⁹ sum
vobis: vt cum venerit hora
eorum reminiscamini: quia
ego dixi vobis. Offr. Bene-
dictus sit deus pater / vnige-
nitusque dei filius sctūs quoque
spiritus: qa fecit nobiscū mi-
sericordiā suam. In tēpore
paschali. Alleluya. Secreta.

Sanctifica quesumus do-
mine deus trinitas san-
cta per tui sancti nominis in-
uocationem huius oblatio-
nis hostiā: et cooperante spi-
ritu sancto per eam nosmet-
ipsos tibi perfice munus eter-
num. Qui viuis et regnas in
vnitate eiusdē spiritus sācti
deus. Prefatio quotidiana.
Qui cum vnigenito. Cōio.
Benedicimus deū celi et co-
ram omnibus viuentibus cō
fitebimur ei: quia fecit nobi-
scum misericordiam suam.
In tēpore paschali alleluya
alla. Postcōmunio.

Proficiat nobis ad sa-
lutem corporis et ani-
me domie deus huius sacra-
menti susceptio: et sempiter-
ne sancte trinitatis eiusdemque
indiuidue vnitatis cōfessio.
In qua viuis et regnas deus
Per omnia secula seculorū.



¶ Feria .ii. De angelis Offi.



Benedicite do-
minū oēs an-
geli eius potē-
tes virtute q
facitis verbū
eius ad audiē-
dam vocē ser-
monū eius. In tempore pa-
schali. alla. ps. Benedic aīa
mea dño: et oīa que intra me
sunt noī sancto eius. Oratio

Perpetuum nobis dñe
tue miserationis pста
subsidiū: quibus et angelica
prestitisti suffragia nō deesse
Per. Lctō libri apocalipsis
beati iohannis aplī. xix. cap.

In diebus illis. Dixit
michi āgelus. Scribe:
beati qui ad cenā nuptiarum
agni vocati sunt Et dixit mi-
chi. Hec verba dei vera sunt.
Et cecidi ad pedes ei⁹: vt ado-
rarē eū. Et dixit michi. Uide
ne feceris: conseru⁹ enī tuus sū

et fratrū tuorū habētium te=
stimoniū iesu. Deum adora.
Gr. Bñdicite dñm oēs an=
geli eius potētes virtute qui
facitis verbū eius. V. Bñdic
aīa mea dño: ꝛ oīa interiora
mea nomē sanctū ei⁹. Alla.
V. In conspectu angelorum
psallam tibi dñe deus meus.
Secūdum iohānem v. Cap.
In illo tempore. Erat
dies festus iudeorū: et
ascēdit iesus hierosolimam.
Est autē hierosolimis ꝓba=
tica piscina q̄ cognominat
hebraice bethsaida: quinq̄
porticus habens. In his ia=
cebat multitudo magna lan
guētium/cecorū/claudorū/
aridorū: expectantium aque
motum. Angelus autē dñi se
cundum tēpus descēdebat in
piscinā: ꝛ mouebatur aqua.
Et qui prior descēdisset in pi
scinam post motionem aque
sanus fiebat a quacunq̄ deti=
nebat īfirmitate. Offr. Ste=
tit angelus iuxta aram tēpli
habēs thuribulū aureū ī ma
nu sua: et data sunt ei incēsa
multa: et ascēdit fumus aro=
matū ī ꝯspectu dei alla. Secr
Hostias tibi dñe laudis
offerim⁹ suppliciter de=
precantes: vt easdē angelico
pro nobis iteruenientē suffra=
gio: ꝛ placatus accipias ꝛ ad
salutē nostrā prouenire cōce
das. Per do. Cōio. Bñdicite
oēs āgeli dñi dño: hymnū di
cite ꝛ superexaltate eū ī secla
In tpe pasc. Alla. Postcōio.
Repleti dñe bñdictiōe ce
lesti suppliciter exora=
mus vt quod fragili celebra
mus officio: sctōrū angelorū
atq̄ archāgelorū oīmq̄ cele=
stiū spirituū nobis ꝓdesse sen
tiam⁹ auxilio. Per. ¶ Sciē=
dū est q̄ ꝑ totū aduē. et a Dñe
ne in ira. vsq̄ ad caput ieiu.
et ab oc. pas. vsq̄ ad ascē. dñi
et a festo. s. trinitatis vsq̄ ad
aduētum dñi singulis. ebdo.
dicitur semel Salus populi.
pro fratribus et sororib⁹ ita
q̄ si vacauerit a festis sctōrū
ꝛ extra oct. cū regimine chori
et si missa dñicalis in ebdō. cā=
tāda fuerit completa: cōme.
quoq̄ btē marie ꝛ fest. loci et
proprie epystole et euāg. ꝓ=
pria propter illā missam nō
fuerint ꝑmissa: tunc illa ī
qua dies vacauerit est cātan
da. Si vero ꝓprie epl'e ꝛ pro
pria euāg. q̄ quartis feriis in
titulātur frequēter nequeāt
ibi dici in ꝓximis sequē. fer.
si vacauerint perlegātur nec
propter missā Salus populi
vel Nos autē. alicubi per to=
tū annū aliqualiter omittan
tur. In missis etiā Salus po
puli. vel Nos autē. super Ky=
rie el. Sāctus. et Agnus sem=
per dicitur cātus ferialis. Et
notandū est q̄ per totū tēpus
ꝑdictū quādo missa do. ī dñi=
ca vel in. ij. feria cātāda fue=

est .ij. feria vacauerit semp dicitur missa Salus populi. in ipsa .iij. feria et si nõ vacauerit tūc in aliqua fer. ipsius ebdo. q̄ ad hoc vaca. cātetur. Et sciendū est q̄ mis. Salus populi. est in dispositione cātoris quādo cōuenientius et quota fer. potest dici. Nō vero dr missa Sal⁹ po. tūc nulla dr mēo. de do. neq̄ de aliquaalia missa triū lec. nisi in aduē. Dicat etiā mis. Salus po. i vnaquaq̄ ebd. semel nisi in xl. et nisi festū ipediat vel oc. cū regimie chori ꝛ nisi infra tempus natiui. dñi et nisi in ebdo. pasch. ꝛ pēthecostes.



Fer. iij. Pro fratrib⁹ ꝛ soro.



Salus populi ego sū dicit dominus de quacunq̄ tribulatiōe clamauerint ad me exaudiam eos ꝛ ero illoꝝ dñs in perpetuū. In tpe paschali alla alla. Ps. Attēdite popule meus legē meā: inclinate aurē vraꝫ i vba oris mei. Nō dr Gl'ia i ex. i hac mis. Oro.

Deus qui caritatis dona per gratiā scti spiritus tuoꝝ cordibus fideliū infundis: da famulis et famulab⁹ tuis fratribus et sororib⁹ nostris pro quibus tuā deprecamur clemētiā: salutē mentis et corporis vt te tota virtute diligāt et q̄ tibi placita sunt tota dilectione perficiāt. Per dominū. in vnitate eiusdem.

Lectō esaie prophete. xix. ca.

Hec dicit dñs de⁹ In die illa deferet munus domino exercituū: et rex fortis dñabit eoꝝ. In die illa erit altare dñi i medio terre ꝛ cognoscetur dñs: et colent eum in hostijs ꝛ munerib⁹ ꝛ vota vouebūt dño/ et soluent. Et reuertētur ad dñm ꝛ placabitur eis: ꝛ sanabit eos. In die illa erit israel bñdictio in medio terre: cui bñdixit dñs exercituū dicēs Bñdictus populus meus: et opus manuum mearū hereditas mea israel. Dicit dñs: oīps. Gr. Propicius esto dñe petis nostris nequādo dicāt gētes vbi est deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et pp̄ter honorem nois tui dñe libera nos. Alla. V. Ostende nobis dñe miam tuā et salutare tuū da

vobis. In tpe pa. Alla. erit de miss. dnicali p ebd. sicut i fest. sine regimine chori. Tamen in pcessiõe vbi fit statio scdm Alla. nõ dicetur. Idẽ modus obseruetur in missa pro pace ⁊ cõsimilib⁹. Scdz marcũ. xij

In illo tpe. Sedens Iesus contra gazophilaciũ: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilacium. Et multi diuites: iactabant multa. Cũ venisset aũt vna vidua paupercula: misit duo minuta qđ est quadrans Et cõuocãs discipulos suos: ait illis. Amẽ dico vobis: q̄a vidua hec paupercula plus oibus misit qui miserunt in gazophilaciũ. Oẽs enim ex eo quod abũdabat illis miserũt: hec vero de penuria sua oia que habuit: misit totum victum suum. Offr. Exaudi deus orationẽ meã: et ne despexis deprecationẽ meã intende in me ⁊ exaudi me. In tpe paschali. alla. Sequẽtes duo ℣. dicũtur alternis vicibus infra aduẽtum dñi: et a lxx. vsq ad. l. tãtum ℣. Cõturbatus sum a voce inimini et a tribulatione peccatoris: et expectabã eũ qui me saluum faceret. ℣. Ego aũt ad deum clamaui libera animã meã ⁊ extendes manum tuam in retribuendo illis. Secreta.

Miserere q̄s dñs dñe famulis ⁊ famulab⁹ tuis pro quib⁹ hoc sacrificiũ laudis tue offerimus maiestati: ⁊ presta vt per hec sctã supne benedictionis gratiã obtineant et gloriã eterne felicitatis acq̄rãt. Per. Cõio. Amẽ dico vobis: quicquid orãtes petitis credite q̄a accipietis ⁊ fiet vobis. In tpe paschali. alla alla. Postcõmunio

Diuina libantes misteria q̄s dñe vt hec salutaria sacramenta illis prosiciant ad prosperitatem ⁊ pacem pro quorum quarũq dilectione: hec tue obtulimus maiestati. Per dñm nostrũ.



¶ Feria. iiij. de sctõ spũ Offi.



Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ alla ⁊ hoc quod cõtinet oia sciẽtiã habet vocis alla alla alla. ps. Exurgat deus ⁊ dissi

pentur inimici eius: et fugiant
q oderunt eum a facie eius. Oro
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustra=
tione docuisti: da nobis in eo
dem spiritu recta sapere et de
eius semper consolatione gau
dere. Per dnm: in vni. eiusd.
Lcō actuū aplorū. viij. Ca.
In diebus illis: Cū au=
dissent apostoli q erant
hierosolymis qz recepisset sa
maria verbū dei: miserūt ad
eos petrū & iohannē. Qui cū
venissent orauerūt pro ipsis
vt acciperent spiritū sanctū.
Nondū eni in quēq illorū ve
nerat: sed baptizati tantū erant
in noie dñi iesu. Tunc impo=
nebant manus super illos: &
accipiebant spiritū sanctum.
Gr. Beata gens cuius est dñs
deus eorū popul' quē elegit
dñs in hereditatē sibi. V. Ver
bo dñi celi firmati sunt & spi=
ritu oris eius ois virt' eorū.
Alla. V. Ueni sancte spirit'
reple tuorū corda fidelium et
tui amoris in eis ignem accē
de. In tpe pas. primū Alla.
V. Emitte spm. et. ij. Alla. V.
Ueni scē. vts. S. iohēm. xiiij
In illo tpe: Dixit iesus
discipulis suis. Si quis
diligit me: sermonē meū ser
uabit. Et pater meus diliget
eū: et ad eū veniemus/ et mā
sionē apud eū faciem'. Qui
nō diligit me: sermōes meos
nō seruat. Et sermonē quem
audistis non est meus sed ei'
qui misit me patris Hec locu
tus sum vobis: apud vos ma
nens. Paraclitus autē spiri=
tus sanctus quem mittet pa=
ter in noie meo: ille vos doce
bit oia: & suggeret vobis oia
quecunq dixero vobis. Pa=
cem relinquo vobis: pacem
meā do vobis Non quomo=
do mundus dat ego do vobis
Non turbetur cor vestrū: ne=
q formidet. Audistis qa ego
dixi vobis: vado et venio ad
vos. Si diligeretis me gaude
retis vtiq: quia vado ad pa=
trem: qa pater maior me est.
Et nūc dixi vobis priusq fiat
vt cum factū fuerit credatis.
Iam non multa: loquar vo=
biscum. Uenit enim princeps
mundi huius: & in me nō ha=
bet quicq. Sed vt cognoscat
mūdus: quia diligo patrem:
Et sicut mandatum dedit mi
chi pater: sic facio. Offr. Cō
firma hoc deus quod operat'
es in nobis a templo tuo qd
est in hierl'm tibi offerēt reges
munera alla. Secreta.
Munera qs dñe oblata sā
ctifica: & corda nr̄a sācti
spiritus illustratiōe emūda.
P dñ. i vni. Prefa. Qui ascē.
Non dr in hac pfa. hodierna
die. nisi in ebd. pethe. tm̄. Cō.
Factus est repente de celo so
nus aduenientis spūs vehe=
mētis vbi erant sedētes alla
et repleti sunt omnes spiritu

sctō loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōio.

SAncti spirit⁹ dn̄e corda nostra mūdet infusiō: & sui roris intima aspersione. fecūdet. Per. dn̄m. in vnitate.



¶ Feria. v. de venerabili sacramento. Officium.



CIbauit eos ex adipe frumē ti allā. & de petra melle saturauit eos al leluya allā. al leluya. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

DEus qui nobis sub sacramento mirabili passiōis tue memoriā reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis et sanguis tui sacra misteria venerari: vt redēptiōis tue fructū in nobis iugiter sentiam⁹ Qui viuis & regnas.

Ad corinthios. j. xj. Capitu.

FRatres: Ego enī accepi a dn̄o quod & tradidi vobis/ qm̄ dn̄s iesus ī qua nocte tradebat: accepit panē et grās agēs fregit & dixit. Accipite & manducate: hoc est corpus meū qd̄ pro vobis tradet Hoc facite ī meā cōmemorationē Similiter & calicē: post q̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine: hoc facite quotiēscūq̄ sumitis ī meā cōmemorationem. Quotiēscūq̄ enī māducabitis panē hunc & calicē bibetis mortē dn̄i ānūciabitis donec veniat. Itaq̄ q̄cūq̄ mā ducauerit panē hūc vel biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corporis & sanguinis dn̄i Probet aūt seipsum hō: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui eni māducat & bibit idigne: iudiciū sibi māducat et bibit: nō dījudicās corpus dn̄i. Gr. Oculi oīm in te sperant dn̄e & tu das illis escā in tēpore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā & iples oīe aial bn̄dictione. Allā. ℣. Caro mea vere est cib⁹/ et sanguis me⁹ vere est pot⁹ q̄ māducat meā carnem & bibit meū sanguinē: ī me manet & ego ī eo. Secundum iohannē. vj. Ca.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipl'is suis: & turbis iudeorū. Caro mea vere est cibus: & sanguis me⁹ vere est potus. Qui māducat meā

carnē & bibit meū sanguinē: in me manet & ego in illo. Si cut misit me viuens pater: et ego viuo ꝓpter patrem. Et q̄ mãducat me: et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis q̄ de celo descendit Nō sicut manducauerūt patres vri mãna i deserto: & mortui sunt. Qui mãducat hūc panē: viuet ineternū. Offer. Sacerdotes dñi incēsum & panes offerūt deo: et ideo sctī erunt deo suo et non polluent nomē ei9. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis & pacis ꝓpici9 dona concede q̄ sub oblatis muneribus mistice designanē. P Prefa. Qz p incarnati. Cōio

Quotienscūq; mãducabitis panē hunc & calicem bibetis mortē dñi ãnūciabitis donec veniat itaq; q̄cūq; mãducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corpis & sãguinis dñi alla. Postcōio.

Fac nos q̄s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri q̄ pciosi corporis & sanguinis tui tēporalis pceptio prefigurat. Qui vi.

¶ Sciendū est q̄ missa de cruce dicitur omni. vj. fer. De9 omnium. vsq; ad aduentum dñi nisi fest. ix. lect. impediat vel octa. cum regimine chori vel dies oct. vel q̄ ex necessitate oporteat agere missam dominicalem vel aliquod tale fest. iij. lect. quod aliquod proprium habet seruitium. Si vero in. vj. fer. aliqd fes. iij. l. euenerit vñ nullū ꝓpriū habeatur seruitiū tunc est in dispositiōe cantoris dicere missam de cruce/ vel non. Cū hō vj. fer. oīno a fes. vacauerit & nō oportet ex necessitate dicere missam dñicalē scꝫ infra p̄dictū tēp9 dz mis. de cruce q̄nis oēs hore dicanē de fer. et nulla fiat memoria de missa dñicali. Tamē si oporteat dicere missã Sal9 populi. oīno pretermittat missa de cruce.

¶ Feria. vj. de cruce vel de q̄nq; vulnerib9 vel de corona dñi.



¶ De cruce. Ad missã. Offi.



Nos autē gloriari oportet i cruce dñi nostri iesu christi in quo est sal9 vita & resurrectio nostra/ p quē saluati et liberati sum9

In tēpore pasc. alla alla. ps Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Non dicit Gloria in excelsis. Oratio.

Deus q̄ vnigeniti filij tui dn̄i nostri iesu christi p̄cioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede q̄s eos qui eiusdem sancte crucis gaudēt honore tua quoq̧ vbiq̧ ꝓtectione gaudere. Per eundem.

Ad philippenses. ij. Capitu.

Fratres: Christus fact⁹ est pro nobis obediens vsq̧ ad mortē: mortē autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in noīe iesu omne genu flectat̄/ celestiū/ terrestriū et ifernorū. Et oīs lingua cōfiteat̄: q2 dn̄s noster ies⁹ xp̄s: in gl̄ia est dei pr̄is. Gr. Christus fact⁹ est p̄ nobis obediēs vsq̧ ad mortē mortē aūt crucis. V. Propter qd̄ & de⁹ exaltauit illū et dedit illi nomen qd̄ est sup omne nomē. Alla. V. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferens pondera q̄ sola fuisti digna sustinere regē celorū & dn̄m. In tp̄e pasc. ij. Alla. V. Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i. Scd̄m matheū. xx.

In illo tp̄e: Ascendēs iesus hierosolymā/ assūpsit duodecī discipulos suos secretos: & ait illis. Ecce ascēdimus hierosolimā: et filius hominis tradet̄ principibus sacerdotū & scribis et cōdēnabunt eum morte. Et tradent eū gentibus ad illudendū: et flagellandū/ & crucifigendū: et tertia die resurget. Offr.

Protege dn̄e plebē tuā per signum sancte crucis ab omnibus insidijs inimicorū omnium: vt tibi gratā exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum In tp̄e pasc. alla. Secreta.

Hec oblatio q̄s̄um⁹ dn̄e ab omnib⁹ nos purget offensis: que in ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offensas. Per. Prefatio Qui salutē. Cōio. Per lignū serui facti sumus et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: fili⁹ dei redemit nos alla. Et finiat̄ cū alla. q̄n̄cūq̧ d̄r: nisi īfra. lxx. vsq̧ ad pasc. Postcō.

Adesto nobis dn̄e deus noster: quos sācte crucis letari facis honore eius/ quoq̧ perpetuis defende subsidijs. Per. Sanctus bonifaci⁹ [redacted] egrotauit vsq̧ ad morte: q̄ instāter petijt a deo vitā in hoc seculo sibi ꝓlongari. Ad quē misit dn̄s sanctū raphaelē archangelū cū officio misse de quinq̧ vulneribus christi dicens ad papam.

Surge scribe istud officiũ et dicas ipsum quinqȝ vicibus ꝛ cõtinuo recipies sanitatẽ. Et quicunqȝ sacerdos hoc officiũ deuote ꝑ se vel ꝑ alio egrotante celebrauerit quinquies/ hic sanitatẽ ꝛ gratiã recipiet ꝛ in futuro vitam eternã possidebit: si in bono perseueret Et in quacunqȝ tribulatione homo extiterit in hoc seculo si ꝓcurauerit a sacerdote hoc officiũ quinquies ꝑ se legi: sine dubio liberabitur. Et si ꝑ anima defuncti legatur: statim postqȝ cõplete dictum fuerit: scilicet quinquies a penis anima soluetur. Sanctus igitur bonifacius hec audiens/ statim erexit se i loco quo iacuit infirmatus ꝛ ipsum coniurauit per oĩpotentẽ deũ vt absqȝ suo periculo recederet ꝛ q̄s esset ꝛ ad quid venisset sibi cõtinuo indicaret. Qui statim dixit se esse archãgelũ raphaelem a deo sibi missũ/ et superius ꝓnunciata ꝓmittebat sine dubio fore rata. Sanctus tunc bonifaci⁹ [redacted] offm cõfirmauit apostolica auctoritate tribuẽs oĩbus vere cõfessis ꝛ cõtritis septimã partẽ remissiõis oĩm pctõꝝ [redacted] q̄ illud deuote legerit q̄na vice. Et sic illis ꝓdictũ offm legi ꝑcurãtib⁹ q̄dragita dies cemialiũ ꝛ vnũ ãnũ venialiũ i dño relaxauit. Incipit offi. misse de quinqȝ vulnerib⁹ dñi. n. ie. x





Humiliauit semetipsum dominus noster ies⁹ christ⁹ vsqȝ ad mortem mortẽ autem crucis ꝓpter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen qđ est super omne nomẽ. ps. Misericordias dñi: ineternum cãtabo. Et dr Gloria i excel. nisi ꝑ aduẽ. ꝛ a. lxx. vsqȝ ad pasc.

Domine iesu xp̄e Oro. Filij dei viui qui de celo ad terrã de sinu patris descedisti: ꝛ in ligno crucis quinqȝ plagas sustinuisti: ꝛ sãguinẽ tuum preciosũ in remissionẽ peccatorũ nostrorũ effudisti: te humiliter deprecamur vt i die iudicij ad dexterã tuã statuti a te audire mereamur illam dulcissimã vocẽ. venite bñdicti i regnũ pr̄is mei. Qui cũ e. Addat etiã vna collã vbi pla.

currit scdm nrm & tpis exigentiã p viuo vel p defuncto p quo iste misse celebrantur.

Lectio zacharie pphete. xij.

Hec dicit dñs deus: Effundã de spũ meo super domũ dauid: & sup habitatores hirlm spm grê & miserationis Et aspicient i eum: quẽ cõfixerũt. Et plãgent eũ plãctu quasi sup vnigenitũ: & dolebũt super eũ vt dolcri solet i morte primogeniti. In die illa erit plãct⁹ magn⁹ in hirlm: & dicetur ei. Que sũt iste plage i medio manuũ tuarũ. Et dicet eis His plagat⁹ sũ in domo eorũ qui me diligebãt. Framea suscitare sup pastorẽ meũ: & super virũ coherentẽ michi: dicit domin⁹ exercituum. Percutiam pastorẽ: et dispergentur oues gregis. Dicit dominus exercituum. G& Improperium expectauit cor meũ & miseriã & sustinui: q simul cõtristaretẽ et nõ fuit: cõsolantẽ me qsiui: & nõ inueni. V. Et dederunt in escã meã fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Alla V. Aue rex noster iesu xpe tu sol⁹ nros errores & reatus miserat⁹ ptulisti pri obediẽs duct⁹ es ad crucẽ vt agn⁹ mãsuet⁹ ad occisionẽ tibi gloria osanna tibi sũme laudis et honestatis chorea. Tract⁹.

Iudica me de⁹ & discerne causã meã de gẽte nõ sãcta ab hoie iniquo & doloso erue meo. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti et quare tristis incedo dũ affligit me inimic⁹. V. Testes eni iniq insurrexerũt aduersũ me et mẽtita est iniqtas sibi. V. Supra dorsũ meũ fabricauerũt pctõres, plõgauerũt iniqtatẽ suã. V. Ipsi vero cõsiderauerũt & inspexerũt me diuiserũt sibi vestimẽta mea: & sup vestẽ meã miserunt sortẽ. V. Foderũt man⁹ meas et pedes meos & dinumerauerunt oĩa ossa mea & dolorẽ sup dolorẽ vulneribus meis addiderũt.

Sequẽtia.

Cenã cũ discipulis xpe celebrasti: et mortẽ aplis palã nũciasti et auctorẽ sceleris iudã demõstrasti & egressus ptinus ortũ sũ intrasti. Tunc procidens dñs humo se pstrauit & transferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illud commẽdauit et ecce mox sanguinis sudor emanauit. Iudas post hec osculũ ori dedit xpi: ad qd inqt dñs amice venisti: nũqd trades osculũ quẽ iã vẽdidisti assistẽtes ptin⁹ irruũt ministri. Mox in sõnis itaq illa ducebatur: nulla prorsus requies iesu prestabat: magistror ipia plebs iniuriat alapis & colaphis inocẽs mactat. Hũc iesum eripere pylat⁹ conatur iudeor furia magis inflãmat: & tumult⁹ populi ingens excitat: & plebis vox in

tonat vt crucifigat. ¶ Tradit
militibus vinculis artat vn=
diqʒ verberib⁹ corpus cruen=
tatur: caput regis glorie spi=
nis coronatur postq̄ flexis ge
nibus quisquis irritatur. ¶ Ec
ce caro tenera pij saluatoris:
ad columnam nequiter coarta
tur loris sic flagellis ceditur
impij tortoris q̄ emanant ri=
uuli vndiqʒ cruoris. ¶ Post per
vrbis medium iesus procede
bat et crucis patibulū hume=
ris ferebat / ad fores ad ostia
populus fluebat eiusqʒ cōfu=
sio oibus patebat. ¶ Ad pudo
ris tumulū iesu denudaris et
ventis ac frigori nudus spo=
liaris innocēs cū impijs in cru
ce dānaris ꝯ quasi dux scele=
ris medio locaris. ¶ Tensis li=
gno brachijs manus cōclauā
tur cruci caro crurib⁹ clauis
tractabantur neruivene simi
li modo laniantur pedes plā
te etiam ferro conclauantur
¶ Loquens iesus postea sitio
dixerat ꝯ acetū ꝓtin⁹ felle cū
miscebat ac infusum spōgie
ori porrigebat: qđ degustans
paululū sumere nolebat. ¶ O
iesu mirifice quid est qđ age=
bas: tu de siti cōquerēs de cru
ce silebas: nunquid hanc do=
loribus magis sentiebas: sed
salutē potius nostrā sitiebas
¶ Voce ꝑmēs vltimā patrē i=
norasti spiritūqʒ manib⁹ ei⁹
commendasti: cum clamore
valido tandem expirasti: sic
salutem omnium opus con=
summasti. ¶ Nunc ego super=
bio tu humiliaris ego culpas
perpetro tu pena grauaris:
ego pomū mordeo tu felle po
taris ego pcto mollia tu du=
re tractaris. ¶ Omnium cui⁹ va
leat mens vel ligua fari: vir
go intus creditur quantum
cruciari dum cernit iam mor
tuum lat⁹ vulnerari atqʒ na
ti viscera lācea rimari. ¶ Cor
pus quidem mortuum / tam
nil sentiebat militis sed lan=
cea pectus infigebat quam fi
xam in filij latere videbat vn
de aqua sanguine mixta ef=
fluebat. ¶ Fundunt riuos san
guinis fontes saluatoris / ꝑ=
perās huc anima currat pec=
catoris et hauriat quispiam
sacrati liquoris quo frequen
ter liniat vulnera doloris.
¶ Adhunc ergo propera fon=
tem saluatoris vt fluentis im
pleas viscera dulcoris / atqʒ
vite lauachrum preciū cru
oris: hinc tui curatio proflu=
at languoris.

Secundum iohannem. xix.

In illo tempore: Pre=
sciens iesus quia iam
omnia consummata erant de
ipso: vt consummaretur scri
ptura dixit. Sitio. Uas ergo
erat positum: aceto plenum.
Illi autem spongiam ple=
nam aceto ysopo / circumpo=
nentes: obtulerunt ori eius.
Et cum accepisset iesus ace=

tum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritum. Judei ergo qm̄ parasceue erat vt non remanerēt in cruce corpa (sabbato: erat eni magn⁹ dies ille) sabbati/rogauerūt pylatū vt frangerēt eorū crura et tollerent. Venerūt ergo milites: et primi quidē fregerunt crura et alteri⁹ q̄ crucifix⁹ est cū eo. Ad iesū aūt cū venissēt vt viderūt eū iā mortuū: non fregerūt ei⁹ crura. Sed vnus militū lācea lat⁹ ei⁹ aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua. Et q̄ vidit testimoniū perhibuit: et verū est testimoniū ei⁹. Offer. Insurrexerūt in me testes iniqui absq̄ mia q̄sierūt me interficere: et nō pepercerūt in faciē meā spuere et lāceis suis vulnerauerunt me: et cōcussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

Domine iesu xp̄e q̄ pro mundi redēptione crucis lignū ascēdisti: vt vniuersus mūdus qui in tenebris erat illumiaretur illā q̄s lucē in animas nostras et corpora infunde p̄ quam ad eternā lucē p̄uenire mereamur. Qui cū patre et sp̄ū sancto viuis. Pref. Qui salu. Cōio. Foderunt manus meas et pedes meos. et dinumerauerūt omnia ossa mea. Postcōio.

Domine iesu xp̄e q̄ hora diei sexta p̄ redēptiōe mundi crucis patibulū ascēdisti: et sanguinē tuū p̄ciosū in remissionē peccatorū nostrorū fudisti: te hūiliter dep̄camur: vt per tue passionis et vulnerum tuorum merita: post obitum nostrum paradisi ianuā gaudēter mereamur introire Qui cū deo patre et sp̄ū sctō viuis et regnas deus. Per

¶ In festo corone dñi. Offm.



Gaudeam⁹ omnes in dño diē festū celebrantes sub honore corone dñi de cuius solēnitate gaudēt angeli et collaudēt filium dei p̄s. Gaudēt angeli et exultāt archāgeli: letantq̄ cōgratulātur omnes sancti. Oratio.

Presta q̄s omp̄s de⁹: vt qui in memoriā passionis dñi nri iesu xp̄i coronam eius spineā veneramur i terris ab ip̄o gl'ia et honore coronari mereamur in celis. Qui tecum viuit. Lectio libri sapientie. Canticorum. iij. Capitu.

Lectulū salomōis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel om̄es tenentes gladios: et ad bella doctissimi. Unusquisq̄ ensis super femur suum: propter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex salomon: de lignis libani. Colūnas ei⁹ fecit argētcas reclinatoriū aureum

asceksũ purpureũ media cari tate constrauit propter filias hierusalẽ. Egredimini filie syon: et videte regẽ salomonem in diademate/quo coronauit eũ mater sua in die desposatiõis illius/et in die leticie cordis ei⁹. Quã pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es. Oculi tui colũbarum: absqꝫ eo ꝙ intrinsecus latet. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano: veni coronaberis. Alla. ℣. Unam coronã adoramus dñe tuum gloriosum recolimus triũphum. Alla. ℣. Diadema spineum veneremur hodie cui⁹ per aculeũ sertũ datur glorie. Sequẽtia

SI vis vere gloriari et a deo coronari honore et gloria. Hanc coronã venerari studeas atqꝫ sectari portantes vestigia. Hanc celorum rex portauit honorauit et sacrauit sacro suo capite. In hac galea pugnauit cũ antiquũ hostẽ strauit triumphans in stipite. Hec pugnã tis galea triũphantis laurea tyara põtificis. Primũ fuit spinea postmodum sit aurea tactu sancti verticis Spinarum aculeos virtus fecit aureos christi passionis. Que peccatis spineos mortis eterne reos adimpleuit bonis. De malis colligitur et de spinis plectitẽ spinea puersis. Sed in aurum vertitur quãdo cul pa tollitur eisdem conuersis. Iocunda misteria sunt hec sed materia presentis leticie Nobis est mysteria qua pariter francia coronat̃ hodie. Huius coronatio corone susceptio cuius festũ agimus. Debito cum gaudio ꝫ anniuersario honore recolimus. Thesauro tã nobili tã desiderabili diues es effecta. Terra carens simili carens cõparabili deo ꝑdilecta. Tria priuilegia regna tibi alia subdunt in honore. Fides ꝫ militia vnctio ꝗ regia quarum flores flore. Tibi vrbs inclita omni laude predita mater studiorũ. Est corona tradita ꝫ in te reposita vrbs parisiorum. In dei preconium totũ cõfer studium totũ cor appone. Que christi palladium ꝑ sacre sacrariũ facta es corone. Iesu pie iesu bone nobis in agone largire victoriam. Nos es nostros sic cõpone vt perpetuo corone mereamur gloriam.

Secũdum iohãnem. xix. cap

IN illo tẽpore. Apprehendit pylatus iesum: ꝫ flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de spinis: imposuerunt capiti eius Et veste purpurea circũdederũt eũ: et veniebãt ad eũ/et dicebãt. Aue rex iudeorum. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ pylatus foras: ꝫ dixit eis. Ecce ad

duco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo iesus portans spineã coronã: et purpureum vestimentum. Credo. Offr. Gloria et honore coronasti eum et cõstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Dvorum militũ rex omnipotens virtutem corrobora: vt quos i huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat: et consummato cursu certaminis/ immortalitatis braniũ apprehendãt. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Prefatio de cruce. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõio.

Supplices te rogamus oipotẽs deus vt hec sacramenta q̃ sumpsimus per sacrosãcte filij tui corone cuius solẽnia recensemus virtutẽ nobis proficiant ad medelam. Per eundem dominum nostrum iesum christũ filium tuum.

Sabbato celebrat de beata virgine et quare in. vij. fer. de beata virgine initium habuit. Quoniã i quadam ecclesia ciuitatis. Constãtinopolitane erat ymago beate virginis corã quã dependebat velum quod totam velabat ymaginem: sed hoc velum in sexta feria post vesperas recedebat de ymagine nullo mouẽte: solo dei miraculo quasi deferretur in celum vt ad plenũ posset ymago conspici. Celebratis vesperis in sabbato descẽdebat ipsum velum ante eãdẽ ymaginem: et ibi manebat vsq; in feriam. vj. sequẽtem. Hoc viso miraculo sãcitum est vt sẽper illa feria celebretur de beata virgine. Alia etiam ratio est: quia domino crucifixo et mortuo discipulis fugientibus et de resurrectione desperãtibus: in illa sola tota fides remãsit. Sciebat enĩ quomodo portauerat eũ sine labore: et pepererat sine dolore: et ideo certa erat q̃ filius dei esset: et a mortuis tercia die resurgere deberet: et hec est ratio quare dies sabbati magis q̃ alia dies beate marie appropriatur. Tertia ratio est: quia dies sabbati est ianua et itroitus ad dominicã diem/ dies autem dominica est dies requiei et significat vitam eternam. Vñde cum in gratia sumus domine nõstre sumus quasi in ianua paradisi. Igitur q̃a ipsa est nobis porta ad regnũ celorum quod per diem dominicã figuratur: ideo de illa solẽnizamus in. vij. feria que diem dñicam precedit. Quarta ratio est vt solennitas matris

solennitati filij continuetur. Quinta ratio est vt festiuius agatur i die qua deus ab omni opere requieuit.

ORdinatio misse quotidiane beate marie virginis que dicitur Salue sca. Pulsato ad missā beate marie conueniant clerici ad eādem per ebdomadā deputati: qui dictis pri⁹ horis beate virginis in capella eiusdem: videlicet prima. iij. vj. et ix. missam solēniter exequātur. Hoc addito ꝙ in inceptione cuiuslibet hore dicitur salutatio angelica. scilicet Aue maria gratia plena dn̄s tecū genuflectendo sub silentio. Ad missā quotidianā beate marie sacerdoti assistāt dyaconus/ et subdyaconus ministrātes ei in dalmaticis ⁊ tunicis omni duplici festo per annum ⁊ per octauas natiuitatis dominice: pasche et penthecostes i sabbatis: et in dominicis et in omnibus festis que habent inuitatorium triplex. Et in omnibus his Alleluya. a duob⁹ de superioribus in superpelliceis cantat: alias a clericis inferioribus in habitu semper eodē Celebratur etiam missa beate virginis solēniter omni die per annum in capella eiusdem: nisi duob⁹ diebus proximis ante pascha.



Ad missā btē virgi. quotidie dicendam in capella ⁊ in choro infra aduētū qn̄ fit plenū seruitiū de ea: nisi in festo cōceptionis eiusdē. Officiū.



ROrate celi desuper ⁊ nubes pluāt iustū aperiat terra ⁊ germinet saluatorem. Ps. Et iusticia oriat simul: ego dn̄s creaui eū. Gloria patri. Deinde repe. offi. Rorate. Tercio repe. offi. Et sic fiat ibidē p totū ānū etiā ifra passionē Ad mis. q̄tid de sctā ma. i capel. eiudē oi die p ānū nisi duob⁹ dieb⁹ añ pas. dr vnū Kyrie. ex istis sequētib⁹ vilz oibus duplicibus festis siue fiat i choro de tpalib⁹: siue de festis sctōꝝ ꝓ vnū istoꝝ absq̄ vsib⁹: scz Kyrie rex splē. vl Kyrie fōs bo. In oib⁹ vero dn̄icis dr absq̄ versib⁹ vnū eorūdē: vl istud

scz Kyrie rex genitor. Feria secūda Kyrie. de O clemens. Feria.iii. Cōditor. Feria.iiii. Cunctipotens. Feria.v. Orbis factor. Feria. vi. Lux et origo. Sabbato Kyrie omnipotens. Oratio.

Deus q̄ de beate marie virginis vtero verbū tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: p̄sta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricē credimus eius apud te itercessionibus adiuuemur. Per eundem.

¶ Sequētes memorie fiant per totū annum ad missam eiusdē i capella. scd̄a oratio de trinitate orō. Omnipotēs sempiterne deus Tercia oratio p̄ episcopis viuis oratio. Omnipotēs sempiterne deus qui facis mirabilia. Quarta orō p̄ bn̄factorib⁹ defunctis orō. Op̄s sēpiterne deus qui vnica salus mor. Quita orō generalis: scilicet Oīpotens sempiterne deus qui viuorū. Require predictas oratiōes cum secretis et postcōmuni. ante officium Salue sancta parēs. Lectō esaie p̄phete vij.

In diebus illis. Locut⁹ est dn̄s ad achas dicēs. Pete tibi signum a dn̄o deo tuo in profundū iferni: siue in excelsum supra. Et dixit achas. Non petā: et non tētabo dominū. Et dixit Audite ergo domus dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse hoībus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s: ipse vobis signum Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malū: et eligere bonū. ¶ In capella beati virginis per totum annū gradale cum suo verso cantetur a toto choro. Grad. Tollite portas principes vestras ꝫ eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascēdet in montem dn̄i aut q̄s stabit in loco sancto eius: innocens manibus ꝫ mundo corde. Nunq̄ enim repetatur Gr. post suum ℣. in missis quotid. de sācta maria neq̄ de trinitate: neq̄ de ceteris cōmemorationibus: nisi in pleno seruitio tātum. Alla. ℣⁹. Aue maria gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus. Itē Alleluya per totum aduētum dr̄ in cōmemoratiōe beate marie: et similiter in capella. Et sciendum est q᷑ quotidie per annū dr̄ sequētia in capella beate virginis ꝫ similiter in choro quando dicitur missa solēniter de eadem. Quādo fit plenum seruitiū de sancta maria per aduētum: dicitur vna ex istis sequentis per ordinē similiter dicuntur ad missam quotidianam. Sequentia.

Missus gabriel de celis
verbi baiulus fidelis sa
cris dixerit loquelis cū beata
virgine. Verbum bonum et
suaue pandit intus in cōcla-
ne: et ex eua formās aue eue
verso noīe. Cōsequēter iux-
ta pactum adest verbum caro
factum semper tamen est in-
tactū puella regremiū. Pa-
trem pariens ignorat et quā
homo nō deflorat: nō torque
tur nec laborat quando parit
filium. Signū audis nouita
tis crede solum: est satis non
est tue facultatis soluere cor
rigiam. Grande signū et in-
signe est in rubo et in igne ne
appropiet indigne calciatus
quispiā. Virga sicca sine rore
nouo ritu nouo more fructū
protulit cū flore sic et virgo
peperit. Benedictus talis fru-
ctus: fruct⁹ gaudij nō luctus
nō erit adā seductus si de hoc
gustauerit. Iesus noster ie-
sus bonus: pie matris pium
onus: cui⁹ est ī celo thronus
nascitur in stabulo. Qui sic
est p̄ nobis natus nostros de-
leat reatus quia noster inco-
lat⁹ hic est periculo. Sequē.

Mittit ad virginem non
quēuis angelū sed for-
titudinem suū archangelum
amator hominis. Fortē ex-
pediat pro nobis nunciū na-
ture faciat vt preiudicium in
partu virginis. Naturā su-
peret natus rex glorie regnet
et imperet et zima scorie tollat
de medio. Superbientiū te-
rat fastigia colla sublimium
calcans vi propria potēs in
prelio. Foras eijciat mūda-
num principē secūq; faciat
secū participē patris imperij.
Exi qui mitteris hec dona di
scere reuela veteris velamē
littere virtute nuncij. Acce-
de nūcia dic aue cominus dic
plena gratia dic tecum dñs et
dic ne timeas. Virgo susci-
pias dei depositū in quo per-
ficias casta propositū et votū
teneas. Audit et suscipit pu-
ella nunciū credit et concipit
et parit filiū sed admirabilē.
Consiliariū humani gene-
ris et deū fortiū et patrē po-
steris ī pace stabilē. Sequētia

Verbum bonū et suaue
personemus illud aue
per quod christi fit conclaue
virgo mater filia. Per quod
aue salutata mox cōcepit fe-
cūdata virgo dauid stirpe na
ta īter spinas lilia. Aue veri
salomonis mater vellus ge-
deonis cuius magi tribus do-
nis laudāt puerperiū. Aue
solē genuisti aue prolē pro-
tulisti mūdo lapso cōtulisti nu-
men et imperiū. Aue mater
verbi summi maris portus si-
gnū dumi aromatū virga fu-
mi angelorū domina. Sup-
plicamus nos emenda emē-
datos nos cōmēda tuo nato
ad habēda sempiterna gaudia

Secūdum Lucam .j. Capi.

IN illo tpe. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee/ cui nomen nazareth/ ad virginem despōsatam viro/ cui nomen erat ioseph de domo dauid: ꝛ nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait āgelus ei Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero et paries filium: et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabit. Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius/ ꝛ regnabit in domo iacob in eternum: ꝛ regni eius nō erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respōdens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ et qd nascet ex te sanctū: vocabit filius dei. Et ecce helizabeth cognata tua: ꝛ ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: qa nō erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi secūdum verbū tuū. ¶ Et legat euangelium ad missam beate marie in eiusdem capella omni die per annū cum eadē nota qua ꝛ euāgelium ad missam de die legendū est. ¶ Nota ꝙ ad missam quotidianā beate marie semper dicitur Credo quādo dicēdū est ad missam de die. Offr. Aue maria gratia plena dn̄s tecum: bn̄dicta tu i mulieribus ꝛ benedictus fructus vētris tui. siue V. vel qduis aliud ad placitū. Secr.

IN mētibus nostris q̄s dn̄e vere fidei sacramēta cōfirma vt q̄ cōceptū de virgine deū verū et hoiem firmiter cōfitemur p eiusdē salutifere incarnatiōis potētiā ad eternā mereamur peruenire leticiā. Per eundē. Prefatio Et te in veneratiōe. Et dicit hec prefatio quotid. in capella: ꝛ etiam in cōmemorationibus eiusdē per totū ānum nisi a nati. dn̄i vsqꝫ ad purifi. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū et vocabitur nomē eius Emanuel. Postcōio.

GRatiā tuam q̄s dn̄e mētibus nostris īfunde: vt qui angelo nunciante christi filij tui incarnationē cognouimus per passionem eius ꝛ crucem ad resurrectiōis gloriā perducamur. Per eundē. ¶ Hec pdicta postcōnio. scꝫ Gratiā tuā dicitur in pascali tpe vsqꝫ ad vigiliā ascēsionis

dñi exclusiue quãdo post aliquã missam sit memoria de btã maria cũ officio Salue sancta. ¶ Notãdum est q in oibus festis beate marie per totũ annũ: et quotidie infra oct. et in oct. eiusdem dr cadẽ missa in capella que dicenda est in choro: ita tamẽ q epla nõ mutetur per oct. ¶ Ad missã de sctã maria in die nati. dñi et quotidie ab hic vsq ad purificã. in capella et i choro qñ fit plenũ seruitiũ de ea. Offi.



Ultũ tuũ dñe deprecabuntur oẽs diuites plebis adducẽtur regi virgines post eam proxime eius adducent tibi: in leticia et exultatione. ps. Eructauit cor meũ vbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Quãdo aũt dicitur Gloria in excelsis. cũ ṽ. Spiritus et alme. habet dici omnibus sabbatis in capella cum hoc cantu.



Glo ria in excelsis deo. In choro aũt quater in ãno: videlicet in vltima cõmemoratiõe btẽ virg. aũ aduẽ. dñi et ante. lxx. et tũc dr Sptũs et alme. a toto choro dicetur etiã in choro in octaua assumpt. et nati. beate marie a tribus clericis de superiori gradu in superpellicijs ad gradũ chori. ¶ Et sciẽdũ est quod quãdo cũq dr in choro vel extra ṽ. Spiritus et alme. dicitur super Kyrie cãtus de Kyrie oipotẽs et iste sequens cantus super Sãctus in hac additiõe Benedictus marie filius. Et dr iste cantus super Agnus dei. Oro.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecũda humano generi pmia pstitisti tribue qs: vt ipsam pro nobis itercedere sentiamus p quã meruimus auctorẽ vite suscipere dominũ nostrũ iesum christum filiũ tuum. Qui tecum viuit.

Lectio epystole beati pauli apostoli. Ad tytum. iij. Cap.

Carissime. Apparuit benignitas humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operib' iusticie que fecimus nos: sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis et renouationis spiritus sctĩ quẽ effudit in nos abũde: per iesum christũ saluatorẽ nostrũ. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: secũdum spem vite eterne. In christo iesu dño nostro Gr. Speciosus forma pre filijs hominũ diffusa est gratia i labijs tuis ṽ. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea re-

gi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia. ℣. Post partum virgo inviolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Hoc Alleluia dicitur in commemoratione beate marie in choro in tempore nativitatis domini: et etiam quotidie in capella. Item in die purificationis dicitur Alleluia. ℣. Adorabo in choro et in capella vesperis. in eodem die purificationis. Quandocunque enim fit plenum servitium de sancta maria dicitur una ex istis sequentiis per ordinem. Sequentia

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda gratia tonantis plena. Ave terrarum domina alma celorum regia tibi ethera omnisque sanctorum turma depromat simphonia. Tellus flumina atque silvarum nemora resultant voce sua. Salve parens inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra extans virgo leta mater itacta. Unde nostris eya fave votis domina / christum interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosque omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perhennis vite perfruamur gloria. Sequentia.

Ave maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes ut essemus sui nos fecit per gratiam. Per hoc autem ave mundo tam suave contra carnis iura. Genuisti prolem novum stella solem nova genitura. Tu parvi et magni leonis et agni salvatoris christi templum extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris panis et pastoris virginum regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu civitas regis iusticie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quam lux est orta natum tuum ora. Nos ut solvat a peccatis et in regno claritatis quo lux lucet sedula collocet per secula. Alia sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus alleluia. Regem regum intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella Sol occasum nesciens stella semper rutilans semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma. Neque sydus radio neque mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporali passum est carne sumpta. Isayas cecinit syna

goga meminit nunq̄ tamen
desinit esse ceca. Si non suis
vatibus credat vel gentilib⁹
sibilinis versib⁹ hec predicta
Infelix ppera/ crede vel ve
tera/ cur dãnaberis gẽs mise
ra? Quem docet littera/ na-
tum considera. Ipsũ genuit
puerpera alla. Alia sequẽtia
Hac clara die turma festi
ua dat preconia Mariã
concrepando simphonia ne-
ctarea. Mundi dñã q̃ est sola
castissima virginum regina.
Salutis causa vite porta at
q̃ celi referta gratia. Nã ad
illam sic nũcia olim facta an
gelica Aue maria gratia dei
plena per secula. Mulierum
pia agmina intra semp bene
dicta. Uirgo et grauida ma-
ter itacta ple gloriosa. Cui
cõtra maria hec reddit fami-
na. In me quomõ tua iã fiet
nuncia. Uiri noui nullã cer
te copulam. Ex quo atq̃ na-
ta sũ incorrupta. Diua mis-
sus ita reddit affata. Flatu
sacro plena fies maria. No-
ua efferens gaudia celo terre
nati per exordia. Intra tui
vteri claustra portans q̃ gu-
bernat ethera. Omnia q̃ dat
tẽpora pacifica. Alia seqũt.
Aue mundi spes maria
aue mitis aue pia/ aue
plena gratia. Aue virgo sin
gularis q̃ per rubũ designaris
nõ passũ incendia. Aue rosa
speciosa/ aue iesse virgula.
Cuius fruct⁹ nostri luct⁹ re-
laxauit vincula. Aue carẽs
simili mũdo diu flebili repa-
rasti gaudiũ. Aue cui⁹ visce
ra ꝯtra mortis federa ediderũt
filiũ. Aue virginũ lucerna p
quã fulsit lux supna his quos
vmbra tenuit. Aue virgo de
qua nasci ꝯ de cuius lacte pa-
sci rex celorũ voluit. Aue gẽ
ma celi luminariũ. Aue san
cti spiritus sacrariũ. O q̃mi-
rabilis ꝯ q̃laudabilis hec est
virginitas. In qua p spiritũ
facta paraclitũ fulsit fecundi
tas. O q̃sancta q̃serena q̃be
nigna q̃amena esse virgo cre
ditur. Per quã seruitus finit
porta celi aperit: et libertas
redditur. O castitatis lilium
tuum precare filium qui sal⁹
es humiliũ. Ne nos pro no-
stro vicio i flebili iudicio sub
ijciat supplicio. Sed nos tua
sancta prece mundans a pec-
cati fece Collocet in lucis do
mo. Amẽ dicat ois hõ. Alia.
Hodierne lux diei cele-
bris in matris dei agit
mẽoria. Decãtem⁹ i hac die
semper vginis marie laudes
et preconia. Omnis homo oi ho
ra ipsam ora ꝯ iplora ei⁹ pa-
trocinia. Psalle psalle nisu
toto cordis oris voce voto a-
ue plena gratia. Aue dña ce
lorũ inexperta viri thorũ pa
rens paris nescia. Fecũdata
sine viro genuisti modo miro
genitorem filia. Florens or

tus austro flante porta clausa post et ante via viris inuia. Vsa celi rore tellus fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tempestas obuia.

Iste sex sequen. dicuntur quando fit plenum seruitiũ de sancta maria extra aduentum per totum annum. etiam in. lxx. vsque ad caput ieiunij. Nunquam enim dicitur tract⁹ ad commemora. beate marie in ecclesia Sar. sed semper sequen. etiã per totam. xl. ad missam quotidianam de ea. Et tunc quam plures dicunt in dominicis Aue preclara maris. Euangelium Secundũ lucam. ij. capitu.

IN illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Trãseamus vsque bethleem / et videamus hoc verbũ quod factũ est: quod fecit dominus et ostẽdit nobis. Et venerunt festinantes / et inuenerunt mariam et ioseph: et ĩfantem positum in presepio. Videntes autem: cognouerunt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes et laudantes deum: in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos Offer. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

OBlatis domine muneribus suppliciter deprecamur: vt qui veram verbi tui incarnationem fideliter venerãtur veram eiusdem substãtiam carnis ac sãguinis quã per spiritum sanctum virgo mater edidit ĩ hoc presenti mysterio salubriter percipiam⁹. Per. Prefatio. Quia per incarnati. Co. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum.

DA quesum⁹ Postcõio. omnipotens deus ei⁹ nos continua intercessione vegetari: cuius integra virginitate suscepimus auctorem nostre salutis dominum nostrũ iesum christum filium tuum Qui tecum. Sequentes memorie fiant per totum annũ ad missam eiusdem in capella. Scda oro de trinitate. Or



Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et ĩ potẽtia maiestatis adorare vnitatem quesumus: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur ad

nerlis. Qui viuis et regnas.
¶ Tercia oratio pro epis viuis et subditis. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et vt in veritate tibi complaceāt: perpetuum eis rorem tue benedictiōis infunde. Per. Quarta oratio pro bñfactoribus defunctis. Orō.
Omnipotēs et misericors deus vnica salus mortalium: te suppliciter exoram⁹ pro animabus famulorū famularumque tuarum parentū et benefactorum nostrorum / vt interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis peccatorū eis largiri digneris indulgentiam et in nouissīo die btē resurrectiōis leticiā. Per. Quita orō gñalis. pro viuis et defūctis. orō
Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dominaris simul et mortuorū omniūque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoram⁹: vt pro qb⁹ effūdere p̄ces decreuim⁹: quosque vel p̄sens seclm adhuc in carne retinet vel futurū iā exutos corpe suscepit pietatis tue clemētia oīm delictorū suorū veniā et gaudia cōsequi mereant̄ eterna. Per d.

¶ De trinitate. Secreta.
Sanctifica qs dñe deus trinitas sctā per tui scti nois inuocationē hui⁹ oblationis hostiā et per eā nosmetipsos tibi pfice munus eternū. Qui vi. Pro epis viuis et subditis. Secreta.
Hostias qs dñe famulorū tuorū placat⁹ intēde: et quas in honore nois tui deuota mente pro eis celebram⁹: proficere sibi sentiant ad salutē. Per d. Pro bñfactorib⁹ defūctis. Secreta.
Sanctifica qs dñe hec fidelium omniū vitalia sacramenta et presta vt per ea interueniēte dei genitrice maria cū oībus sāctis tuis hocipsum pficiat aiab⁹ famulorū famularūque tuarū parentū et bñfactorum nrorū vt ab oibus viciis expiate pabulo vite reficiant̄ eterne. Per d.
Pro viuis et defunctis. Secr.
Deus cui soli cognit⁹ est numer⁹ electorū i superna felicitate locād⁹ tribue qs vt vniuersorū quos i orōne cōmēdatos suscepim⁹ siue oīm fideliū noia btē p̄destinatiōnis liber ascripta retineat. Per.
¶ De trinitate. Postcōio.
Proficiat nobis ad salutem corporis et anime dñe de⁹ noster hui⁹ sacramenti susceptio: et sempiterne sācte trinitatis

eiusdemq̃ indiuidue vnitatis confessio. In qua vi.

Pro epis ꝫ subditis. Postcō.

Quos celesti recreas munere dñe ppetuo comitare p̃sidio ꝫ quos fouere nō desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. P.

Pro bñfactoribus. Postcōio.

Uiuificet nos quesum⁹ domie salutare quo pasti sumus sacramentum: ꝫ interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis concede: vt hoc ipsū proficiat animabus famulorum famularumq̃ tuarū parentum et benefactorum nostrorum ad promerendam p̃piciatiōis tue gratiam: ꝫ percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eundem dominum.

Pro viuis et defūctis. Postc.

Pro celestis conuiuij iocunditate gratias tibi referimus rex ꝫ sacerdos noster maiestatem tuam humiliter rogantes: vt hec sacrosācta corporis et sanguinis tui hostia nō sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad veniam sit ablutio scelerum: sit fortitudo fragiliū: sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atq̃ mortuorum fideliū remissio omnium delictorum Per te saluator mūdi rex glorie. Qui viuis ꝫ regnas.



Ad missam de scā maria a purificatiōe vsq̃ ad aduentū dñi in capella et in choro qñ sit plenū seruitiū de ea nisi in fe. ꝫ per oct. eiusdē. Officiū.



Salue sācta parens enixa puerpera regē q̃ celū terrāq̃ regit i secula seculorū. In tēpore paschali all'a. ps. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fruct⁹ ventris tui. Gloria pa. Oro.

Concede nos famulos tuos q̃s dñe deus perpetua mentis ꝫ corporis salute gaudere: et gloriosa btē marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia ꝫ eterna perfrui leticia. P.

Lctō libri sapie. Eccl'ia. xxiiij

Ab initio ꝫ ante secula creata sum: ꝫ vsq̃ ad futurum seculū non desināq̃ in

habitatiõe sctã corã ipso mi-
nistraui. Et sic in syon firma
ta sum & in ciuitate sanctifi-
cata similiter requieui & i hie
rusalem potestas mea. Et ra
dicaui in populo honorifica
to: & in partes dei mei heredi
tas illius: & in plenitudine sã
ctorum detentio mea. Grad.
B enedicta et venerabilis es
vgo maria que sine tactu pu
doris inuenta es mater sal-
uatoris. V. Uirgo dei genitrix
quem totus nõ capit orbis in
tua se clausit viscera fact9 ho
mo. Sciẽdũ est q si i tpe pasc.
fiat de festo annũciatiõis be-
ate marie in capella erit pri-
mũ A llaV. Per te dei geni
trix & scdm A lla. V. Aue ma
ria. Itẽ in die assũptiõis btẽ
marie dñica infra oct. & in oct.
die. A lla. V9. Hodie maria
virgo in choro & in capella p
oc. A llaV. Assũpta est i cho
ro & in capella. Itẽ i nati. btẽ
marie dñica infra oc. & in oc.
die. A lla. V. Natiuitas glo
se in choro & in capella : et p
oc. A llaV. Per te dei geni-
trix in choro & i capella. Sci
endũ est q a purifica. vsq ad
lxx. & a Deus olm. vsq ad ad-
uetũ dñi qñ fit plenum serui-
tium de sctã maria quacunq
feria cõtigerit sẽp dr sequens
A llaV9. Salue vgo mater
dei tẽplũ sctĩ spũs q sola voca
ri digna meruisti regina celo
rũ & dña. nisi in tpe pas. tũc ei

semp primũ A lla. V. Per te
dei genitrix nobis est vita p-
dita data q de celo suscepisti
ple & mũdo genuisti saluato
rem. & secũdũ Alla qñ fit ple-
nũ seruitiũ de resurrectiõe si-
cut i alio fes. cũ regie cho. & dr
sequẽ. vna de supra notatis.
In capella aut primũ A lla
V. Per te dei genitrix. Scdm
vero A lla. diuersimode dr p
totã ebd. videlz die do. A lla
V9. Obtine sacris precib9 pia
dei genitrix veniã delictorum
tuis supplicibus. ¶ Feria. ij.
A lla. V. Post partũ virgo in
uiolata permansisti dei geni
trix intercede p nobis. ¶ Fer
tertia. Alla. V. Ora pro no-
bis pia vgo maria vnde chri
stus natus est pro nobis pec-
catoribus ora. ¶ Feria. iiij.
A lla. V. Uirtutes celi te ve-
nerant virgo maria tuũ vni
genitũ cõteplantes ad dexte-
rã dei patris i potestate & ma
iestate magna. ¶ Feria qnta
A lla. V. Ueni electa mea et
ponã in te thronũ meũ: qa cõ
cupiuit rex speciẽ tuã. ¶ Fer
vi. A lla V. Salue vgo. vts
Sabbõ. A lla. V. Uirga iesse
floruit vgo deũ & hominẽ ge
nuit pacẽ deus reddidit in se
recõcilians yma sũmis. Ista
septẽ Alla. dñr i capella btẽ
marie a purificatiõe vsq ad
aduetũ dñi extra. lxx. vsq ad
pas. nisi qñ extra tẽpus pasc.
in loco illius A llaV9. Post

partū. dr Alla. ℣. Per te dei genitrix. vts. ꝛ exceptis tpib⁹ pnotatis. Similiter in tpe pas. qñ celebrat missa de sctā maria sine nota: vel post mis. fit mēo. tūc primū Alla. erit ℣. Per te dei genitrix. et secūdū Alla. ℣. Post partū. In ebd pasche etiā dr. Gr. Bñdicta ꝛ venerabilis. ad mis. quotiē de sctā maria vsq ad sabbatū et nō in ipo sabba. Seq. dr p ordinē vna de sex supra nota tis vel q̄uis alia p totū annū ad placitū. Scdm lucā. xj. ca.

In illo tēpore: Loquen te iesu ad turbas: extol lens vocē quedam mulier de turba: dixit illi. Beatus ven ter q̄ te portauit: ꝛ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinim mo: beati q̄ audiūt verbū dei et custodiūt illud. Aliud euā gelium in tempore paschali. Secundum iohannem. xix.

In illo tpe: Stabāt iux ta crucē iesu mater ei⁹ ꝛ soror matris ei⁹ maria cleo phe ꝛ maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē ꝛ di scipulū stantē quē diligebat dixit matri sue. Mulier/ecce fili⁹ tu⁹. Deide dixit discipu lo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in suam. Offr. Felix nāq es sa cra ṽgo maria ꝛ oi laude di gnissima qr ex te ortus est sol iusticie xps deus noster alla. ꝛ finiatur cū alla. q̄cunq dr extra. lxx. vsq ad pasc. et nisi i vigil assūptiōis tm̄. Secre.

Tua dñe ppiciatione be ate marie semper virgi nis intercessione ad perpetu am atq p̄sētē hec oblatio no bis pficiat psperitatē ꝛ pacē Per. Prefa. Et te in venera tiōe. Cō. Bt̄a viscera marie virginis q̄ portauerūt eterni patris filiū. In tpe pas. Cōio Vera fides geniti purgauit crimina mūdi et tibi ṽginitas iuiolata manet all. al. P⁹cō.

Sumptis dñe salutis nr̄e subsidijs da q̄s eius pa trocinijs nos vbiq ptegi: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtu limus maiestati. Per.

¶ Missa pro pace. Officium

Dā pacē dñe su stinentib⁹ te: vt pphete tui fideles inueni ant: exaudi p̄ ces serui tui ꝛ plebis tue isrl In tpe pasc. alla al. Ps. Leta tus sū in his q̄ dicta sūt mihi: in domū dñi ibim⁹. Oratio.

Deus a quo sācta deside ria recta cōsilia et iusta sunt opa da seruis tuis illam quā mūd⁹ dare nō potest pa cē: vt ꝛ corda nr̄a mādatis tu is dedita: ꝛ hostiū sublata for midine: tpa sint tua ptectiōe trāquilla. Per dñm.

Lectō li. machabeor. q̄. j

In diebus illis: Orōnē

faciebāt sacerdotes dñi offer-
rēt sacrificiū ꝓ pplo israel: io
natha inchoāte/ ceteris autē
respōdētib⁹ ⁊ dicētib⁹. Benefa
ciat vobis de⁹: et meminerit
testamēti sui qđ ad abrahā ⁊
ysaac ⁊ iacob locut⁹ est seruo
rū suorū fideliū. Et det vobis
cor oibus: vt colatis eū et fa-
ciatis ei⁹ volūtatē. Adaperiat
cor vr̄m i lege sua/ ⁊ i pceptis
suis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat
orōnes vr̄as et recōciliet vo-
bis: nec vos deserat in tpe ma
lo: dñs deus vester. Gr. Le-
tatus sū i his q̄ dicta sūt mihi
in domū dñi ibimus. ℣. Fiat
pax i ṽtute tua ⁊ abūdātia in
turrib⁹ tuis. Alla ℣. Qui po
suit fines tuos pacē: et adipe
frumēti satiat te. Jo. xvj.

In illo tpe: Dixit iesus
discipulis suis. Ecce ve
nit hora ⁊ iā venit: vt dispga
mini vnusq̄sq; in ppria ⁊ me
solū relinquatis. Et nō sū so
lus: q̄a mecū pater est. Hec lo
cut⁹ sū vobis: vt in me pacē
habeatis. In mūdo: pssurā ha
bebitis. Sed cōfidite: q̄a ego
vici mūdū. Offer. Deus tu cō
uers⁹ viuificabis nos ⁊ plebs
tua letabitur in te: ostēde no
bis dñe miam tuā: ⁊ salutare
tuum da nobis. In tempore
paschali allā allā. Secreta.

Deus qui credētes in te
populos nullis sinis cō
cuti terroribus dignare pces
⁊ hostias dicate tibi plebis su
scipere vt pax tua pietate cō-
cessa christianorum fines ab
omi hoste faciat esse securos
Per. Cōio. Amen dico vo-
bis quicquid orantes petitis
credite quia accipietis et fiet
vobis. In tempore paschali.
alleluya alleluya. Postcōio.

Deus auctor pacis ⁊ ama
tor quem nosse viuere:
cui seruire regnare est ptege
ab omnibus impugnationi-
bus supplices tuos/ vt q̄ in de
fensione tua confidim⁹: nul-
lius hostilitatis arma timea-
mus. Per dominum nostrū.

Missa pro rege. Officium.

Protector no-
ster aspice de⁹
et respice i fa-
ciē xp̄i tui q̄a
melior ē dies
vna in atriis
tuis super mi
lia. In tpe pas. allā allā. Ps.
Quā dilecta tabernacla tua
dñe ṽtutū: ɔcupiscit ⁊ deficit
aīa mea in atria dñi. Oratio.

Quesum⁹ oīps deus vt fa
mulus tu⁹ rex noster N.
qui tua miseratione suscepit
regni gubernacula: virtutū
etiam omnium percipiat in-
crementa quibus decenter or
natus et viciorū voraginem
deuitare: et hostes superare:
⁊ ad te qui via veritas ⁊ vita
es gratiosus valeat perueni-
re. Per. Epl'a. Orationē faci
ebant sacerd. vtē in missa ꝓ

pace. Gr. Saluū fac seruum tuū deus meus sperantē in te. V. Auribus percipe dn̄e orōnē meā. Alla. V. Eripe me de inimicis meis deus me⁹ & ab insurgētibus i me libera me. Secundum marcum. xj. Ca.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis Amē dico vobis: q̄a q̄cunq̄ dixerit huic monti tollere et mittere in mare / & non hesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quodcūq̄ dixerit fiat / fiet ei. Propterea dico vobis. Omia quecūq̄ orātes petitis: credite q̄a accipietis / & eueniēt vobis. Et cū stabitis ad orandū dimittite si q̄d habetis aduersus aliquē: vt et pater vester q̄ in celis est / dimittat vobis pctā vestra. Q̄d si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vr̄a. Offr. Exaudi deus orationē meā & ne despexeris deprecationē meā intende in me & exaudi me. In tpe pasc. alleluya alla. Secreta.

MUnera q̄s dn̄e oblata sāctifica: vt et nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiāt: & famulo tuo N. regi nostro ad obtinendā anime corporisq̄ salutem: & ad peragēdum iniunctum sibi officium te largiente vsq̄quaq̄ proficiant. Per dn̄m. Cōio. Amē dico vobis: quicquid orantes petitis creditis quia accipietis et fiet vobis. In tempore pascha. alleluya all. Postcō.

HEc dn̄e salutaris sacramenti perceptio famulum tuum regem nostrū N. ab omnibus quesumus tueatur aduersis quatenus & ecclesiastice pacis obtineat trāquillitatem: et post istius temporis decursum ad eternam perueniat hereditatē. P. Ad iplorādā gratiā spūsctī. offm.



SPiritus dn̄i repleuit orbem terrarum all. Et hoc q̄d cōtinet omia sciētiam habet vocis alla alleluya alla. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Gloria pa. Oratio.

DEus cui omē cor patet et omnis voluntas loquitur et nullum latet secretum: purifica per īfusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere & digne laudare mereamur. Per dn̄m. in vni. eiusdē Ad corinthios. xij. Capitulo.

FRatres: Unicuiq̄ datur manifestatio spiritus: ad vtilitatē. Alij q̄dē p spiritū dat̄ sermo sapientie: alij datur sermo scientie / secūdū eūdem spiritū. Alteri fides: in eodē spiritu. Alij gratia sanitatū: in eodē spiritu Alij ope

ratio virtutū. Alij prophetia Alij discretio spirituum. Alij genera linguarū. Alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa operatur: vnus atq idem spūs: diuidēs singulis prout vult. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorum populus quē elegit dñs in hereditatē sibi. V. Uerbo dñi celi firmati sunt & spiritu oris eius oīs virtus eorū. Alla. V. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Secūdum iohānem. iiij. cap

In illo tpe. Dixit iesus mulieri samaritane. Mulier crede michi: q̄a veniet hora qn̄ neq in mōte hoc neq in hierosolimis adorabitis patrē. Uos adoratis qđ nescitis nos adoramus quod scimus/ quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nūc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate Nam & pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus est deus: et oēs qui adorant eū: in spiritu et veritate oportet adorare. Offr. Emitte spiritū tuum et creabūtur & renouabis faciem terre: sit gloria dñi in secula. In tēpore paschali Alleluya. Secreta.

Hec oblatio dñe deus q̄s cordis nostri maculas emundet vt sancti spiritus digna habitatio efficiatur. Per. Cōio. Spiritussanctus docebit vos oīa alla quecūq dixero vobis alla alla. Postcōio

Sacrificiū salutis nostre tibi offerentes: concede nobis q̄s dñe deus purificatis mētibus sepius tue pietatis celebrare mysteriū. Per dñm i vnita. ¶ Ad missā p seipso.



Deus in noīe tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me deus et audi oratio nē meam. In tpe pasc. Alla alla ps. Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animā meam. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui me peccatorē sacris altaribus astare voluisti et sancti nois tui laudare potētiam. concede queso per huius sacramēti mysterium meorū michi veniā pctōr: vt tue maiestati digne ministrare merear. Per dñm nostrū. Ad romanos. vij. Capitulo.

Fratres. Cōdelector legi dei: secūdum interiorē hominē. Uideo autē aliā legē in membris meis repugnātem legi mētis mee: & captiuū me ducētem in legem peccati q̄ est in mēbris meis. Infelix ego homo Quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei: per iesum

christum: dñm nostrum. Gr. Esto michi in deū protectorē et in locū refugij vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui dñe nō cōfundar i eternū. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgētibus i me libera me Secūdum iohānem. xv. cap.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si māseritis in me / ℥ verba mea in vobis mānserit: quodcūq voslueritis petetis / ℥ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructū plurimū afferatis / et efficiamini mei discipuli Sicut dilexit me pater ℥ ego dilexi vos: manete i dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis i dilectione mea. Sicut ℥ ego patris mei precepta seruaui: et maneo in eius dilectiōe. Hec locutus sum vobis: vt gaudiū meū in vobis sit: et gaudiū vestrū impleatur. Offr.

Intēde voci orationis mee rex meus ℥ deus meus: qm̄ ad te orabo dñe. In tpe pascali. Alla. ℣. Verba mea auribus percipe dñe itēde clamorem meū ℥ exaudi me. Secr.

Deus q̄ te precipis a peccatorib⁹ exorari tibiq̄ sacrificiū cōtriti cordis offerri hoc sacrificiū qd̄ indignis manib⁹ meis offero acceptare dignare et vt ipse tibi hostia ℥ sacrificium esse merear miseratus cōcede: quo p misterij huius exhibitionē peccatorū oīm pcipiā remissionē. Per. Cōio. Ab occultis meis mūda me dñe ℥ ab alienis parce seruo tuo. In tpe paschali Alla. Postcōio.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina p̄cibus meis ℥ per huius diuini sacramenti carnis et sanguinis filij tui dñi nostri iesu christi qd̄ idignus sumpsi misteriū gratia scti spūs illumina cor meū: vt tuis misterijs digne ministrare teq̄ eterna caritate diligere: ℥ sempiterna gaudia percipere merear Per d. In vni. e. Missa ad poscendum donū spūssancti.



Caritas dei diffusa est i cordibus vestris alla p inhabitātē spm̄ eius in vobis alla alla. Ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Oratio

Omnipotēs sempiterne deus qui iusticiā tue legis in cordib⁹ credentiū digito tuo scribis da nobis fidei / spei / et caritatis augmētū: ℥ vt mereamur assequi qd̄ promittis: fac nos amare qd̄ precipis Per dñm nostrū iesum. Ad corinthios. j. xiij. Capl'o.

Fratres Caritas patiēs benigna est. Caritas

non emulatur: nõ agit pperã
nõ inflat / nõ est ambiciosa /
nõ q̃rit q̃ sua sunt / nõ irritat.
Nõ cogitat malũ / nõ gaudet
super iniquitate: congaudet
aũt veritati. Oia suffert: oia
credit / oia sperat / oia susti-
net. Caritas nũq̃ excidit: siue
ꝓphetie euacuabunt / siue li-
gue cessabũt / siue sciẽtia de-
struet. Ex parte eni cognosci
mus: ꝛ ex parte ꝓphetamus.
Cũ aũt venerit qd perfectum
est: euacuabit qd ex parte est.
Cũ essẽ paruulus / loq̃bar vt
paruulꝰ / sapiebã vt paruulꝰ
cogitabã vt paruulꝰ. Qñ aũt
factus sum vir: euacuaui q̃
erãt paruuli. Videmus nũc ꝑ
speculũ in enigmate: tũc aũt
facie ad faciẽ. Nunc cogno-
sco ex parte: tunc aũt cogno-
scã sicut et cognitꝰ sum. Nũc
aũt manent: fides / spes / cari-
tas / tria hec: maior aũt horũ
est caritas. Gr. Dñe dñs no
ster q̃ admirabile est nomen
tuũ in vniuersa terra. V. Qm̃
eleuata est magnificẽtia tua
sup celos. Alla. V. Dñe deꝰ
salutis mee in die clamaui ꝛ
nocte corã te. S. iohãnẽ. xiiij.

In illo tpe. Dixit iesus
discipulis suis. Filioli
adhuc modicũ tps: vobiscũ
sum. Queretis me: ꝛ sicut di-
xi iudeis quo ego vado / vos
nõ potestis venire. Et vobis
dico modo. Mãdatũ nouũ do
vobis: vt diligatis inuicem
sicut dilexi vos: vt ꝛ vos inui-
cem diligatis. In hoc cogno
scent oẽs. quia discipuli mei
estis: si dilectionẽ habueritis
adinuicẽ. Dixit ei symon pe-
trus Dñe / q̃ vadis? Rñdit ie-
sus Quo ego vado: nõ potes
me modo sequi: sequeris aũt po-
stea. Offr. Lauda aia mea
dominũ laudabo dñm i vita
mea: psallam deo meo q̃diu
ero. In tpe pasc. Alla. Secr.

Emitte q̃s dñe spm̃ cari-
tatis q̃ ꝛ hec p̃sẽtia mu
nera nr̃a tuum nobis efficiat
sacramentũ: ꝛ ad hoc ꝑcipiẽ
dũ corda nr̃a purificet. Per.
In vni. eiusd. Cõio. Primũ
q̃rite regnũ dei ꝛ oia adiicie-
tur vobis dicit dñs. In tẽpo-
re paschali Alla all. Postcõ.

Spiritum nobis dñe ca-
ritatis infunde: vt quos
vino et pane celesti satiasti:
tua facias pietate cõcordes.
Per dñm In vnitate eiusdẽ.

Missa pro pctõribus. Offi.

Si iniquitates
obseruaueris
dñe: dñe q̃s su
stinebit: q̃a a-
pud te ꝓpicia-
tio ẽ deꝰ israel
Ps. De ꝓfundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Or.

Exaudi dñe supplicũ p̃-
ces ꝛ cõfitẽtiũ tibi par-
ce peccatis: vt pariter nobis
indulgentiam tribuas beni-
gnus et pacẽ. Per dñm nr̃m.

Ad romanos. v. Capitulo.
FRatres. Cū adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erim⁹ ab ira per ipsum Si enim cū inimici essemus recōciliati sumus deo p mortem filij ei⁹: multomagis recōciliati salui erimus i vita ipsius. Non solum autē: sed ꝙ gloriamur i deo Per iesum christum: dn̄m nostrum. Gr. Propicius esto dn̄e peccatis nostris: neqn̄ādo dicāt gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dn̄e libera nos. All'a. V. Ostende nobis dn̄e miam tuam: et salutare tuum da nobis.

Secundum Lucam. v. cap.
IN illo tēpore. Uidit iesus publicanū noie leui/ sedētem ad theloneum: ꝙ ait illi. Sequere me. Et relictis oibus: surgens/ secutus est eū. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui in domo sua: ꝙ erat turba multa publicanorum. et aliorū qui cum illis erant discūbētes. Et murmurabāt pharisei et scribe eorū: dicentes ad discipulos eius. Quare cū publicanis ꝙ peccatoribus: mādu catis ꝙ bibitis? Et respōdēs iesus: dixit ad illos Non egent qui sani sunt me dico: sed qui male habēt. Nō enim veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Offr. Deus tu cōuertēs viuificabis nos et plebs tua letabitur i te: ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā et salutare tuum da nobis. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.
HOstias tibi dn̄e placationis offerimus obsecrātes: vt ꝙ delicta nostra miseratus absoluas: et nutātia corda tu dirigas. Per. Cō io. Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. In tēpore paschali. All'a all'a. Postcō.
PResta nobis eterne saluator vt percipientes hoc munere veniā peccatoꝝ deinceps peccata vitemus. Per dn̄m nr̄m iesum christū.
¶ Missa p penitētib⁹ Offi.



IUstus es dn̄e et rectum iudiciū tuū fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā. In tpe pasc. All'a all'a. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio
OMnipotēs sempiterne deus: cōfitēti tibi famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa: vt nō plus ei valeat cōsciētie reatus ad penā ꝙ indulgētia tue pietatis ad veniam. Per dn̄m Epystola.
Ad Galathas. vj. Capitulo.

FRatres. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto / vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: cōsiderās teipsum ne & tu tētēris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē christi. Gr. Saluū fac seruum tuū deus meus sperantē in te. V. Auribus pcipe dñe orationē meā Alla. V. Qui timēt dñm sperent in eū adiutor eorū & ptector eorū est. Scdm math. ix.

IN illo tpe. Discūbente iesu in domo: ecce multi publicani & peccatores venientes discūbebant cum eo & discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant discipulis suis. Quare cū publicanis et peccatoribus mādūcat magister vester? At iesus audiēs: ait. Non est opus valētibus medicus: sed male habentibus. Euntes aūt discite quid est: miam volo & non sacrificiū. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Offr. Sperent in te oēs qui nouerunt nomen tuū dñe quoniā nō derelinquis querentes te: psallite dño q habitat i syon quoniā nō est oblitus orationem pauperum. In tpe paschali Alleluya. Secreta.

PResta q̄s oipotēs & misericors deus vt hec salutaris oblatio famulū tuū N. & a proprijs reatib9 indesinenter expediat & ab oibus tueatur aduersis. Per. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite q̄a accipietis et fiet vobis. In tpe paschali. Alla alla. Postcō.

OMnipotēs & misericors deus: qui oēm aiam penitētem et cōfitentem magis vis emēdare q̄ perdere: respice propicius super hūc famulum tuū N. et per hec sacramēta que sumpsimus auerte ab eo irā indignationis tue: et oia peccata sua ei dimitte Per. ¶ Missa p inspiratiōe diuine sapiētie. Ad mis. Offi.



LEx dñi irreprehensibilis cōuertēs aias testimoniū dei fidele sapientiam prestās paruulis. In tempore paschali Alla alla. Ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Oratio.

DEus qui per coeternā tibi sapiētiam hoiem cum nō esset cōdidisti perditūq3 misericorditer reformasti: presta q̄s: vt eadē pectora nostra inspirāte te tota mēte amemus: et ad te toto corde curramus. Per dñm nostrū. Lctō eple bti iacobi apl'i. j. c.

CArissimi. Si q̄s vestrū indiget sapiētia: postulet a deo qui dat oibus afflu-

enter et non improperat/ et da
bitur ei. Postulet aūt in fide:
nichil hesitans. Qui eni hesi
tat similis est fluctui maris:
qui a vēto mouet᷑ ꝛ circūfer=
tur Non ergo estimet homo
ille: ꝙ accipiat aliquid a dño
Gr. Uenite filij audite me ti
morē dñi docebo vos. ℣. Acce
dite ad eū et illuminamini et
facies vestre nō cōfundētur.
Alla. ℣. Ostende nobis dñe
miam tuā: et salutare tuū da
nobis. Scd'm iohānem. xvij.
IN illo tpe Subleuatis
iesus oculis in celū: di=
xit. Pater/ venit hora: clari=
fica filiū suum: vt filius tuus
clarificet te. Sicut dedisti ei
potestatem ois carnis/ vt oē
quod dedisti ei: det eis vitam
eternam. Hec est autem vita
eterna: vt cognoscāt te solū
verū deum: et quē misisti ie=
sum christū. Offer. Bñdictus
es dñe doce me iustificatiōes
tuas: benedictus es dñe doce
me iustificationes tuas: i la=
bijs meis pronūciaui omnia
iudicia oris tui. In tempore
paschali Alleluya. Secreta.
SAnctificetur qs dñe hu=
ius nostre oblatiōis mu
nus tua operāte sapiētia vt
tibi placere possit ad laudem
et nobis proficere ad salutē.
Per. Cōio. Tu mādasti mā=
data tua custodiri nimis vti=
nā dirigantur vie mee ad cu
stodiēdas iustificatiōes tuas

In tpe pasc. Alla al. Postcō
INfunde qs dñe deus p
hec sancta q̄ sumpsim9
tue cordibus nostris lumē sa
piētie: vt te veraciter agno=
scamus ꝛ fideliter diligam9.
Per dñm. ¶Missa pro tribu
latione cordis. Officium.



Iustus es dñe
ꝛ rectum iudi
cium tuū fac
cū seruo tuo
secundū mise
ricordiā tuā.
In tēpore pa
schali Alla alla. ps. Beati
immaculati i via qui ambu=
lant in lege dñi. Oratio.
DEus qui cōtritorū non
despicis gemitū ꝛ me=
rētium nō spernis affectum:
adesto precibus nostris quas
pietati tue p tribulatiōe nr̄a
offerimus implorantes: vt nos
clemēter respicias/ et solito
pietatis tue intuitu tribuas/
vt qcqd cōtra nos dyabolice
fraudes atq humane moliū
tur aduersitates ad nichilum
redigas: ꝛ cōsilio mie tue al=
lidas quatenus nullis aduer
sitatibus lesi: sed ab oi tribu=
latione et angustia liberati/
gratias tibi in ecclesia refe=
ramus consolati. Per dñm.
Ad corinthios. ij. j. Capitulo
FRatres. Bñdictus deus
et pater dñi nostri iesu
christi: pater misericordiarū
et deus totius consolationis

qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniam sicut abundant passiones christi in nobis: ita et per christum abundat: consolatio nostra. Gr. Ad dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me. V. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluia. V. Qui timent dominum sperent in domino adiutor eorum et protector eorum est. Se. iohannem xvi.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos / mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet quia venit hora eius Cum autem pepererit puerum: iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur: nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos; et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Offer. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suavis est dominus In tempore paschali Alleluia. Secreta

DEus qui tribulatos corde sanas et mestificatos actu letificas ad hanc propicius hostiam dignanter attende: per quam totius mundi voluisti relaxare delicta et per tribulatione nostra eam clementer assume / cunctaque crimina nostra solue tribulationem nostram adime / miserias pelle angustias et pressuras amoue: vt exuti ab omnibus que patimur malis in tuis semper delectemur exultare beneficiis. Per dominum Cõio. Redime me deus israel ex omnibus tribulationibus meis. In tempore paschali. Alleluia alleluia. Postcõ.

DImitte quesumus domine peccata nostra et tribue nobis misericordiam tuam orisque nostri alloquio exoratus humilitatem nostram attende: vincula solue / delicta dele tribulationem inspice: aduersitatem repelle: effectumque petitioni nostre largiens iugiter et clementer exaudi. Per dominum.

¶ Missa pro infirmo. Officium.



Iustus es domine et rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. In tempore paschali Alleluia alleluia ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus salus eterna credentium exaudi nos pro famulo tuo N

pro quo mie tue implorām⁹ auxilium: vt reddita sibi sanitate gratiarū tibi in ecclesia tua referat actiones. Per dñm nostū iesum. Lcō eple beati iacobi apostoli. v. cap.

Carissimi. Tristat aliqs vestrū: oret equo aio ꝛ psallat. Infirmatur quis ex vobis: iducat presbiteros ecclesie ꝛ orēt super eū vngentes cū oleo in noie dñi / ꝛ oratio fidei saluabit infirmū. Et alleuiabit eū dñs / ꝛ si in peccatis sit: dimittētur ei. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra: ꝛ orate pro inuicē: vt saluemini. Gr. Miserere michi dñe quoniā infirmus sum sana me dñe ℣. Quoniā cōturbata sunt oia ossa mea et aia mea turbata est valde. Alla. ℣. Qui sanat cōtritos corde et alligat contritiones eorū. Scdm Lucam. iiij. cap

IN illo tpe. Surgens iesus de synagoga: itroiuit in domū symōis. Socrus autē symonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerūt illum: pro ea. Et stans super illā iperauit febri: et dimisit illā. Et cōtinuo surgēs: ministrabat illis Cum sol aūt occidisset: oēs qui habebāt infirmos varijs languoribus / ducebāt illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Offr. Dñe conuertere et eripe aiam meam: saluū me fac propter miam tuā. In tpe pasc. Alla. Secr.

DEus cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt suscipe preces ꝛ hostias famuli tui N. pro quo misericordiā tuā egrotante implorāmus. vt de cuius periculo metuimus: de eius salute letemur Per. Cōio. Redime me de⁹ israel ex oibus angustijs meis. In tēpore paschali Alla alla. Postcōio.

DEus ifirmitatis humane singulare psidium auxilij tui super infirmū nostrum ostende virtutē: vt ope mie tue adiutus / ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. Per dominū.

Missa p salute amici Offi



Iustus es dñe et rectū iudicium tuū fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā. In tpe pasc. Alla alla. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gl'ia pa. Oratio

OMnipotēs sempiterne deus miserere famulo tuo N. et dirige eū scdm clemētiam tuā in viam salutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat et tota virtute pficiat. Per. Epla. Orationē faciebāt. vtͣ in mis. pro pace Gr. Saluū fac seruum tuū

deus meus sperantem i te. ℣. Auribus percipe orationem meam deus meus. Alla. ℣. Qui timent dñm sperẽt in eũ adiutor eorũ et ptector eorũ est. Euang. Amen dico vobis quicunq dixe. vt s̃ in missa p rege. Offr. Sperẽt in te omnes qui noverũt nomẽ tuum dñe: qm nõ derelinqs querentes te psallite dño q habitat i syon qm nõ est oblitus oronẽ pauperum. In tpe pas. alla.

Proficiat qs dñe Secr. hec oblatio: quam tue supplices offerimus maiestati ad salutem famuli tui N. vt tua pvidentia eius vita inter psp̃era ꝛ adversa vbiq dirigatur. Per. Cõio. Amẽ dico vobis quicquid orãtes petitis credite quia accipietis ꝛ fiet vob. i tpe pas. al. al. p'cõ.

Sumẽtes dñe ppetue sacramenta salutis tuã deprecamur clementiã vt p ea famulũ tuũ N. ab oĩ adversitate ptegas. P. ¶ Missa p serenitate aeris. Officium.



Salus populi ego sũ dicit dominꝰ de quacũq tribulatiõe clamaverit ad me exaudiam eos ꝛ ero illorũ dñs in ppetuũ. In tpe pas. alla al. ps. Attẽdite ppl'e meꝰ legẽ meã: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei. Oro

Ad te dñe nos clamãtes exaudi ꝛ aer serenitatem nobis tribue supplicantibus vt q iuste p peccatis nostris affligimur mia tua preveniẽte clementiã sentiamꝰ. Per dñm. Lectio hieremie pphete. Trenorum. iij. Capit.

In diebus illis: Locutꝰ est hieremias ppheta: dicens. Cõsurge: lauda i nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuũ ante conspectũ dñi dei tui. Leva ad eum manꝰ tuas p animabus parvulorum tuorum qui defecerunt fame in capite omniũ cõpitorũ. Vide dñe et considera: quem vindemiaveris ita. Ergo ne comedent mulieres fructum suum parvulos ad mẽsuram palme: si occiditur i sanctuario dñi sacerdos ꝛ ppheta. Formido ꝛ laqueus facta est nobis: vaticinatio et contritio. Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filie populi mei. Oculus meus afflictus est: nec tacuit eo q nõ esset requiẽs/ donec respiceret ꝛ videret dominꝰ de celis. Inundaverũt aque super caput meũ: dixi perij. Invocavi nomen tuum dñe: de lacu novissimo. Vocem meam audisti: ne avertas aurem tuam a singultu meo/ ꝛ clamore. Appropinquasti in die qua invocavi te: dixisti ne timeas. Iudi

castigatiõe dñe
casti causã anime mee: redẽptor vite mee: dñe deus me⁹ Grad. Propicius esto pctis nostris neq̃n dicant gẽtes vbi est de⁹ eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nois tui domie libera nos. Alla. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum Lucam. viij. ca.

In illo tẽpore: Factum est in vna dierum: et iesus ascendit in naviculam: et discipuli eius. Et ait ad illos Transfretem⁹ trans stagnũ. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis: obdormiuit Et descendit procella venti in stagnum: et cõpellebantur fluctibus et periclitabantur. Accedentes autem: suscitauerunt eum dicentes Preceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum et tempestatem aque: et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt adinuicem: dicẽtes. Quis putas hic est? Quia et vẽtis imperat et mari: et obediũt ei. Offr. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe et super irã inimicorũ meorum extendes manũ tuã et saluũ me fecit dextera tua. In tpe pas. alleluya. Secreta.

Exaudi dñe pces nr̃as et suscipe vota ppl̃i tui et iube imbres inundantiũ cessare pluuiarum: flagellumq̃ huius clementi ad effectũ tui conuerte misterij vt qui se regenerãtibus aq̃s gaudent renatos gaudeant his castigationibus esse correctos. Per.

Cõio. Amen dico vobis q̃cquid orantes petitis credite: quia accipietis: et fiet vobis. In tpe pas. all'a all'a. Postcõ

Preces populi tui q̃s domine benign⁹ exaudi: et per huius virtutẽ sacramẽti pacẽ tuã nobis nũciet purgati aeris serena tranquillitas: vt q̃ delinquentes verberas peccata confitentib⁹ parcas. Per. ¶ Missa p pluuia petenda. Officium.


Letetur cor q̃rentiũ dñm q̃rite dñm et cõfirmamini: q̃rite faciẽ ei⁹ sẽp. i tẽpe pas. all'. Ps Cõfitemini domio et inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opa ei⁹. Or

Deus in quo viuim⁹ mouemur et sum⁹ pluuiã nobis tribue cõgruentẽ vt presentibus subsidijs sufficiẽter adiuti / sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Lctõ hieremie pphete. xiiij.

In diebus illis: Orauit hieremias ppheta: dicens. Nunquid piciens abiecisti iudã: aut syon abominata

est aia tua? Quare ergo percus sisti nos: ita vt nulla sit sanitas. Expectauim⁹ pacē: et nō est bonum et tempus curationis. et ecce turbatio. Cognouimus domine impietates nostras. et iniquitates patrū nostrorū: quia peccauim⁹ tibi. Ne des nos in oppꝛobꝛiū pꝛopter nomē tuum: neq̄ facias nobis cōtumeliā. Soliū glorie tue recoꝛdare: ne irritum facias fed⁹ tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilib⁹ gentium qui pluant aut celi possunt dare ibꝛes nisi tu volueris? Nonne tu es dn̄s deus noster: quē expectauim⁹. Tu ci fecisti oīa hec: dn̄s deus nr̄. Gr. Oculi omnium in te sperant dn̄e et tu das illis escam in tempoꝛe opoꝛtuno. V. Aperis tu manum tuā ꝛ iples ōne animal benedictiōe. Allā. V. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocē meā. Secundū matheum. vi.

In illo tempoꝛe: Dixit ihesus discipulis suis. Nolite solliciti esse. dicentes Quid manducabim⁹/ aut qd bibem⁹: aut quo operiemur? Hec enim: oīa gētes iquirūt. Scit enim pater vester: quia his ōnibus indigetis. Querite ergo pꝛimum regnum dei et iusticiam eius. Et hec oīa: adiicientur vobis. Offr. Poꝛtas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis panem āgeloꝝ mādūcauit hō. In tp̄e paschali allā. Secreta.

Oblatis dn̄e placare muneribus ꝛ opoꝛtunū nobis tribue pluuie sufficientis auxiliū. P. Coio. De fructu operū tuoꝝ dn̄e satiabitᷣ terra vt educas panē de terra et vinū letificet coꝛ hominis vt exhilaret faciē in oleo et panis coꝛ hominis cōfirmet In tp̄e pascha. alla. al. Postcoio

Deus q̄ pluis sup iustos ꝛ iniustos: nr̄is etiā offēsionibus p̄ hec sacramēta relaxatis expectata ꝗs ymbꝛiū munera largiaris: qb⁹ ꝛ sal⁹ nobis ꝛ alimēto p̄stetur. Per Missa p̄ tp̄e belli. Officiū.



Emiscere miserationū tuarum domine et mie tue que a seculo sunt ne vnq̄ dominentur nobis inimici nostri/ libera nos deus israhel ex omnibus angustiis nostris In tempoꝛe paschali alleluia. alleluia. ps. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deus regnoꝛum omnium regumq̄ domiatoꝛ qui nos ꝛ percutiendo sanas et ignoscendo conseruas pꝛetende nobis misericoꝛdiā tuam: vt tranquillitate pacis/

tua potestate firmata/ad remedia correctionis vtamur. Per. Lectio libri hester xiij. ca.

IN diebus illis: Orauit hester ad dominū dicēs. Domine rex ōnipotēs: in ditione tua cūcta sūt posita/et non est qui possit resistere voluntati tue. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum et terrā: et vniuersa q̄ celi ambitu cōtinētur. Tu es dominus ōnium: et nō est qui resistat voluntati tue Et nūc dn̄e rex regū deus abrahā miserere populo tuo: qr volunt nos inimici nostri perdere/et hereditatem tuā delere. Ne despicias partem quā redemisti tibi: sed exaudi deprecationē nostrā/et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue Et cōuerte luctū nostrum i gaudium: vt viuentes laudemus nomē tuū Et ne claudas ora canentium te: dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Propicius esto dn̄e peccatis nostris nequādo dicant gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deus salutaris noster et ppter honorem nominis tui domine libera nos Allā V. Ostēde nobis domine misericordiā tuam et salutare tuum da nobis Euāgelium. Amen dico vobis quia quicunq̄ dix. vt s̄ in missa pro rege. Offertoriū

Deus tu cōuertēs viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. In tempore paschali. allā. allā. Secreta.

ADesto q̄sumus dn̄e propici⁹ pp̄lo tuo: et quē misterijs celestibus et sacramētis imbuis: per hec munera que tibi offert deuotus a furore cunctorū hostium tua miseratione defende P. Co[m]io

Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. In tempore paschali. allā. allā. Postcoio

COrporis et sanguinis domini nostri iesu christi sacrosancta refectione vegetati supplices te rogam⁹ ōnipotens deus: vt hoc remedio singulari ab ōni peccatorum nos contagione purifices: et a periculorū munias incursione cunctorum. Per.

Missa pro eo qui in vinculis tenetur. Officium.



NUnc scio vere quia misit domin⁹ angelū suum et eripuit me de manu herodis et de ōni expectatione plebis iudeorum. In tp̄e pascha. allā. allā. V. Et petr⁹ ad se reuersus dixit. Oratio

DEus idulgētie de⁹ toti⁹ cōsolatiois te supplices dep̄camur vt famulū tuū N a cūctis pctōr suor nexib⁹ et ab his q̄bus capt⁹ tenet inimicor

suorũ vinculis intercedente
btã dei genitrice maria ꝛ btis
aplis tuis petro ꝛ paulo atq̃
iohanne benignus absoluas
emẽdatũq̃ paterna pietate su-
scipias ꝛ ad gaudia eterna ꝑdu
cas. p. Lctõ actuũ aplorũ. xij.

IN diebus illis: Egres-
sus petr⁹ de carcere: ve
nit ad domũ marie matris io
hãnis q̃ cognominat⁹ ẽ mar-
cus / vbi erãt multi cõgrega-
ti ꝛ orantes. Pulsante aũt eo
ostiũ ianue ꝓcessit puella ad
videndũ eũ noie rode. Et vt
cognouit vocẽ petri pre gau
dio nõ aperuit ianuã: sed in-
tro currẽs nũciauit petrũ sta
re ante ianuã. At illi dixerũt
ad eã. Insanis. Illa aũt affir
mabat: sic se habere. Grad.
Cõstitues eos principes sup
oẽm terrã memores erũt nois
tui dñe. ℣. Pro patribus tuis
nati sũt tibi filij: ꝓpterea po-
puli tui ꝯfitebunt tibi. Alla
℣. Solue iubente deo terra-
rũ petre cathenas q̃ facis vt
pateãt celestia regna beatis.
Secundum matheum. xvj.

IN illo tempore: Venit
iesus in partes cesaree
philippi: ꝛ interrogabat disci
pulos suos dicens. Quem di
cunt hoies esse filiũ hois. At
illi dixerũt. Alij iohãnẽ bap-
tistã / alij aũt helyã: alij vero
hieremiã: aut vnum ex ꝓphe
tis. Dixit illi iesus. Vos autẽ
quem me esse dicitis? Respõ-
dens symon petrus: dixit Tu
es christus filius dei viui. Re
spondẽs autẽ iesus: dixit ei.
Beatus es symon bariona:
quia caro ꝛ sanguis nõ reue
lauit tibi: sed pater meus qui
in celis est. Et ego dico tibi /
quia tu es petrus: ꝛ super hãc
petrã edificabo ecclesiã meã.
Et porte inferi nõ ꝑualebũt
aduersus eã. Et tibi dabo cla
ues regni celorum. Et quod-
cunq̃ ligaueris sup terrã erit
ligatũ ꝛ in celis. Et q̃scunq̃
solueris sup terrã: erit solutũ
et in celis. Offer. Constitues
eos principes sup omnẽ ter-
rã memores erũt nois tui dñe i
omni progenie ꝛ generatio-
ne. In tpe pasc. alla. Secre.

HEc dñe placatiõis ꝛ lau
dis hostia famulũ tuũ
N. in te confidentẽ ab oibus
purget peccatorũ sordib⁹ ꝛ ab
inimicorũ suorũ quibus pre-
mitur insidijs ꝛ vinculis: san
cte marie ꝛ beatorũ apostolo
rũ tuorũ petri ꝛ pauli atq̃ io
hãnis ꝑcibus: liberũ inocuũ /
atq̃ absolutũ cõstitue. Per d.
Cõio. Tu es petrus et super
hãc petrã edificabo eccl'iam
meã. In tẽpore pascha. alla.

PErcepta q̃s dñe Postcõ.
vt hoc mun⁹ redẽptio-
nis nostre quod indigni sum
psimus famulũ tuũ N. inter
cedente btã dei genitrice ma
ria ꝛ beatis apostolis tuis pe
tro et paulo atq̃ iohanne ab

omnibus muniat periculis ⁊ ab angustijs quas patitur ⁊ vinculis illesum abire faciat. Per eundem. ¶ Contra moꝛtalitatem hominum. Offm.



Alus populi ego sū dicit dominꝰ de quacunq; tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos: ⁊ ero illoꝝ dn̄s in perpetuum. In tp̄e pasch. all'a all'a. Ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurē vestrā in verba oꝛis mei. Oro.

Deus q imminentē ninivitis interitū sola mia remouisti: quibus vt misericoꝛs existeres cōuersionis penitentiā prestitisti: respice q̄s populū tuū ante ɔspectū mie tue ꝓstratū / vt quos vnigeniti tui sanguine redemisti nō patiaris propter miam tuam moꝛtalitatis interire supplicio. Per eundem dn̄m.

¶ Lcō hieremie ꝓphete. xiiij

SI iniquitates nostre cōtenderint cōtra nos: dn̄e libera nos. Fac q̄s ꝓpter nomē tuū: q̄m multe sunt auersiones nr̄e. Tibi peccauimus expectatio israel saluatoꝛ noster in tp̄e tribulatiōis. Tu autē in nobis es dn̄e: ⁊ nomē sāctum tuum inuocatum est super nos. Ne derelinquas nos dn̄e: deus noster. Grad. Pꝛopicius esto dn̄e peccatis nostris nequando dicant gētes vbi est deꝰ eoꝝ. V. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ ꝓpter honoꝛem nois tui dn̄e libera nos. All'a. V. Dn̄e refugium factꝰ es nobis a generatione et ꝓgenie. Scdm lucā. xj. ca.

IN illo tēpoꝛe: Dixit iesus discipulis suis. Petite: ⁊ dabitur vobis: Querite: ⁊ inuenietis. Pulsate: ⁊ aperietur vobis. Omnis eni q petit accipit: ⁊ qui querit inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrē petit panē: nunqd lapidē dabit illi? Aut piscē: nunqd ꝓ pisce serpentē dabit illi? Aut si petierit ouum: nunqd poꝛriget illi scoꝛpionē? Si ergo vos cū sitis mali nostis bōa data dare filijs vestris: q̄tomagis pater vester de celo dabit spiritū bonū: petētibꝰ se. Offe. Sperent in te oēs q nouerunt nomē tuū dn̄e q̄m nō derelinqs querentes te: psallite dn̄o qui habitat in syō: q̄m nō est oblitus clamoꝛem pauperū. In tēpoꝛe paschali. all'a. Secr.

ECclesie tue quesumus omnipotens deus munus placatus intende: ⁊ misericoꝛdia tua nos potius q̄ ira preueniat: quia si iniquitates nostras obseruare volueris: nulla poterit creatura subsistere / sed admirabili pietate qua nos fecisti opera manuū

tuarum non sinas interire. P.
Cōio. Amen dico vobis qc-
quid orantes petitis credite/
quia accipietis et fiet vobis.
In tempore paschali. allelu
ya alleluya. Postcōmunio.

OMnipotēs ⁊ misericors
deus respice populum
maiestati tue subiectum: ⁊ ne
nos furor sevientis mortis i-
ueniat sacramentorum tuorum
perceptio sancta pficiat. P. d.
¶ Pro peste aialiū. Officiū.



Salus ppl'i ego
sum dicit do-
minus de qua
cunqꝫ tribula-
tiōe clamaue-
rint ad me ex-
audiam eos ⁊
ero illorum dominus in per-
petuum. In tēpore paschali
alleluya alleluya. ps. Atten-
dite popule meus legem me-
am: inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Oratio.

DEus qui laboribus ho-
minum etiam de mutis
animalibus solatia subroga
sti: supplices te rogamus: vt
sine quibus nō alitur huma-
na conditio nostris facias vsi
bus nō perire. Per. Ep'la. Si
iniquitates. vts. in offi. priori
mo. Grad. Propicius esto do
mine peccatis nostris neqn di-
cant gentes vbi est deus eorum.
V. Adiuua nos de⁹ salutaris
noster: ⁊ pp̄ter honorem no-
minis tui dñe libera nos. Al
leluya. V⁹. Dñe refugium fa
ctus es nobis a gñatiōe ⁊ pge
nie. Euange. Petite et dabit
vo. vts. fo. prec. Offer. Spe-
rēt in te oēs qui nouerūt no-
men tuum dñe qm̄ nō derelin
quis querētes te psallite dño
qui habitat in syon qm̄ nō est
